IBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
V.
F
32
NAPOLI

IBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III

ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

Φιλοσόφου καὶ Μάρτυρος

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν Εὐσεβῆ,
ΑΠΟΛΟΓΙΑ β′ ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς τὴν Ῥωμαίων σύγκλητον,
ΠΡΟΣ Τρύφωνα Ἰουδαῖον διάλογος.

JUSTINI
PHILOSOPHI & MARTYRIS
APOLOGIÆ DUÆ
ET
DIALOGUS
CUM
TRYPHONE JUDÆO.

Cum notis & emendationibus
STYANI THIRLBII.

LONDINI:
Impenſis RICHARDI SARE, juxta portam auſtralem Hoſpitii Greiani, in vico dicto *Holbourn.* M DCC XXII.

Nobiliſſimo Viro

GUILIELMO
Domino CRAVEN
Baroni de Hampſted Marſhal

STYANUS THIRLBIUS.

JUSTINUM MARTYREM, amice magne, ſcriptorum Chriſtianorum, ſecundum apoſtolos & apoſtolicos, ætate antiquiſſimum, auctoritate graviſſimum, a me olim non indiligenter emendatum atque illuſtratum, tibi dono do,

Honori & meritis dedicans illum tuis.

magis id adeo, ut verum fatear, jactandi mei gratia, oſtentandæque amicitiæ tuæ, quam quo eum ſatis dignum putem qui in tuo nomine appareat, qui profecto, niſi temerario promiſſo ex poteſtate mea dudum dimiſſus eſſet, in aliquo angulo bibliothecæ meæ cum aliis nugis meis, & laſcivientis adoleſcentiæ luſibus, neglectus obliviſcenduſque jacuiſſet.

Quod

Quod tamen non eo dico quo me conſuetudinis ejus quæ mihi admodum adoleſcenti cum Juſtino aliiſque patribus fuit, confirmata jam ætate judicioque corroborato pudeat pœniteatve, aut quo artis criticæ ſtudium hominum aut ſolertiſſimorum ingenio & induſtria aut illuſtriſſimorum patrocinio, re diligentius reputata, indignum eſſe exiſtimem. Ego antiquos amicos in contemtionem immerito adductos non eo etiam validius & apertius complecti & colere ſcelus eſſe cenſeo, permaneoque fortiter in ſententia priſtina, facile contemnens petulantis & ſemidocti ſeculi auctoritatem, præſertim cum ex hac parte rationem pugnare veramque eruditionem, illinc riſum tantum & jocum futileſque captiones, plane mihi videar videre. In quo tamen rectene an ſecus ſentiam, tu, cauſa cognita, dijudicabis; tuoque judicio libens ſtabo. Nam qui me, his nugis delinitum, conterere ætatem in rebus diligentia mea indignis graviter moleſteque ſe ferre pro ſuo ſingulari in me amore prædicant, iis ego quidem hominibus, cum me & ſtudia mea ſua cura dignantur, gratiam, pro eo ac debeo, habeo magnam; ſed, ut aperte & libere dicam, quod inter me & hos amicos & conſiliarios meos licere debet, non agnoſco tantum in iis aut eruditionis aut ingenii, quantum convenit in eis eſſe qui de dignitate utilitateque ullius partis doctrinæ ſententiam ferre velint, neque porro tantum in me juris imperiique ut mihi, niſi quod ii ſciunt, nihil ſcire aut exquirere liceat.

Ineſt

DEDICATIO.

Ineſt natura in mentibus hominum, præſertim generoſioribus, &c, ut Juſtinus noſter loquitur, εὖ πεφυκόσι, incredibilis quædam aviditas ſcientiæ & cognitionis. Omnia ſcire cupimus, præſentia, præterita, &c, ante omnia, futura, quæ quoniam cæca caligine involvi ſtatim videmus, faſtiditis brevi & tranſvolatis præſentibus, retro potiſſimum oculos convertimus, & nihil majoris rei quod uſquam poſt homines natos geſtum ſit acciderítve nos latere volumus. Hinc omnes omnium gentium annales evolvimus, & magnopere nos obligatos iis putamus quorum labore & cognitionem & quodammodo ſimul etiam vitam in immenſum ſpatium præteriti temporis extendere licet, dum majorum æquales facti, rebus ante multa millia annorum geſtis interſumus, omniumque ſeculorum prudentiam & longum uſum rerum maximarum vel in prima adoleſcentia nobis comparamus. Adſumus & contemplamur ſurgentia Romæ mœnia, in ſenatum accedimus, ſententiam vel prætextati dicimus, bellum decernimus, paludati eximus, venimus, videmus, vincimus, triumphamus, ad ſulcoſque redimus. Et jam privati rempublicam armis auctam conſilio juvamus. Bonis favemus, cum factioſis decertamus, leges utiles ſuademus, pernicioſas diſſuademus, ſenatus auctoritati, poteſtati populi, ex æquo ſtudemus, & dum in aliena republica bonos cives agimus, in noſtra necopinantes optimi evadimus. Tædet jam nos Italiæ, & in Græciam tranſmittimus, heroumque &

deorum hoſpitio convictuque fruimur, & in uno exiguo Europæ angulo centum civitates, inque ſingulis totidem cives, orbis terrarum imperio & animo & virtute pares, tantum literæ & libertas poſſunt, admirabundi agnoſcimus. Sed vel illius inclytæ Græciæ tædium tandem capit viatorem noſtrum. Nactus itaque eorundem beneficio itineris comitem Alexandrum, Aſiam peragrat, dumque ille fruſtra ſe opponentes Perſas ſternit, noſter interea

ἄβλητος καὶ ἀνέτατος ὀξέϊ χαλκῷ
Δινεύει κατὰ μέσον, ἄγει δέ ἑ Παλλὰς Ἀθήνη
Χειρὸς ἑλῦσ', αὐτὰρ βελέων ἀπερύκει ἐρωλιώ.

Hunc per triumphatum orbem ſequitur, neque illo contentus novos orbes itidem quærit. Juvat aliud genus humanum noſcere, vitamque aliis artibus excultam, & longum ordinem nudorum regum,

Fataque fortunaſque virum moreſque manuſque.

Verum ne ſic quidem, perluſtrato utroque orbe, comprehenſaque omnium gentium hiſtoria, ſatiatur cognitione magnus & excelſus animus. Reſtat alia hiſtoria, quam ad ſe non minus, atque adeo magis, pertinere judicat, cognitionis videlicet ipſius & ſcientiæ, earumque rerum quibus cetera animalia cum laude noſtra, non cum dedecore, ſuperamus, eamque potius hiſtoriam hominum appellandam eſſe putat, quam quæ bella tantum & fraudes narrat, continuamque ſeriem ſcelerum & latrociniorum. Quærere jam juvat varias & diverſas hominum de rebus maximis ſententias, & totam ſimul

humani

humani generis ſapientiam, &, quæ neque inutilis neque injucunda cognitu eſt, inſipientiam, variosque ortus & interitus philoſophiæ & ſcientiarum, barbariamque & humanitatem, ſolertiam & ſtupiditatem, religionem & ſuperſtitionem, alternis vicibus, inſtar lucis & tenebrarum, terrarum orbem obtinentes, oculis ſubjicere & ſub uno aſpectu ponere. Exſpectare te arbitror hæc tam longe repetita principia quo ſpectent. Equidem,

Singula dum capti circumvectamur amore,

dumque nugæ aliæ alias, ut fit, trahunt, licentius vagati ſumus, non ita tamen ut propoſitum prorſus e conſpectu amiſerimus. Nam ſi hæc ita ſunt, ut certe ſunt; ſi hiſtoria, omnis omnibus, doctrinæ doctis, religionis piis, omnium rerum jucundiſſima utiliſſimaque eſt; fierine poteſt ut homini docto ac Chriſtiano non videatur operæ pretium primorum Chriſtianorum ſcripta legere, facta, fortunas, mores, dogmata, ſacra, ritus diſcere, religionis ſuæ primordia & incrementa noſcere, & ſanctiſſimorum hominum fortiſſimorumque virorum, confeſſorum, martyrum, apoſtolorum, colloquio, conſuetudine, monitis, exemplis frui? Adeone levis res & futilis videtur religio Chriſtiana, aut tam vulgaris tamque ſimilis rerum quotidianarum progreſſio ejus & propagatio, ut quemvis hominem (non jam Chriſtianum dico, ſed vel ab omni religione alienum, vel ab ea alieniſſimum) exquirere pudeat quales homines eſſent, qua doctrina, quo ingenio, qua diſ-

putandi

putandi ſcientia, qua facultate dicendi inſtructi, qui gravibus illis & conſtantibus Romanis perſuadere potuerint, relictis & repudiatis diis ſuis, quos ſe nunquam aut impune neglexiſſe aut fruſtra graviſſimis reipublicæ temporibus invocaſſe majores omnibus monumentis proclamabant & teſtabantur, hominum & barbarorum & a ſe devictorum & Judæorum * deum, hominemque ſimul Judæum a popularibus ſuis paulo ante ſervili ſupplicio necatum, venerari; qui tot tamque diſpares nationes, alias immanitate efferatas, alias moribus & diſciplina inflatas, alias horrida quadam & agreſti virtute feroces, alias luxu & licentia petulantes, alias victoriis & imperio inſolentes, alias diuturna ſervitute fractas & debilitatas, alias ignorantia & tarditate, alias doctrinæ & ingenii fama, indociles, ita flexerint & mutaverint, ut religioni patriæ novam & externam, ut omni licentiæ libertatique vivendi (quicum prioribus fere religionibus ſumma pax & concordia fuit) vitam rigidam & ſeveram & omnia voluptatis vel confinia anxie fugientem, virtuteſque quarum ne nomina quidem antea audiverant, ut denique paupertatem divitiis, odium gratiæ, contemtionem honori, exilium patriæ, mortem vitæ, anteferrent? Hanc tantam rerum per univerſum terrarum orbem

* Cicero pro L. Flacco c. XXVIII. *Non enim credo religionem* & Judæorum & hoſtium *impedimento præſtantiſſimo imperatori, ſed pudorem, fuiſſe.* Id. ib. *Stantibus Hieroſolymis, pacatiſque Judæis, tamen iſtorum religio ſacrorum a ſplendore hujus imperii, gravitate nominis noſtri, majorum inſtitutis, abhorrebat: nunc vero hoc magis, quod illa gens, quid de imperio noſtro ſentiret, oſtendit armis; quam cara diis immortalibus eſſet, docuit, quod eſt victa, quod elocata, quod* ſervit. Ita, niſi fallor, legendum, non, ut antehac, *ſervata.*

muta-

mutationem, unam omnium quotquot uſquam fuerunt, indignam putamus in qua cognoſcenda operam noſtram ſtudiumque collocemus? Aut quodnam in ſe tantum delictum admiſerunt veteres illi Romani Græcique cum abjecta ſuperſtitione majorum veram religionem amplexati ſunt, ut ab eo tempore nulla prorſus nos eorum cura tangat, & quorum antea res omnes, omneſque vel leviſſimos mores & conſuetudines, inſatiabili & pene ridicula curioſitate veſtigabamus, eos jam non minus negligamus quam majores noſtros? Nimirum ex eorum ratione quibus doctrinæ fines regere nimis diu permiſſum eſt, quicquid inſignem aliquam utilitatem habet, barbariæ aſſignandum eſt, idque unum in omni genere ſtudiorum doctrinæ nomine dignandum quod rarum eſt & devium longeque ab uſu & veſtigiis hominum remotum, quoque nos non fructus alicujus ſordida & indigna homine docto appetitio impellit, ſed generoſus quidam, ingenituſque altis & magnis animis, nudæ ſcientiæ amor, eaque maxime noſcendi cupiditas quæ cetera turba, qui commodi ſui rationem in ſtudiis ducunt, & rerum pretium magis ex utilitate quam ex raritate & difficultate æſtimant, ideo neſciunt quia cognitione digna non eſſe ſciunt. Hinc opinor (neque enim profecto facile eſt meliorem rationem dare tam ridiculæ & præpoſteræ inſtitutionis) percipienda eſt ſtudioſæ juventuti omnis antiquitas, omnes vetuſti libri evolvendi, cognoſcenda omnia omnium temporum, po-

 pulorum,

pulorum, locorum, religionum, rerum geſtarum, monumenta, iis ſolis exceptis quæ ad ſuam ipſorum religionem & nationem pertinent, in quibus gerris germanis bonas horas conſumere vix minus eſt flagitium quam Tzetzem non pervolutaſſe, aut, quorum ego fortaſſe utrumque feci, ejus divini hominis nomen aut non recte ſcribere, aut male declinare. Ita dum adoleſcentes quo itur imus, non quo eundum eſt (quod iſta ætas non videt, niſi ſi cui

magnam mentem animumque
Delius inſpirat vates, aperitque futura,

virileque nugarum faſtidium, & ingenium providum & quod in initio cujuſlibet diſciplinæ finem perſpicere, & quid quæque habeat ſolidi & fructuoſi, quid futilitatis inaniſque oblectationis, primo ſtatim aſpectu videre poſſit, natura, magnum aliquid & inſigne moliens, ingeneravit) dum primo magiſtrorum noſtrorum ſcientiam æmulamur, & quibus ſtudiis ibi in honore eſſe contigerit ubi nos fortuna collocarit, in iis excellere cæco quodam & temerario impetu contendimus, deinde in quibus excellere videmur, de eorum excellentia dubitare non ſuſtinemus; interea fit ut in nugis & minutiis ſeneſcamus, magnoque labore ridiculos nos faciamus. Quid enim magis ridiculum aut fieri aut fingi poteſt, quam homo Chriſtianus, ſacerdos, theologiæ profeſſor, omnibus ethnicorum ſacris initiatus, in ſuis peregrinus atque hoſpes? qui integram mille populorum ſuperſtitionem ab inferis revocare poſſit,

poſſit, & cujuſlibet vel celeberrimi vel ignobiliſſimi dei templo ceremoniiſque peritiſſime præeſſe; de ſua religione nihilo plus ſciat quam quivis ex infima plebecula? Hic homo omnium nebulonum, latronum, tyrannorum, præſtigiatorum, catamitorum, quotquot unquam aut ignorantia aut adulatio conſecravit, infinitæque inſuper multitudinis pugilum, luctatorum, hiſtrionum, ictharœdorum, meretricum, patrias, ætates, vitas, mores, vultus denique ipſos, & cognitos habet, & neſcire turpe putat; Chryſoſtomum, Auguſtinum, Gregorios, Baſilios, Origenem, Athenagoram, Irenæum, Juſtinum, Ignatium ne nomine quidem novit. Nihil ille de Manichæis, nihil de Gnoſticis, nihil de alia quavis antiqua hæreſi Chriſtianorum neque ſcit neque ſcire curat; neque talibus ineptiis *acumen* unquam admovit ſuum: at nulla olim fuit tam humilis, tam ſordida, tam inepta, tam parva ſecta philoſophorum, cujus non ortum, interitum, dogmata, melius aut ſciat, aut ſcire ſibi videatur, quam quivis veterum. Denique in quolibet genere literarum fac periculum; quanquam artem ſuam neſcit, cetera omnia, quæ quidem ſcire nihil attinet, ſolertem dabo. Licet theologus non ſit, eſt tamen augur peritiſſimus, haruſpex egregius, laudabilis fulgurator, magus etiam minime contemnendus: tum jus quoque, non noſtrum (dii meliora) ſed quicquid olim uſquam valuit neque jam amplius valet, præclare callet: agricolationem quoque veterum,

veterum, & coquinariam, & τορευτικὴν, & τορνευτικὴν pulchre ſcit; & ſi quid eum de arte textoria aut ſutoria fugit, neque antiquum omnium gentium veſtitum melius novit quam præſentem ſuæ, id orat ut ne ſua culpa factum credas, qui in vita ſua nihil laborioſius quæſiverit, ſed temporis injuria, quod iſtarum diſciplinarum partem longe nobiliſſimam, *ut alia omnia* καλὰ, oblivione obruerit. Is ſibi reſponſum hoc habeat in præſentia, & poſthac quieſcat & deſinat clanculum mordere ſtudia mea, & monitus caveat malo.

Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur:
Quæ proferentur poſt, ſi perget lædere.

Interea gratuletur ſibi quod tecum cum eſſem obviam mihi factus eſt, daturus aliter digniores ſuis dictis & factis pœnas, quas nunc ſumere tuæ prohibet præſentiæ reverentia.

Eſt autem aliud genus hominum, qui, quanquam cum indoctis diſputare neque ſoleo neque hominis ſapientis eſſe puto, tamen quoniam timeo quomodo ſe negligi ferrent, paucis redarguendi ſunt. Hi, ſi theologiam neſciunt, nihil ſciunt, inque id ſtudium ſedulo ſibi incumbere videntur, ſed tamen antiquos patres, ſive arrogantia, ſeu id quod dicunt revera ſentiunt, ſua lectione indignos habent. Nimirum boni theologi eſſe ſcriptura ſola niti contendunt: eam & quicquid noſtra ſcire interſit, & quicquid ad intelligentiam ſui opus ſit, continere: qui ſecus ſentiunt, eos horribile convicium ſcriptori

ejus

ejus Deo facere: eoque patrum nullum uſum eſſe poſſe, neque ullam auctoritatem antiquitatis, neque vetuſtiſſimos ſcripturæ interpretes anteferendos eſſe recentiſſimis.

Quod de perſpicuitate ſcripturæ dicunt, primo perridiculum & abſurdum eſt, deinde, cujus criminis adverſarios ſuos inepte reos agunt, etiam impium. Abſurdum eſt, quod omnes ſentiunt non eſſe perſpicuum, id omnibus eſſe perſpicuum, probare conari. Impium eſt, quod factum non eſſe manifeſtum ſit, id Deum aut feciſſe aut rebus humanis non ſatis conſuluiſſe, affirmare.

Neque difficilius eſt refutare quod de pretio & auctoritate interpretum dicunt. Eſtne quiſquam tam vecors & amens qui, ſi veterem aliquem ſcriptorem Latinum Græcumve penitius intelligere velit, non omnia prius adjumenta vetuſtatis diligenter conquirat, & beatum ſe putet ſi antiquum explanatorem nanciſci poſſit, eumque quo ſit vetuſtior eo pluris faciat, & quanquam auctore ſuo multo ætate poſteriorem, multiſque recentiorum interpretum & ingenio & doctrina longe inferiorem, omnibus tamen anteponat, & plus ei uni quam reliquis univerſis tribuat? Fierine poteſt ut ullus liber ante tot ſecula conſcriptus per ſe abſque aliorum veterum librorum ope recte nunc intelligatur?

At habet aliquid fortaſſe ſcriptura ſibi proprium ac peculiare quo ſe ab hac vi temporis, eiſque tenebris quas ceteris ſcriptis offundit, tueatur atque

 defen-

defendat. E contrario, ſi verum audire volumus, nullus uſquam liber eſt, neque eſſe poteſt, magis iſti temporis injuriæ expoſitus atque obnoxius, neque qui omnia omnium antiquorum librorum ſubſidia & adjumenta magis poſtulet. Ante omnia autem neceſſaria eſt omnis doctrinæ Judæorum omniſque Chriſtianæ antiquitatis exquiſitiſſima perceptio, ſine qua ſcripturas interpretari, vel intelligere ſperare, dementiſſimæ arrogantiæ eſt. Id quod illi ipſi quos admirantur veteribuſque præponunt interpretes (niſi ut veteribus recentes, ita in his imperitiſſimos vetuſtatis & ſui ſimiles optimis doctiſſimiſque, anteferunt) minime ignorabant, ſed collecta prius undique omnis antiquitatis, quoad ejus facere potuerunt, maximeque Chriſtianæ & Judaicæ, notitia, ſic inſtructi arduo ſe operi tandem accinxerunt.

Quod ſi quis horum aliorumque doctorum hominum induſtria penitus exhauſtam eſſe putat omnem antiquitatem, ideoque nihil intereſſe a veteribuſne ipſis magno labore an a recentibus breviore expeditioreque via ejus cognitionem & ſcientiam petat, is quanquam vehementer errat (neque enim ulla antiquitas, minimeque omnium ſacra, aut exhauſta eſt, aut multis ſeculis, ut nunc ſe res literariæ habent, exhauriri poteſt; neque ſi hoc aliter eſſet, nullum inter recentium veterumque lectionem diſcrimen foret, ſed vel ſic quoque maximum) per me tamen licet compendiis ſuis fruatur, dum mihi

hi quoque liceat, iiſque qui mecum ſentiunt, magno potius labore nonnihil, quantulum id cunque futurum eſt, ſcire, quæque neſcimus, ea & nos & alios, quanticunque videantur, neſcire videre, quam minore forſitan, ſed certe non exiguo, neque quicquam ſcire, neque id ipſum cognitum habere.

At de locis difficilibus & obſcuris nihil ſe laborare dicent; quorum enim intelligentia ad ſalutem neceſſaria ſit, eos omnes ſatis per ſe claros perſpicuoſque omnibus eſſe: id certe neminem qui ſanæ mentis ſit, negare poſſe. Nos minime juvat de tantis rebus diſſerere, neque eorum rationem unquam probavimus qui ita temere quaſi de re omnium leviſſima, itaque aſſeveranter quaſi de certiſſima ſibique exploratiſſima, loquerentur, quid ad æternam ſalutem neceſſarium ſit, quid non ſit, decernere & pronuntiare ſolent; neque quod hactenus cavi, ne in mediam intimamque quæſtionem quæ eſt de uſu patrum qualis quantuſque ſit, longam ſane & pene infinitam, neque ad id quod mihi propoſitum eſt neceſſariam, incurrerem (de qua tamen neque ipſe non habeo quod ſatis, ut in tali re, liqueat, neque puto quenquam valde errare poſſe, niſi qui ad eorum lectionem pro vero judicio aut cæcam & ſtolidam venerationem, aut indoctum indocilemque faſtum attulerit) in id ipſum jam me in fine hujus diſputationis induam. Neque id facto opus eſt. Doceant nos prius oportet novi hi & indocti doctores

ctores qua alia ratione quæ harum ipſarum ſcripturarum auctoritas ſit, aut etiam (quandoquidem nihil neſcire volumus) quidnam quod ad ſalutem prorſus neceſſarium ſit, quid quod tutius prætermittere poſſimus, contineant, melius ſciri poſſit quam ex fide & ſententia primorum Chriſtianorum. Tum hoc quoque, ut alia multa mittam, par eſt eos oſtendere, hoc argumentum magis contra patres quam contra omnem omnino doctrinam valere, eſſeque unicum theologi officium, non jam ſcripturam, ſed illas ejus partes quæ neque ſine ſalutis jactura a quovis homine ignorari poſſunt, & ipſæ per ſe facile ab omnibus intelligi poſſunt, intelligere atque interpretari. Quod ſi ita eſt, videant cui rei theologia ſit, ipſique adeo, qui ejus inſignia collo ſuſpenſi tam magnifice incedunt, cujus pretii ſint, qui, ſi vera dicunt, nihil nobis prodeſſe poſſunt, ſi falſa, etiam obſunt, ut ſive vera ſive falſa dicant, nihili homines ſint, minimeque digni qui tanto impendio publice alantur.

Atque hæc quidem de lectione patrum: pro arte critica pauca jam dicenda ſunt, quam tanta invidia apud indoctos & plebeculam doctorum flagrare video (partim propter inſignem & præfulgentem ipſius dignitatem & præſtantiam, partim propter nonnullorum hominum, qui ejus nomen ſibi arrogant, inſolentiam & ſuperbiam) ut non modo deſpiciendam nihilique faciendam eſſe cenſeant ut rem prorſus inutilem, verum etiam penitus ex republica literaria

raria ejiciendam & exterminandam ut perniciofam, & bonis moribus exitialem, ut quæ homines nugaces, importunos, infeſtos, feroces, petulantes, contumelioſos, arrogantes, contemtores aliorum, admiratores ſui, ex ſtultis denique inſanos & furioſos faciat.

Equidem non dubito quin viris vere doctis & perſpicacibus (qui uſus & abuſus literarum ſciunt, & quatenus in quoque ſtudio progrediatur utilis ſcientia, ubi incipiant eruditæ nugæ) ſatis ridiculum ſpectaculum ſit par principum criticorum de vocabulis, ſyllabis, literis, interpunctionibus, quaſi pro aris & focis, capitali odio digladiantes, alterque alterum & univerſum genus humanum impenſe contemnentes, freti conſcientia *reconditæ eruditionis*. Veræ tamen criticæ nihil eſſe confido ab hujuſmodi judicibus periculi. id quod niſi mihi penitus perſuaſiſſem, quemvis alium potius delegiſſem apud quem ejus cauſam agerem quam te, quem ego etiam admodum adoleſcentem (dicam enim non reverens aſſentandi ſuſpicionem) omnibus in rebus inane ſolido ad amuſſim, idque uno aſpectu, abſcindere atque amputare magna cum admiratione ſemper animadverti. Nos vero, ut paulo confidentior natio ſumus, neque te judicem fugimus, neque profecto quoſvis alios niſi imperitos. Recte autem & perite de cujuſlibet artis pretio ii demum judicare poterunt, non qui quicquid in omni genere literarum vulgo docetur perceperunt neque ipſi per ſe ultra progredi

aut proſpicere poſſunt, multo minus qui in una aliqua diſciplina hærent, & ejus amore occæcati neque in ea quod reprehendant, neque in ceteris quod laudent, videre quicquam poſſunt, & pro obſervantia qua ſe colunt quicquid neſciunt, leve & nugatorium eſſe facile ſibi perſuadent, ſed qui perluſtratis omnibus partibus doctrinæ, omniumque inter ſe conjunctione comprehenſa, quid quæque utilitatis aut ornamenti vel in ſe habeat, vel ad integram ſtructuram conferat, perſpicere poſſunt; qui, ſi neque pictores, neque ſculptores, neque inauratores, neque fabri ſunt, architecti tamen ſunt; ſi perfecti grammatici, poetæ, geometræ, aſtrologi, vel laborem fugientes eſſe noluerunt, vel in rebus majoribus & magis cura ſua dignis occupati, non potuerunt, omnium tamen horum judices cenſoreſque naturali quodam jure ſunt, ab ipſa natura ad eam rem ficti atque deſignati. Apud hujuſmodi conſilium, te judicium exercente, cauſam dicere, adeo non veremur, ut ultro optemus geſtiamuſque. Fatemur equidem criticam noſtram non ſemper verum fructum edere, ſed nimis interdum in frondes abire. vos itaque fundi domini luxuriantem compeſcite, vos veſtro jure erratico lapſu ſerpentem & ſarmentis ſilveſcentem ſalutari falce coercete: at ſcelerata ſecuris abſit, & impuræ manus hominum imperitorum, quibus iſtic nec ſeritur nec metitur.

At non eſt res fructuoſa, nihil conducit ad vitæ commoditatem aut bonum publicum. Nimirum fru-

gi

gi homines, & ex antiqua diſciplina, dignitatem artium ex ſola utilitate publica & neceſſitate æſtimant. Hi ſi reputare ſecum vellent quo ipſi loco in ſua quam moliuntur republica futuri ſint, quaque in re opera ſua utilis ſuis civibus foret, minus fortaſſe novis rebus ſtuderent. Hæc enim ratio non tantum artes & diſciplinas, ſed reſpublicas, omnemque orbis terræ ſtatum, inverteret. Nam, quod olim recte dixit arti ſuæ patrocinans bonus Columella, *Sine ludicris artibus, atque etiam ſine cauſidicis* (quot & quos addere potuerit nihil opus eſt dicere) *olim ſatis felices fuere futuraque ſunt urbes: at ſine agricultoribus nec conſiſtere mortales nec ali poſſe manifeſtum eſt.*

At enim cetera ſtudia aut utilitatem aliquam habent, aut ſaltem ingenuam quandam oblectationem: hoc neutram. Valde errant. Quicquid eſt in univerſa doctrina aut utilitatis aut jucunditatis, id omne ſibi acceptum referri ſuo jure poſtulat critica, quippe ex qua cognitio vetuſtatis tota pendet, cuique quicquid extat librorum antiquorum non minus quam ipſis eorum ſcriptoribus debemus, quos, ut abſque criticis eſſet non legiſſemus, ſed pro iis ſtolidorum librariorum errata & commenta, ita neque intellexit unquam quiſquam, neque intelligere poterit, niſi qui criticam aut didicerit, aut propter excellentem ingenii magnitudinem, criticus videlicet natus, non neceſſe habuerit diſcere. ſine qua ſive arte ſive potius facultate ſi quis aliquid magnum

num in literis fieri poſſe putat, is idem in vita communi fieri poſſe credat ſine judicio, quod critica eſt, aut in republica ſine ſagacitate, quæ perfectio ejus eſt, & humani ingenii meta.

Verum ut iſta altiora, & paucis hoc tempore aut intellecta aut curata, prætermittamus, & critici noſtri facultatem, non illius artis finibus pene immenſis, ſed, quod nunc vulgo fit, unius de provinciis ejus terminis deſcribamus; quis non miretur, eam artem cujus munus & officium ſit ſcripta veterum, variis longi temporis injuriis incredibiliter depravata, corrigere & in priſtinum nitorem reſtituere, viris doctis, iiſque maxime qui ſe maximos horum ſcriptorum admiratores profiteantur, futilem quandam rem & ineptam & prorſus inutilem videri? Hi aut nulla in iis libris ſupereſſe menda exiſtiment neceſſe eſt, aut certe nulla quæ tolli poſſint: quorum utrumque longe aliter eſſe, & omnes quotidie ſentiunt qui critici acuminis penitus expertes non ſunt, & ipſi quoque fortaſſe vidiſſent niſi prius & criticam deridere quam noſſe, & hos ſcriptores admirari quam intelligere, didiciſſent. Inſpiciant modo ſcripta vel infimæ claſſis criticorum. Intelligent quanta ſe latuerit copia mendorum, quamque non inſanabilia ſint, cum videbunt in optimas & certiſſimas interdum emendationes incidere, non paucos ita futiles & judicio vacuos ut caſu potius quam ratione & conſilio rem gerere videantur, multos judicio non quidem prorſus nullo præditos, ſed, quod

paulum

paulum oppido præſtat nulli, non germano & nativo ſed artificioſo & ex congerie quadam regularum conflato, neque eſſe quenquam tam ſtupidum & bardum quin aliquid aliquando excogitet quod in dubium vocari non poſſit.

Hæc de utilitate hujus partis criticæ. de difficultate, quæ conjuncta cum utilitate rerum pretium conſtituere ſolet, quæque ideo ſilentio præteriri non debet, dicere ſane vereor; ne, dum exponere conor quanta omnium fere liberalium artium & doctrinarum cognitione inſtructum oporteat eſſe eum qui hoc opus aggrediatur, quanta vetuſtatis memoria, quanta perſpicacitate qua in intimos auctorum animos & ſenſus penetret, quam acri & ſubtili judicio cum ad alia multa totamque adeo rem tum maxime quo ipſorum ſcriptorum peccata (quod, mea quidem ſententia, adhuc a nullo factum eſt, minimeque omnium ab iis qui aliis rebus maxime ceteris excellunt) a librariorum mendis diſtinguat, quam celeri denique & expedito ingenii motu quo locis vitioſis medicinam excogitet, excitem ipſe contra me interrogationem ad quam quid reſpondeam non habeo. Accidit autem percommode quod me tacente ex mirabili paucitate eorum quibus hoc negotium ſucceſſit quantum quamque arduum & difficile ſit quivis facile conjicere & intelligere poteſt. Quid enim aliud cauſæ eſſe poteſt cur in tanta multitudine emendatorum, non tantum apud nos reliquoſque populos aquilonares, quos iniquus ſol, ille

verus Phœbus quo agitante caleſcunt ingenia, niſi limis & ex longinquo non reſpicit, verum etiam apud vividos illos & ingenioſos Gallos, omniumque muſarum vel populares vel vicinos, divinæ ſolertiæ homines, Italos, vix ſingulis ætatibus tres aliqui aut quatuor feliciter rem geſſerint, niſi rei quædam incredibilis magnitudo ac difficultas?

Nam qui nugas noſtrorum nobis objiciunt, orandi ſunt ut introſpiciant ipſi in ſe, ſuaque quæcunque ſint ſtudia, quæ ſi libera ab hoc delicto eſſe comperiant, neque ſe quicquam ſui ſuorumve pudeat, cauſam non dico quin jure ſuo utantur, & nihil noſtri miſereantur. Quid enim? ſoline critici omnium mortalium nugis delectantur? Nunquam medici, nunquam juriſconſulti, nunquam phyſici, nunquam metaphyſici nugantur? Quid illa regina ſcientiarum theologia, nonne & ipſa quoque ſuas nugas & ineptias & ſatis ridiculas & ſatis multas habet? Quid qui ſe mathematicos vocant, qui non contenti finibus ſuis antiquis, ſatis iis quidem latis & pene immenſis, omnes artes nunc invadunt ſibique ſubjicere conantur, neque jam nomine tantum, ſed re quoque, omnem doctrinam ſibi arrogant, nonne & hi tantum a ſuis alieniſque negotiis otii habent, ut in ſua quoque provincia, utiliſſima ſane nobiliſſimaque; magnas ſæpe nugas agant? Nonne, ut pueri ænigmatis, problematibus invicem ſe provocant, propoſitiſque ſolutionis præmiis diſpendium temporis quæſtuoſum faciunt? Nihil plures

aut

aut majores nugas genuit quam logica. Contemnemuſne itaque artem ipſam, quæ ſi ulla eſt, quod affirmare non poſſum, aut eſſe poteſt, quod affirmare poſſe videor, haud ſcio an ulli arti vel dignitate materiæ vel muneris utilitate poſtferenda ſit? Quid enim eſt quod facere quis poſſit (ſi quis eſt, futuruſve unquam eſt, qui id facere & poſſit & velit & audeat) aut ſibi glorioſius, aut generi hominum utilius, quam ut certam judicandi aſſentiendique notam patefaciat, & errores fugiendi omnibus, veri inveſtigandi ſolertibus & ingenioſis, facilem & tutam viam muniat, & quos natura tantum rationis capaces finxit, rationales, cujus generis animalium nunc ſane magna paucitas eſt, arte & diſciplina faciat? Interea quæ ad eam rem extant adjumenta, pauci ſunt quibus non conducibilius ſit percepta non fortaſſe maximi facere, quam ignorata contemnere & deridere. De chronologia, quæ, quoniam in hunc ſermonem de nugis doctorum incidimus, præteriri minime debet, nihil opus eſt multa dicere. Video nullam eſſe diſciplinam de cujus utilitate magis conſtet inter eos qui ceterarum artium ſatis ſeveri cenſores ſunt, qui iidem, ſi ſibi convenire volunt, neceſſe eſt confiteantur nullum genus hominum ſive doctorum ſive indoctorum in levioribus & magis frivolis rebus tempus conſumere; niſi forte operæ pretium eſt totos dies, menſes, annos, integræ & florentis ætatis conſumere in veſtigando anno natali futilis homunculi qui ſi nunquam

quam natus fuiſſet nemo unquam quicquam damni feciſſet, & quicum, ſi æqualis noſter fuiſſet, vel unam horam colloqui magnam temporis jacturam putaſſemus. Nulla denique ars eſt quin in nugas & ineptias interdum abeat. Nihil eſt in ulla parte doctrinæ quo ſe ab inſita vulgaribus ingeniis nugacitate tueatur. Nimirum tota res, niſi fallor, ſic ſe habet. Univerſum orbem literarum peragrare, omnium ingenuarum artium & diſciplinarum nugatorias partes tranſilire, fructuoſas perdiſcere, omnes corrigere, ornare, locupletare, fines cujuſque, quos natura rerum aſſignaverit terminare, quos priorum induſtria reliquerit propagare, divini plane ingenii eſt. Proximus huic eſt, ſed longo intervallo proximus, qui ita ſe uni alicui nobili arti dedit ut in ea omnibus excellat, neque tamen aut in ea nugetur aut quæ ceteræ habent diſciplinæ vel per ſe ſplendidiora vel ad ſuam amplificandam ornandamve utiliora ignorari a ſe patiatur. Tertium locum obtinent, nihili quidem homines ſi cum ſuperioribus comparantur, ſin cum vulgo doctorum, magni & eximii, qui quicquid nugarum ei arti ad quam unam totos ſe conferunt priorum futilitas aſſuerit, magno licet a ſe labore perceptum, contemnunt & negligunt, inque eo quod habeat ſolidæ & veræ ſcientiæ ita ſe exercent ut & ſibi, & aliis, & arti etiam fortaſſe ſuæ, utiles ſe præſtent. Cetera turba aut inconſtanti & temerario impetu volitabunt per omnia, & nihil ſcire, quam quicquam neſcire videri,

videri, malent, aut ad quam ſe diſciplinam fortuna detulerit, in ea magis magiſque in dies ad extremum uſque ſpiritum nugabuntur. Ita res eſt, & ſemper, ut opinor, erat, eritque; eſtque omnino non in artibus ſed in hominibus culpa; neque diſciplinæ nos, ſed nos diſciplinas corrumpimus & nugaces facimus.

Ad arrogantiæ crimen quod attinet, & decantatum illum omniumque ſermone celebratum *faſtum criticum*, difficile quidem factu eſt quod omnes homines dicunt non credere, ſed multo, niſi fallor, difficilius excogitare unde hæc tanta eſſe poſſit criticæ cum ſuperbia cognatio, aut quibus occultis vinculis res tam diſtantes tamque diverſas natura copulaverit. Eſt equidem tantus vir in republica noſtra verus criticus, itaque unus eminet inter omnes qui verſantur in ſtudio literarum, ut minime mirum videri debeat, ſi non neſciat ipſe ſe & dignitatem ſuam. Atque hæc fortaſſe illa ſuperbia eſt de qua tantopere conqueruntur. Ego vero, quod ad me attinet, facile patior id hunc facere quod nemo poteſt non facere, neque ſi ſe ſciat qui vir & quantus ſit, meque qui non ſim eum eſſe non putet, id ſatis eſſe cauſæ exiſtimo cur hominem oderim & ſuperbiæ & inſolentiæ arguam, qui contra germaniſſimam eſſe ſuperbiam judico, non ſuam excellentiam ſcire, ſed alienam ferre non poſſe. Atque hoc quidem vere mihi videor eſſe dicturus, quamvis licet moderate hic quem ſua virtus & na-

tura ita in excelſo ſupra ceteros collocarunt, elationem & altitudinem ſuam ferat, quamvis licet de ſe verecunde, aut etiam inique, exiſtimet, niſi de ceteris quoque melius quam merentur, aut exiſtimet, aut exiſtimare ſe ſimulet, niſi decedat quotidie de jure ſuo, & ad inferiorem turbam deſcendat, ambiatque, & prenſet, & futiliſſimorum hominum ſuffragia mendicet, univerſos, poſitis, quibus nunquam carent, bellis inteſtinis, pactiſque inter ſe induciis, in eum, tanquam hoſtem communem, arma odiumque eſſe verſuros.

Verum eſto ut hæc ſuperbia appellanda ſit. cur ejus culpam ſuſtinet doctrina? cur critica? Et iſti quoque alii quos hic inimicos habet, docti ſunt, & magna ex parte (invidet enim maxime κεραμεῖ κεραμεύς) quatenus ſaltem ars ~~eſt critica~~ & diſci poteſt, critici, quos tamen penitus odiſſe ſuperbiam videmus. Non eſt igitur doctrina in culpa, ſed ſolertia; non ars, ſed ingenium. Hoc eſt quod male habet homines, hoc nimio ſuo fulgore urit. & ad quodcunque aliud aut ſtudiorum aut etiam vitæ genus iſtud intolerabile ingenium contuliſſet, pariter odioſus fuiſſet, non eiſdem quidem fortaſſe hominibus, ſed aliis æque modeſtis mortalibus, æqueque magnis oſoribus arrogantiæ.

Nam qui quod in rebus levibus & exilibus inque anguſta & contracta arte verſentur critici eo hanc arrogantiam tam facile iis innaſci putant, neſciunt quam latos fines hæc ars habeat, qua profecto nulla

nulla alia latiores aut habet aut habere poteſt. Neque porro contemplatio ſcientiæ ſuæ, ſive ea utiliſſima & nobiliſſima ſive nugaciſſima futiliſſimaque ſit, ſuperbos homines facit, ſed ſuperbia contemplatores & admiratores ſcientiæ ſuæ. Ut naſcimur, ita ſumus. Hic ab infante omnia timet, ille nihil: hic infeſtus eſt & importunus, ille mitis & benignus: hic tenax, ille liberalis: pariterque in hac re, hic a primis incunabulis mirifice ſibi placet, neque exſpectat dum ſciat qualis & quantus ſit, ſed ſtatim ut circumſpicit facile videt neminem eſſe omnium hominum tam dignum quem & ipſe & alii omnes venerentur & colant quam ſe: ille contra modeſtus & verecundus a parvulo eſt. Uterque naſcitur, non fit.

Hactenus criticorum & patrum cauſam egi, defendens munuſculum meum. quæ reſtant in minus multa verba conferre conabor, & finem tandem huic immani epiſtolæ imponam ſi pauca prius de Juſtino deque me ipſo, quæ neceſſe habeo dicere, dixero.

Ad Juſtinum quod attinet, quanquam ut eum tibi quam diligentiſſime poſſim laudem atque tradam & mos antiquus & ipſa harum literarum commendatitiarum natura poſtulare videatur, neque quicquam tam magnifice de quovis auctore ab editore ſuo dictum unquam ſit quod non de eo, fultus auctoritate virorum doctiſſimorum, dicere poſſem; reverens tamen & tuum judicium & conſcientiam meam, cautius & ſubmiſſius agere decrevi. Sunt, ut dixi, qui

ejus

ejus eloquentiam, ingenium, judicium, doctrinam, in cœlum laudibus efferunt: ſunt etiam qui mirabilem in modum contemnunt & deſpiciunt. Utrique inſaniunt. Scriptor eſt, non ille quidem omnium qui unquam fuerunt aut diſertiſſimus aut acutiſſimus, ſed tamen vividus, acer, & multis nominibus utiliſſimus, & quanquam minus aptus fortaſſe faſtidioſæ hujus delicati ſeculi elegantiæ, ut iis tamen temporibus, doctrina, judicio, eloquentia, minime vulgari. Has virtutes duo maxime vitia obſcurant: incredibilis quædam in ſcribendo feſtinatio, & ſtylus iracundus, pugnax, objurgatorius, & ab omni tum erga imperatores obſequio & reverentia, tum erga alios comitate, alienus. Quorum alterum, quanquam & ipſum, id quod neceſſe fuit, in multa alia duxit quæ non ſolent facile ignoſci ſcriptoribus, & nos etiam in multos errores ducere poteſt, levius tamen eſt quam ut ejus venia pluribus verbis a te peti poſſit ſine magna injuria humanitatis tuæ. Alterum ita contrarium eſt tuis moribus ſuaviſſimis eique admirabili facilitati qua omnes tibi mortales devincis, ut excuſari apud te poſſe plane deſperem. Verum penitius rem inſpicienti accedit animus. Nam quanquam quos timor aut prudentia comes aut in quovis alio genere bonos & moderatos facit, aſperi omnes & iniqui natura ſunt iis qui quas ipſi inviti ſervant leges negligere & tranſilire audent, & quia compedes ſuas oderunt eos quoque male odiſſe ſolent quos nullis vinculis impeditos libere vagari

&

& curſitare vident, vera tamen & voluntaria virtus licentiam non odit ſed magis ſpernit, neque invidia dignam putat ſed miſeratione, ut cujuſlibet fere delicti ab optimo quoque & ab iſta culpa remotiſſimo facillime impetraveris. Qua fiducia fretus, non defendere quidem noſtrum, ſed aliquo modo excuſare, non verebor. Atque equidem ſiqua cuiquam ſatis juſta cauſa eſſe poſſet quamobrem de religione officii declinaret, facilis eſſet noſtra ſeu excuſatio ſeu potius etiam defenſio. Intolerabile eſt ea conditione vivere ut ſpiritum niſi precarium nullum ducas, omnibuſque omnium injuriis & acerbiſſimæ morti quotidie obnoxius ſis, nullum aliud ob peccatum tuum quam quod civibus tuis ſapientior, meliorque & vir & civis ſis. Omne animal, cum læditur, vocem, ſiquam habet, mittit, ſi ignavum & timidum ſit, querulam & miſerabilem, ſin forte & generoſum, iracundam & minacem: & ubi nullum eſt viris ſanctiſſimis & integerrimis in innocentia præſidium, multoque magis ubi virtus adeo non prodeſt ut etiam obſit & in perpetuum vitæ diſcrimen adducat, eſt quod ſibi gratulentur & præclare ſecum agi putent & qui in ea republica ſummam poteſtatem habent & crudelitatis eorum adminiſtri ſi ſe homines miſeri verbis tantum ulciſcuntur. Sed hæc hactenus.

Ad me tranſeo operamque quam huic præbui. qua ſi feci ut rectius legatur & melius intelligatur, effeci, nihil equidem magnum, ſed id tamen quod

propoſitum mihi fuit. Nam quod vulgo faciunt critici, ut occaſiones evagandi ubique captent, in omnem antiquitatem excurrant, & per cauſam veteris auctoris edendi tota adverſaria omnemque ſcientiam ſuam, &, quod ſæpe fit, non paulum etiam alienæ, edant, ſcriptores alios citent nulla alia de cauſa quam ut emendent aut *notent* & longum indicem *auctorum emendatorum, tentatorum, notatorum,* ſubjungere *curis* ſuis poſſint, perridiculum mihi & puerile ſemper eſt viſum.

Jam quod ad ſtylum harum notularum attinet, hoc genus ſcriptionis in eorum numero eſt in quibus quævis ornamenta orationis non tam laudabile eſt adhibere potuiſſe, quam ineptum & ſtultum adhibenda putaſſe. Quare cum infra laudem poſitum ſit, æquum eſt ut infra cenſuram quoque & reprehenſionem poſitum eſſe judicetur. Quod itaque unum in hac re neceſſe habeo a te petere (in quo me formido elegantiæ tuæ conſilium & rationem meam ipſum evertere cogit, omneſque fraudes meas & inſidias ante tempus etiam aliis patefacere) hoc nimirum eſt, ut ne me hac tam parva conſuetudine ita criticorum vitiis imbutum eſſe putes ut eas res de quibus mihi ſæpe ſtatuere & pronuntiare, interdum etiam diſſerere & diſputare, neceſſe fuit, ſemper tam certas aut tam graves exiſtimem quam ſtylus & loquendi modus ſignificare videatur. Quippe, ut aliæ artes omnes, ita critica quoque ſuum fucum, ſuas fraudes & fallacias habet bene multas,

quibus

quibus lectorem inducit hiantem. quarum omnium ea quam tibi jam expoſiturus ſum ut uſitatiſſima ita etiam honeſtiſſima eſt, eoque magis quod pene neceſſaria eſt. Nam quantumvis licet in ceteris rebus omnibus verecundia deceat, inque alio quovis genere ſcriptionis ſtylus ad naturam rei de qua agatur accommodatus, & ridiculum contra ſit de rebus levibus magnifice, de incertis confidenter, dicere; tamen ſiquis iſta religione in notis conſcribendis uti volet, ne verecundi quidem ſcriptoris laudem conſequetur. nam legetur a nemine. Erigenda itaque humilia ſunt, augendaque minuta, & quandoquidem, ut modo dixi, nullus hic locus eſt ornamentis orationis, hoc ſaltem pondus nugis addendum, ut quaſi in tribunali ſe collocet criticus, & de omnibus rebus quaſi ſuo jure ſtatuat, decernat, edicat, &, quoniam auctoritas ſæpe argumentatione elevatur, breviter plerumque & ſtylo imperatorio quid ſuæ ſententiæ ſit ſignificet. Utrum hoc fraudulento conſilio critici noſtri plerique omnes quaſi de tripode nos ſemper allocuti ſint, an ſincere & ex animo hoc faciant, elati ſuperbia meritis quæſita, tuum judicium eſt: mearum in hoc genere ineptiarum veram me unicamque cauſam protuliſſe, omni tibi aſſeveratione confirmo.

Reprehenſiones virorum doctorum, ſi vitari ullo modo poſſent, magnopere excuſatione apud te egere exiſtimarem. Sed, ut dixi, aliter non ſit liber criticus. *Status* criticæ, *ſtatus belli* eſt, ſemperque aut

Cædimur

Cædimur aut totidem plagis conſumimus hoſtem.
Non diſſimulabo tamen, eam neceſſitatem non ſemper invito obveniſſe. Movent mihi ſtomachum, ut tibi confitear, futiles homunculi qui in famam & honorem, unicam ingenii & doctrinæ mercedem, commendatione mutuæ adulationis irrepunt, aut audacia & impudentia freti ſuis ſuffragiis ſe intrudunt. Hæc aliena a ſe putent quibus præter ſe nihil curæ eſt: ego nihil a me alienum puto quod ad rempublicam literariam pertinet, quæ, ſi honores promiſcue dignis & indignis deferantur, imo niſi ſanctiſſimi caſtiſſimique ſerventur, & neque cum indoctis communicentur neque in mediocribus hominibus pervulgentur, neque florere neque ſtare poteſt. Sic ſum, neque me mutare poſſum, neque profecto valde cupio: quanquam non ſum neſcius quanti aliis hic animus ſteterit. qui quidem, cauſæ nihil dico quin livor, malevolentia, arrogantia, ab omnibus appelletur, ſi non eodem ſtudio, in vita bonis, in republica optimatibus, hoc eſt, ut ego quidem interpretor, boni publici ſine ullo reſpectu rerum privatarum ſtudioſis, in literis vere doctis, in quavis denique arte ingenioſis ceteriſque præſtantibus, ſemper adſim, opituler, plaudam, laudique eorum & dignitati faveam, quo malos, factioſos, ſemidoctos, hebetes, præmia eorum ornamentaque intercipientes, inſector, detegoque. Una tamen mihi res in hoc negotio vehementer diſplicet. Nam cum reputo quo animo homines in peregrinos & advenas fere

fere ſint, noſque Angli ante alios (quanquam, uti quidem ſpero, planeque mihi perſuadeo, injuria) eſſe dicamur, iraſcor forti meæ quæ me cum alienigenis laute hic receptis potiſſimum commiſit. Joannem Erneſtum Grabium dico, & Mericum Caſaubonum, & Iſaacum Voſſium. Ego patriæ meæ, tametſi amantiſſimus, non ſum tamen tam ſtulte amans ut eam literarum ſedem aut unicam aut præcipuam aut eſſe aut unquam fuiſſe putem, omninoque recte factum ab iis exiſtimo qui hos homines aut invitarunt aut retinuerunt, idque exemplum, ſed majore delectu, ſemper ſequi noſtros velim. tantum abeſt ut eorum commodis invideam quæ hic adepti ſunt. Verum ſic ſe res habet. Grabius vir bonus nec indoctus fuit, & in ſcriptis patrum apprime verſatus: criticus non fuit, neque eſſe potuit, utpote neque ingenio, neque judicio, neque, ſi verum dicere licet, doctrina, ſatis ad eam rem inſtructus. id quod Juſtinum poſt illum edenti neceſſe erat ſæpe demonſtrare. Poterat id quidem fieri clementius, ſed ego in omnibus rebus veritatem & libertatem amo, & erant præterea cauſæ peculiares cur cum eo remiſſius agere nollem. Neque non prævidi tamen quantum mihi invidiæ conciliatura ea libertas eſſet, itaque celerius opinione mea, qui profecto non exiſtimavi tam avide exſpectari Juſtinum meum ut etiam ſub prælo legeretur, eveniſſe intelligo. Audio enim jamdiu muſſitare quoſdam, magnæ eam rem offenſioni miroque dolori ſibi eſſe.

Hoc ſi his hominibus tam valde dolet, merito ſuo dolet. abſque enim eis fuiſſet, longe aliter hic tractatus eſſet bonus Grabius. Collaudaſſem induſtriam, modeſtiam, fidem, comprobaſſem conatus, delicta multa paucis recte factis pietatique hominis & probitati libens condonaſſem. Sed imperita horum admiratio viri, laudabilis quidem, ſed longe intra admirabilitatem, fecit ut non modo utile verum etiam neceſſarium eſſe videretur cogere hominem in ordinem, oſtendereque hominibus noſtris, maximeque junioribus theologis, cujuſmodi ille nobilis Grabius ſit cujus dictata tanti facere docentur; non enim convenit quenquam habere plus auctoritatis quam judicii. Recte itaque faciunt viri boni cum Grabium, non tam ſuæ quam illorum inſcitiæ pœnas pendentem, quantum poſſunt, ulciſcuntur. neque æquum eſt id me iis ſuccenſere, quod ſane neque facio.

Ουκ ἀλέγω, ὡσεί με γυνὴ βάλοι, ἢ παῖς ἄφρων.

Quin potius gratiam habeo. Placeo mihi cum eis non placeo quibus in admiratione eſt Grabius. Sed de his nimium multa. Revertor ad propoſitum. Caſaubonus quoque vir bonus erat & pius, & eruditione minime vulgari præditus: ingenio non admodum valuit, judicio multo minus. quod cum in Juſtino depravando oſtendere voluerit, meum officium erat quem in fidem meam acceperam defendere, & de more videre ne quid a quovis alio præter me detrimenti caperet. Reſtat Voſſius, vix ulla in re horum

rum ſimilis. Erant in eo homine multæ literæ, ingenium excellens, judicium etiam, ſi non maximum, at tantum quantum ei ſatis ſuperque fuit, qui, niſi omnia me fallunt, quid in quavis re verum eſſet leviter curavit perſpicere. Satis habuit nova, devia, mirabilia, in critica, in philoſophia, in theologia, quærere & excogitare: vera anne falſa eſſent, id vero aliis exquirendum reliquit, qui ſua iſtuc intereſſe exiſtimarent. Hic quoque ſe mihi ultro obtulit, meliuſque quam merebatur acceptus eſt.

Verum quid attinet morari te tot defenſionibus inconditi & inficeti operis quod a te, cujus omne otium obſident captantque cum aliæ omnes voluptates tum in primis literarum elegantiorum, Græcarum, Latinarum, Italicarum, Gallicarum, deliciæ, nunquam lectum iri ſatis ſcio? Neque id ego profecto cupio. mirum ni me turpiter darem cum meo caſco patre, illepidoque odioſorum criticaſtrorum comitatu.

Accipies tamen libenter hoc quicquid eſt munuſculi, præſertim cum non ſolum ſine ulla adulatione, quam te a me non timuiſſe ſcio, verum etiam propemodum ſine ulla commemoratione laudum & virtutum tuarum, præter morem, deferatur. Quod ego tamen (nolo enim, ut probe ille Terentianus Pamphilus, cum nihil promeream, poſtulare id gratiæ mihi apponi) non verecundiæ tuæ, quæ majoribus virtutibus obumbrare non debet, perverſam gratiam gratificans

tificans feci, neque porro aut pudori meo indulgens (nam epiſtola non erubeſcit) aut gravitati & dignitati conſulens (qui quanquam, ut ſcis, minime blandus ſum, officii tamen duco αἰνεῖν αἰνητὰ) ſed quod iſti generi ſcriptionis jamdiu auctoritatem abrogaverit mendicantium ſcriptorum turpis adulatio, eademque ita promiſcua, ut omnes laudes tuas perluſtrans vix ullam inveniam quin, ſi fides dedicationibus apud poſteros erit, communis tecum multis, ut leviſſime dicam, admodum parvi pretii mortalibus futura ſit. Verum enimvero non valebit tantum apud me aut bonorum omnium meaque ipſius juſta horum hominum contemtio, aut etiam metus ſuſpicionis adulandi (quam, ſiqua forte apud ignaros utriuſque noſtrum futura eſt, & tuæ virtutis fulgor brevi diſcutiet, & mea vita ſemper redarguet) ut laudem primitus te cum patriæ noſtræ tum orbi literato oſtendendi, monſtrandique omnibus jam exoriens gentis & ætatis noſtræ lumen & decus, mihi præripi patiar. Ego vero & tibi omnium hominum amorem ſummamque laudem etiam ſine invidia (a qua vel tantam virtutem ingeniique præſtantiam tanta ſuavitas facile defendet) & magnum omnibus artibus elegantioribus & nobilis hominis vel cognitione vel patrocinio dignis, magnum literis noſtris, ſemidoctæ barbariæ undique ingruenti ægre reſiſtentibus, &, niſi omni ratione ſubveniatur, perbrevi ceſſuris; magnum reipublicæ denique patriæque in te præſidium atque ornamentum

mentum, & dudum auguratus ſum & nunc publice ſpondeo prædicoque. Eveniet. fieri aliter non poteſt. Veniet tempus cum qui ſcripta ſua tui nominis ſplendore ornabunt, non verebuntur ne cuiquam nimium, ſed ne omnibus parum, dixiſſe videantur;

Convenientque tuas cupidi componere laudes
Undique quique canent vincto pede, quique ſoluto.

Hi antiquam fidem cum politiſſima morum elegantia, ſummam fortitudinem cum pari manſuetudine, exquiſitiſſimam prudentiam cum generoſa ſimplicitate, conjunctam; hi ingenium excellens & ad omnia verſatile, ſagacitatem promtiſſimam, judicium ſubtiliſſimum, doctrinam in tanta dignitate plane ſingularem, veramque eloquentiam, qua, niſi non vis, mirabiliter excelles, unus omnium mortalium ad perſuadendum natura factus; hi inſignia in rempublicam merita, de qua optime mereri, quia potes, debes, quia debes, certe non noles, omni genere monumentorum æternitati mandabunt.

Tum meæ, ſi quid loquar audiendum,
Vocis accedet bona pars.

Sin minus, mihi hac futuræ tuæ gloriæ prædictione parta immortalitas eſt. Ibit in ſecula, ſubjunctum laudibus & hiſtoriis tuis, nihil earum rerum omnium eveniſſe non prædicente me, principemque in omnibus rebus ſuæ ætatis virum, hominem ſolitarium, literis abditum, inexpertum rerum,

& in puero prævidiſſe, & primum civibus ſuis oſtendiſſe.

Ως ποτε τὶς ἐρέει, τὸ δ' ἐμὸν κλέος ὔποτ' ὀλεῖται.

Tu autem ne te ſubtrahe laudibus noſtris, ſed effulge quamprimum pleno ſplendore, & libera fidem meam. Vale.

LECTORI.

L E C T O R I.

PRÆTER ea quæ in dedicatione dicta ſunt, alia quædam ſunt quæ te ſcire velim; quæ paucis accipe. Codices MSS. horum ſcriptorum Juſtini in Anglia nulli ſunt, neque alibi gentium uſquam, quod quidem ſciam, præterquam in Gallia, ubi duo ſunt, quorum utriuſque accuratam collationem mihi deſponderam. alioqui nunquam ſane huic operi manum admoviſſem. Verum accidit, duorum doctiſſimorum hominum quorum opera ad eam rem uſurus eram, alterius immatura morte, alterius temporis anguſtiis, ut nihil obtineri poſſet amplius quam ut loci quidam ſelecti cum uno eorum conferrentur. In quo ipſo hoc inſuper acceſſit infortunii ut is unus (quo caſu vel errore neſcio, niſi agnoſco fortunam meam) ille eſſet unde Roberti Stephani editio expreſſa eſt. ut minime mirum ſit ſi iſta collatio non ita multum nobis profuit. Deſtituti itaque ſperato codicum auxilio, editionem Stephani ſumma fide & diligentia exhibendam duximus. id quod, niſi fallor, factum eſt. Idem in omnibus veterum libris fieri nihil mali eſſet. Verſio Joannis Langi eſt. In ea tranſcribenda non neceſſe habui tantam religionem adhibere, ſed mutavi multa, exemplo aliorum editorum Juſtini, jureque meo, ut mihi viſus ſum, uſus; inſcius

effati

eſſati viri doctiſſimi, magnæque famæ & auctoritatis, qui hoc negotium alienæ interpretationis interpolandæ apud viros cordatos haud unquam laudi ceſſiſſe *affirmat. Quod ſi non plus vult quam dicit vir clariſſimus, ſalva res eſt; laudem enim ex re tantula profecto quæſitum non ivimus: ſin contaminari non decere verſiones vult, iſtamque licentiam a viris cordatis ſemper eſſe improbatam, næ ego mihi jocularium malum meo jumento arceſſivi. Si quis autem requirit cur non novam potius interpretationem dederim, nihil eſt quod tam facile expedire poſſim. Tantum enim abfuit ut novam verſionem mihi conficiendam eſſe putarem, ut propius nihil factum ſit quam ut nullam ederem; quippe qui & omnibus verſionibus de Græca lingua in Latinam, de utravis in vernaculas, quibus hanc cum doctorum incredibilem paucitatem tum ſemidoctorum & ſciolorum multitudinem præcipue, niſi fallor, debemus, capitalis hoſtis ſim, & hunc ridiculum morem adjungendi libris Græcis Latinas interpretationes Græcarum literarum labem & perniciem extitiſſe ſemper exiſtimaverim. Sed quid facerem? Liber Græcus ſine verſione Latina editus quam cito vel in magnorum Doctorum bibliothecis ſitum ducat, nemo neſcit. Et quis vermibus & araneis ſcribere velit? Quid quod & compendii bibliopolæ habenda ratio erat, qui confirmavit Græcum codicem incomitatum interpretatione Latina omnium malorum mercimoniorum longe eſſe invendibiliſſimum: quare ſe magnopere mihi auctorem ſupplicemque eſſe ut peſtiferum illud conſilium abjiciam; tum autem quod, de eo dejectus, proximum ceperam, in extremum ſaltem libri ablegandæ verſionis, id quoque ſua cauſa ut mutem; ni facerem, ſe meæ pertinaciæ graves pœnas perſoluturum. Quamobrem quoniam Juſtino, quaſi in barbariam miſſo, adjungendus*

interpres

interpres neceſſario erat, neque meam operam in re meo judicio non tantum inutili ſed etiam pernicioſa poni conveniebat, verſionem Langi, quia habita eſt optima, elegi, quia ſæpe vitioſa erat, quo minus mali faceret, emendavi. In qua tamen emendatione neque Latinitatis rationem ullam habui, quippe quam nihil niſi una litura emendare poterat, neque ipſam ſententiam meis ponderibus, quod & ipſum non minoris laboris fuiſſet, haud ſcio an etiam majoris, quam novam verſionem facere, ſed quadam populari trutina, leviterque & remiſſe, ut invitus & humilem operam ægre devorans, examinavi. neque quicquam aliud præſtabo niſi minus multis in locis peccatum eſſe quam dudum. In notis cum alia multa, ut fit, fierique neceſſe eſt in rebus hujuſmodi, culpabis & reprehendes, tum hoc fortaſſe in primis, quod tantum laborem impenderim in conferendis locis ſcripturæ cum editionibus bibliorum & tot patribus. Quod ego tamen (quanquam magis ad editorem LXX interpretum quam Juſtini pertinere non diffiteor, qua de cauſa neque plures patres adhibui, contentus iis qui mihi forte, alii alio tempore, ad manum erant, & ſi quid erat diſputandum, levi brachio rem tranſegi) adeo non muto factum, ut nullius rei unius in hoc opere magis me pœniteat quam quod ab initio accurate factum non eſt. Quod ſi cui minutiæ collationis diſplicent, is cogitet nihil recte factum eſſe quod non omnibus ſuis partibus, quantulæcunque ſint, perfectum expletumque ſit: tum autem hoc mihi credere tuto poteſt, vix quicquam eſſe in hac collatione tam minutum quin rerum multo majorum vel anſam excogitandarum vel materiam confirmandarum præbere poſſit. Annotationes Pearſoni nunc primum prodeunt, ex bibliotheca academiæ Cantabrigienſis, ea quæ regia dicitur, Regis munere vere regio aca-

k *demiæ*

demiæ donata. Noli mirari ſi forte exſpectationem tuam decipiunt. Prima fere cogitata ſunt, ſponte inter legendum nata, atque ita continuo ſine examine, ut quidque animo ad majores plerumque res attento ſurrexit, quantum de me & ex ipſa re conjecturam facio, in marginem codicis conjecta. Daviſii notæ in primam apologiam tam ſæpe nihil differunt a meis ut verear ne te bis eadem dolo deceptum emiſſe conquerare. Sed quid facerem? Ejus notæ, ea gratia eaque conditione ad me miſſæ ut cum meis ederentur, non erant ullo nomine decurtandæ: meas autem delere non ſivit paternus ille inventionis amor. quem profecto non putaram tantum valere, præſertim in rebus tantillis. Neque porro ſi maxime vellem, inducere omnes poſſem; neque enim omnes ſuas Daviſius uno tempore mihi miſit, ſed alias ante aliquot annos, alias nuper ante paucos menſes, integro fere opere typis jam impreſſo. Utraſque levi celerique opera conſcriptas eſſe certiorem ut te facerem mihi mandavit. Noli autem exſpectare dum tibi laudem quæ non parva ex parte mea quoque ſunt, aut, de more criticorum, valde me gaudere teſter meas conjecturas tanti viri auctoritate confirmari. Mihi crede, ea res nunquam cuiquam voluptati fuit. Nemo eſt qui ſuorum inventorum laudem, quantulacunque ſit, vel ſibi præripi (quod in una de his emendationibus factum eſt, quam Daviſius ad Ciceronis Tuſculan. Quæſtion. IV. 15. *antequam mihi cum Juſtino quicquam fuit, obiter ediderat) vel etiam cum aliis communicari cupiat. Viro tamen doctiſſimo, cum meam editionem ſuis notis & emendationibus ornatam & locupletatam voluit, eaſque mihi, homini ſibi prorſus ignoto, ultro miſit, gratias, ut par eſt, ago. Indices rerum & verborum Sylburgio debes. Si quæris qui factum ſit ut tanto ante promiſſus tam ſero*

prodeat

prodeat Juſtinus meus; duos annos ſub prælo fuit, reliquum tempus latuit apud me, conſtantem in ſuſcepto conſilio nihil in eo perdendi præter operam & tempus. quod ſimulatque aliquatenus cautum fuit, continuo typographo traditus eſt. Plura dicere nolo, ne non tam fidem meam conſtantiamque promiſſi defendere videar, quam de eo queri quod magnopere contemno. Jam ſi quis eſt qui hanc editionem, ſubjunctis reliquis Juſtini operibus, quod mihi olim in animo erat facere, abſolvere velit, ei lampada trado. Nos jampridem, pluribus de cauſis, & iſtud conſilium in perpetuum repudiavimus, & hujuſmodi ſcriptionibus multam ſalutem diximus. Vale.

E R R A T A.

P. 45. not. col. 2. ℣. 14. *lege* aliaque cjuſmodi
P. 62. ℣. 35. *adde in margine* 1 Paralipom. xvi. 23 & ſeqq.
P. 63. not. col. 2. ℣. ult. *l.* Secutus ſum in verſione
P. 64. not. col. 1. ℣. 2. *l.* vertendum
P. 72. ℣. 24. *l.* πίστεως
P. 92. not. col. 2. ℣. 8. *l.* in errorem
P. 105. ℣. 6. *l.* ὑμῶν
P. 117. verſ. ℣. 18. *l.* ab initio
P. 120. not. col. 1. ℣ 38. *poſt* κολάσεως *adde:* οὕτως γὰρ καὶ οἱ προφῆται πάντες προκεκήρυξαν γενήσεσθαι, καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος ἐδίδαξε.
P. 127. not. col. 2. ℣. 15. *l.* & voluptatibus
P. 127. not. col. 2. ℣. ult. *l.* Ελληνεσιν.
P. 130. verſ. ℣. 3. *l.* aliorumque
P. 131. not. col. 2 ℣. 35. *l.* diſputationi
P. 131. not. col. 2. ℣. 38. *l.* niſi ſi
P. 133. verſ. ℣ 5, 6. *l.* factum
P. 133. not. col. 2. ℣. ult. *l.* puniri
P. 139. ℣. 24. *l.* ἐγεννήθη
P. 147. not. col 1. ℣. 12, 3. *l.* μάλιστα
P. 149. not. col. 2. ℣. 22. *l.* de mundo αἰῶνος].
P. 161. not. col. 2. ℣. 5. *l.* Legendum προέδωσεν.
P. 164. not. col. 2. ℣. 4. *l.* Legendum εἰσακούετε:
P. 172. verſ. ℣. 21. *l.* ſpecioſa
P. 188 not. col. 1. ℣. 8. *l* & Curterii
P. 201. not. col. 1 ℣. 9. *l.* quæ παραβαίνει?
P. 211. not. col. 1. ℣. 2. *l.* p. 210. ℣. 14, 5.
P. 211. not. col. 2. ℣. 3. *l.* ℣. 30, 1.
P. 211. not. col. 2. ℣. 5. *l.* Χριστὸς, ὃς
P. 234. not. col. 2. ℣. 6. *l.* ſervet, poſſitne ſalvari?
P. 234. not. col. 2. ℣. 26. *l.* dixiſſe
P. 242. not. col. 1. ℣. 13. *l.* חכלילי
P. 243. not. col 2. ℣. 18, 9. *l.* totum hunc locum.
P. 258. not. col. 1. ℣. 17. *l.* abſtinuiſſe dicitur,
P. 266. not. col. 1 ℣. 7. *l.* P. 264. ℣. 18.
P. 281. ℣. 13. *l.* γεγόνων]
P. 293 not. col. 2 ℣. 1. *l.* Nos hic quoque
P. 294. not. col. 1. ℣. 3. *dele* ſcilicet.
P. 300. not. col. 2. ℣. 1. *l.* p. 263. ℣. 4, 5, 6, 7.
P. 304. not. *l.* 5. Ὅτι.
P. 311 not. col. 2 ℣. 19, 20. *l.* v. 31.
P. 314. not. col. 1. ℣. 6. *l.* Biblia Aldina
P. 331. not. col. 1. ℣ 5. *dele* qui
P. 336. not. col. 1. ℣. 14. *l.* c. x.
P. 339. ℣. 2. *l.* ὁπότε
P. 344. not. col. 1. ℣. 5. *l.* μέλλοντα
P. 349. not. col. 2. ℣ 3 *l.* ut in vulg.
P. 355. not. col. 1. ℣. 9. *l.* in bibliis
P. 355. not. col. 1. ℣. 10. *l.* quæ itidem
P. 355. not. col. 2. ℣. 13. *l.* & p. 358.
P. 356. not. col. 1. ℣. 1. *l.* 3, 4 Τῶν γεγενημένων τὴν προαγγελίαν ἐποιεῖτο.] Γεγενημένων ferri poteſt.
P. 358. not. col. 2. ℣. 5. *l.* V. p. 359.
P. 360. not. col. 2. ℣. 14. *l.* Quis tamen
P. 370. not. col. 2. ℣. 12. *l.* ἐντεθλιμμένων.
P. 375. not. col. 1. ℣ 7. *l.* βοᾷ.] F. leg.
P. 386. not. col. 1. ℣. 3. *l.* nequeo
P. 397. not. col. 1. ℣. 17, 8. *l.* minime
P. 418. verſ. ℣. 4, 5. *l.* coarguimini
P. 424. verſ. ℣. 19. *l.* pecoribus

Dedicat. p. 9. ℣. 8. *l.* citharœdorum

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ καὶ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ

ΥΠΕΡ

ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ

ΠΡΟΣ

ΑΝΤΩΝΙΝΟΝ τὸν ΕΥΣΕΒΗ.

SANCTI *JUSTINI*

PHILOSOPHI & MARTYRIS

APOLOGIA

PRO

CHRISTIANIS

AD

ANTONINUM PIUM.

53 Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνίνῳ Εὐσεβεῖ Σεβαστῷ Καίσαρι, καὶ Οὐηρισσίμῳ υἱῷ φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφῳ, Καίσαρος φύσει υἱῷ,

Imperatori Tito Ælio Adriano Antonino Pio Auguſto Cæſari, & Veriſſimo filio philoſopho, & Lucio philoſopho Cæſaris naturali filio,

2, 3. Σεβαστῷ Καίσαρι. Euſeb. Καίσαρι Σεβαστῷ. 4. Φιλοσόφῳ. Euſeb. φιλοσόφου.

NOTÆ.

4. Λουκίῳ φιλοσόφῳ, Καίσαρος φύσει υἱῷ] Euſeb. φιλοσόφου Καίσαρος: non male: quoniam M. Antoninus paſſim philoſophi cognomine ornatur, & p. 43. idem hic L. Verus φιλοσόφου Καίσαρος παῖς nominatur, & ſicut Eutropius M. Antoninum non ſolum vitæ moribus, ſed etiam eruditione philoſophum fuiſſe tradit, ita etiam Ælius Spartianus cum ſcribit a puero philoſophiæ ſtuduiſſe, philoſophiæque præcepta edidiſſe, & ſemper in ore habuiſſe illam Platonis ſententiam, *florere civitates, ſi aut philoſophi imperarent, aut imperatores philoſopharentur.* Sed veram eſſe hanc quoque Juſtini lectionem, probant ea quæ paulo poſt ſequuntur p. 5. & confirmat hæc Athenagoræ inſcriptio, αὐτοκράτορσι Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Ἀντωνίνῳ, καὶ Λουκίῳ Αὐρηλίῳ Κομμόδῳ, Ἀρμενιακοῖς, Σαρματικοῖς, τὸ δὲ μέγιστον φιλοσόφοις. Porro ut recte intelligantur illa, Καίσαρος φύσει υἱῷ, accipiendus is eſt qui primus Cæſar ab Adriano, ut paulo ſupra notavi, nuncupatus eſt. Sic enim Æ-

filio & Pii adoptivo, eruditionis amatori, ſacroque ſenatui, & populo Romano

υἱῷ, καὶ Εὐσεβοῦς εἰσποιητῷ, ἐραστῇ παιδείας, ἱερᾷ τε Συγκλήτῳ, καὶ δήμῳ παντὶ

2. Δήμῳ παντί. Euſeb. παντὶ δήμῳ.

NOTÆ.

lius Spartianus in Antonino Pio: *Adoptionis lex hujuſmodi data eſt, ut quemadmodam Antoninus ab Adriano adoptabatur, ita ſibi ille adoptaret M. Antoninum, fratris uxoris ſuæ filium, & L. Verum Ælii Veri, qui ab Adriano adoptatus fuerat, filium, qui poſtea Verus Antoninus eſt dictus.* Et rurſum in L. Vero: *L. Ceionius Ælius Commodus Verus Antoninus, ex Adriani voluntate Ælius appellatus eſt; ex Antonini conjunctione, Verus & Antoninus. Huic naturalis pater fuit L. Ælius Verus; qui ab Adriano adoptatus, primus Cæſar eſt dictus, & in eadem ſtatione conſtitutus periit.* Cujus rei meminit & Xiphilinus. Ut L Verus primo reſpectu L. Veri Cæſaris naturalis filius ſit, & Adriani nepos adoptivus. Secundo reſpectu adoptivus filius M Antonini Philoſophi, nepos Antonini Pii, pronepos Adriani. Sylburg. In quatuor noſtris codicibus ſcribitur φιλοσόφῳ, prout etiam in vulgatis Juſtini editionibus habetur. Sed nihilominus retinenda eſt altera lectio, quam confitmat Rufinus & Nicephorus. Nam Rufini codices manuſcripti hunc locum ita exhibent, *& Lucio philoſophi Cæſaris proprio filio.* Juſtinus quoque in priore apologia hanc lectionem confitmat cum ait, οὐ πρέποντα Εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι οὐδὲ φιλοσόφου Καίσαρος παιδί. Lucius naturalis erat filius Ælii Veri Cæſaris, quem Hadrianus adoptaverat. Quo mortuo, cum Hadrianus Antoninum Pium adoptaret, eam legem adoptioni impoſuit, ut Pius Marcum & Lucium ſibi filios adoptaret, ut ſcribunt Spartianus & Capitolinus. Alii tamen Lucium a Marco adoptatum eſſe dicunt, ut refert Capitolinus in Marci vita. Quare in his Juſtini verbis Cæſarem philoſophum non alium intelligere poſſumus quam Ælium Verum, eum qui ab Hadriano eſt adoptatus Ait enim Juſtinus Lucium natura quidem fuiſſe filium Cæſaris Philoſophi, adoptivum vero Antonini Pii. Atqui conſtat Lucium Ælii Veri naturalem ac proprium filium fuiſſe. Igitur Philoſophi Cæſaris nomine, non alius intelligi poteſt quam Ælius Verus. Nam ſi eo nomine Marcum intelligamus, tum dicendum erit falli Juſtinum qui Lucium naturalem Marci filium fuiſſe crediderit; cum tamen Lucius non natura, ſed adoptione tantum Marci filius eſſe potuerit. Quis autem credat, tantum errorem a Juſtino admitti potuiſſe? Satius eſt ergo in hoc Juſtini loco Philoſophi Cæſaris nomine Ælium Verum intelligere. Verum duo ſunt quæ huic interpretationi videntur repugnare. Primum eſt, quod cognomen Philoſophi nullatenus convenire poteſt Ælio Vero. Fuit quidem Ælius Verus is qui ab Hadriano, eſt adoptatus, eruditus in literis, & poeticæ in primis ſtudioſus, ut in ejus vita tradit Capitolinus, ſed philoſophiæ deditum fuiſſe nemo veterum prodidit. Moribus certe fuit longe alienis a ſtudio ac profeſſione philoſophiæ. Deinde ſi Juſtinus Ælium Verum hic deſignare voluiſſet, cur ejus nomen reticuiſſet? Neque enim Philoſophi Cæſaris appellatio ſufficere videtur ad deſignandum Ælium Verum, cum præſertim hæc appellatio communis ſit etiam Marco. Ex his difficultatibus facile nos expedire poſſumus, ſi hunc Juſtini locum ita legamus, prout exhibent ſcripti codices, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφῳ, Καίσαρος φύσει υἱῷ, quam quidem lectionem probat etiam Caſaubonus in notis ad Capitolinum in vita Marci. Nos vero eam lectionem paulo ante improbavimus, nec ſane videtur ferri poſſe hæc lectio, ſi rem attentius expendamus. Sequitur enim apud Juſtinum ἐραστῇ παιδείας, id eſt *literarum ſtudioſo.* Ubi vides Marco & Lucio ſua cuique adjungi epitheta, & Marcum quidem philoſophum nominari, Lucium vero ſtudioſum literarum. H. Valesius annot. in Euſeb. E. H. iv. 12. Ita (φιλοσόφῳ) Juſtini editt. & 4 MSS. codices Euſebii teſte Valeſio. Similiter Rufini editt. habent: *et Lucio philoſopho.* Contra in editt. Euſebii & Nicephori extat φιλοσόφου, ita ut non ſit epitheton Lucii, ſed Καίσαρος, cujus ille φύσει υἱὸς dicitur. In tribus inſuper MSS. Bodleianis Rufini verba ita lego: *& Lucio philoſophi Cæſaris proprio filio.* Atqui hanc lectionem Valeſius præfert, quia ipſe Juſtinus in altera apologia iterum ait: οὐδὲ φιλοσόφου Καίσαρος παιδί. Verum cum iſtic quoque loci quædam exemplaria habeant φιλοσόφῳ, cumque Ælius Verus, cujus filius fuit Lucius, nuſpiam philoſophiæ operam dediſſe, aut philoſophi titulo decoratus legatur; ſententiæ iſti ſubſcribere detrecto. Cui & iſtud obſtat, quod Valeſius ſibimet ipſi objicit, nec tamen ſolvit: *Si Juſtinus,* inquit, *Ælium Verum hic deſignare voluiſſet, cur ejus nomen reticuiſſet? Neque enim philoſophi Cæſaris appellatio ſufficere videtur ad deſignandum Ælium Verum, cum præſertim hæc appellatio communis ſit etiam Marco.* Quocirca Cæſaris, id eſt, Ælii Veri (qui ſolo iſto nomine indicari poterat, quia *primus tantum Cæſaris nomen accepit*, teſte in vita ejus Ælio Spartiano) filium Lucium Verum hic titulo philoſophi a Juſtino ſalutatum opinor, quia & Athenagoræ apologia Marco Aurelio & huic L. Ælio vel Aurelio Vero φιλοσόφοις eſt inſcripta. Sed quomodo philoſophi nomen convenit ἐραστῇ παιδείας *amatori literaturæ*, uti eundem Lucium mox appellat Juſtinus? Sane videtur quidem poſterior titulus infra prioris dignitatem aliquantum ſubſidere; attamen non ita ei repugnat, quin jungi queat. Ipſe certe Juſtinus junxit mox p. 5. καὶ φιλόσοφοι, καὶ ἐρασταὶ παιδείας. Et forte Juſtinus conſiderans Lucium Verum nomen philoſophi haud æque mereri ac Veriſſimum, id eſt, Marcum Aurelium, illius titulo addidit ἐραστῇ παιδείας, ut aliquid inter hos faceret diſcrimen, innueretque Lucium non tam philoſophum, quam inferioris literaturæ, nempe rhetorices, poetices, &c amatorem eſſe. Grabe.

2. Ἱερᾷ τε συγκλήτῳ.] Euſebius H. E. iv. 11. Ἑτέρους λόγους ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀπολογίαν ἔχοντας βασιλεῖ Ἀντωνίνῳ τῷ δὴ ἐπικληθέντι Εὐσεβεῖ, καὶ τῇ Ῥωμαίων συγκλήτῳ βουλῇ προσφωνεῖ· ἐν γὰρ ἐπὶ τῆς Ῥώ-

μης

τὶ Ῥωμαίων, ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων, ἀδίκως μισουμένων καὶ ἐπηρεαζομένων, Ἰουστῖνος Πρίσκου τοῦ Βακχείου, τῶν ἀπὸ Φλαουΐας Νέας πόλεως τῆς

Romano univerſo, pro hominibus ex omnibus nationibus, injuſte odio habitis & vexatis, Juſtinus Priſci Bacchii filius Flaviæ Neapolis Syriæ

3, 4. Ἰουστῖνος Πρίσκου τοῦ Βακχείου. Niceph. Ἰουστῖνος Πρίσκος τοῦ Βακχίου. 4. Φλαουΐας. Euſ. & Niceph. Φλαυίας.

NOTÆ.

μης τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. Scaliger animadv. in Euſeb. p. 223. de more criticorum (qui cauſam ſimilitudinis, præter imitationem, plane nullam ſciunt) pro certo habet inſcriptionem epiſtolæ M. Aurelii quæ huic apologiæ ſubnecti ſolet, ab hoc loco Juſtini *deſumptam fuiſſe*; indeque ſcriptorem ejus ignorantiæ poſtulat; *ſenatum* enim *ſacrum vocare Romanam non eſſe* putat. Atqui Virgilius de Carthaginenſibus, Æn. I 430.

Jura magiſtratuſq; legunt, ſanctumq; *ſenatum.*

Unde, niſi quod ſuum ſenatum Romani ſanctum appellarent? Juvenalis XI. 29, 30.

——*vel* ſacri *in parte ſenatus*
Eſſe velis.

1, 2. Ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ἀδίκως μισουμένων.] Gelenius hæc Latine reddidit; *pro generi humano injuſte invifis:* Similiter Perionius; *pro iis quos omne hominum genus injuria odit.* Quæ ſententia congruit verbis Chriſti Matth. xxiv. 9. Sed Juſtinus iſtum, quem nos cum Lango expreſſimus, ſenſum intendiſſe videtur, ſiquidem & in dialogo cum Tryph. p. 345. ait, οὐδὲ ἓν γὰρ ὅλως ἐστὶ τὸ γένος ἀνθρώπων, *neque unum quidem omnino eſt genus hominum*, in quo ſcilicet chriſtianæ religionis non fuerit exercitium. Unde & Rufinus apud Euſebium Juſtini verba hoc loco vertit: *pro viris ex omni hominum genere congregatis.* Qua propoſitione Juſtinus intentionem forte excitare voluit, dicens, ſe non paucorum homuncionum, ſed magnæ ubique terrarum multitudinis cauſam agere. Grabe. Juſtinus infra in hac apologia p. 73. μηνυτικὸν ἦν ὅτι ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν προσδοκήσουσιν αὐτὸν πάλιν παραγενησόμενον. Et p. 78, 9. καὶ ὅτι πιστεύεσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων. Idem in Dialogo, p. 272. οἱ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων διὰ τῆς πίστεως τῆς τοῦ Χριστοῦ θεοσεβεῖς καὶ δίκαιοι γενόμενοι πάλιν παραγενησόμενον αὐτὸν προσδοκῶμεν. Et p. 322. τὸν ἑαυτοῦ Χριστὸν ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ὁ πατὴρ τῶν ὅλων τὰς πάντων κατάρας ἀναδέξασθαι ἐβουλήθη. Et p. 361. ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων θεοσεβεῖς καὶ εἰρηνικοὺς δείκνυσθαι εἶναι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας. Atque alibi ſimiliter.

3, 4. Ἰουστῖνος Πρίσκου τοῦ Βακχείου.] Langus, *Juſtinus Priſci Bacchii filius*. Atq; ita Photius cod. cxxv. οὗτος υἱὸς μὲν ἔφυ Πρίσκου Βακχείου, & Hieronymus de S. E. *patre Priſco Bacchio.* Quos ſecutus Scaliger, & recentiores plerique omnes, Bacchium patrem Juſtini fuiſſe opinati ſunt, uſque adeo donec Henricus Valeſius propter illud τοῦ quod hic proxime ſequitur, *quod non niſi de pluribus, patre nimirum & avo, dici poſſe* exiſtimavit, omnino vertendum eſſe pronunciavit, *Priſci filius, Bacchii nepos.* Ex eo tempore, repudiata auctoritate Hieronymi & Photii, jam hæc invaluit opinio. Et fortaſſe non injuria. Sunt tamen quæ contra Valeſii argumentum dici poſſunt. Joſephus Antiq. xx. 5. p. 693. Σίμωνα ὀνόματι τῶν ἑαυτοῦ φίλων. Euſebius l. 6. p. 13. Τοῦτον δὲ Ἡρώδου τινὸς Ἀσκαλωνίτου τῶν περὶ τὸν νεὼν τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροδούλων καλουμένων γεγονέναι. Valeſius ipſe vertit, *unum ex numero ſervorum templi Apollinis.* Vis aliquid adhuc propius ad rem? Suppeditabit id etiam idem Euſebius, ut longius abire minime opus ſit. Δεύτερος μετὰ Πάμφιλον (inquit ille p. 275.) ἐπὶ τὸν ἀγῶνα παρῄει ἱεροπρεπεῖ πολιᾷ τετιμημένος, Οὐάλης, τῶν ἀπὸ Αἰλίας, διάκονος. Ita diſtinguo, ipſo Valeſio non improbante; ſic enim ſcribit: *Horum verborum duplex poteſt adferri ſenſus; nam aut Valentem patria Æliensem fuiſſe his verbis ſignificatur, aut diaconum fuiſſe Æliensium eccleſiæ.* Quare itaque non licuit Juſtino dicere Ἰουστῖνος τῶν ἀπὸ Φλαουΐας νέας πόλεως? Nicephorus pro Πρίσκου habet Πρίσκος. Quæ lectio non eſſet fortaſſe temere contemnenda, ſi auctorem meliorem & vetuſtiorem haberet. Verum Nicephorus & Euſebio Hieronymoque collatus plane recens homo eſt, & a ſolo inſuper Euſebio hæc habuit; ut non de Juſtini, ſed tantummodo de Euſebii ſcriptura teſtimonium dicere poſſit: is autem quin Πρίσκου ſcripſerit, dubitare nos non ſinit Rufini verſio, ut alia mittam. Rectius fortaſſe pro Βακχείου, quo tamen modo apud Euſebium etiam & Photium iſtud verbum ſcribitur, habet Βακχίου. Anthol. lib. I. p. 76.

Καὶ μὴν Ἀντιγένης καὶ Βάκχιος ἐχθὲς ἔπαιζον,
Νῦν δ' αὐτοὺς θάψαι σήμερον ἐκφέρομεν.

Verum id, uti par eſt, judicio grammaticorum permittimus. Vetus nummus apud Spanhemium alioſque Bacchius Judæus.

4. Φλαουΐας νέας πόλεως.] Hinc Methodius apud Photium cod. ccxxxiv. p. 921. Ἰουστῖνος ὁ Νεαπολίτης. Erat autem hæc Flavia Neapolis non vetus illa & celebris Samaria (qui Stephani Byzantii aliorumque error jamdudum abunde refutatus eſt) neque adeo quæ Sichem & Sychar vocabatur (quod Hieronymus aliique minus accurate ſcripſerunt, & vulgo credunt viri docti) ſed potius revera νέα πόλις juxta ruinas urbis Sichem condita. Euſeb. Onomaſt. Συχὲμ — πόλις Ἰακώβ, νῦν ἔρημος· δείκνυται δὲ ὁ τόπος ἐν προαστείοις Νέας πόλεως. Antea Mamortha dicebatur, quod nos Plinius docet v. 13. Apud Joſephum de bello Jud. v. 26. ſcribitur Μαβαρθὰ, ubi tamen Rufinus legebat Μαβορθὰ, & fortaſſe rectius: quin etiam ſi quis Joſephum Μαμορθὰ ſcripſiſſe contenderet, non magnopere reclamarem. Etenim nondum nos ſatis docuit Harduinus ſcriptorem iſtius libri ideo Μαβαρθὰ ſcripſiſſe *ut in Samaritico nomine efferendo Joſephi admonita poſteri crederent lapſum eſſe Plinium; cujus viri* (inquit ille) *auctoritatem ut imminueret factio antea indicata,*

Syriæ Palæſtinæ ortus, unus ex illis, hanc orationem atque deprecationem conſcripſi.

Qui vere pii & philoſophi ſunt, eos ſolam veritatem honorare & amare ratio dictat; veterum opiniones, ſi pravæ ſint, ſequi recuſantes. Non enim ſolum, ut ne eos, qui injuſte quidquam egerint aut ſtatuerint, ſequamur, ſana ratio ſuadet; verum omnibus modis, tametſi mors intentetur, veri amatorem, præ ſua ipſius anima, ut quæ juſta ſunt & dicat & faciat eligere

τ῀ Συρίας Παλαιςίνης, εἷς αὐτῶν τὴν προσφώνησιν καὶ ἔντευξιν πεποίημαι.

Τὺς κτ̄ ἀλήθειαν εὐσεβεῖς καὶ φιλοσόφους μόνον τ'αληθὲς τιμᾷν καὶ στέργειν ὁ λόγος ὑπαγορεύει, παραιτουμένους δόξαις παλαιῶν ἐξακολουθεῖν, ἂν φαῦλαι ὦσιν. Ου γὰρ μόνον μὴ ἕπεσθαι τοῖς ἀδίκως τὶ πράξασιν ἢ δογματίσασιν ὁ σώφρων λόγος ὑπαγορεύει· ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου καὶ πρὸ τ῀ ἑαυτοῦ ψυχῆς τὸν φιλαλήθη, κἂν θάνατος ἀπειλῆται, τὰ δίκαια λέγειν τε καὶ πράττειν αἱρεῖσθαι δεῖ.

1. Τῆς Συρίας Παλαιςίνης. Euſeb. τ῀ Συρίας τ῀ Παλαιςίνης. Ib. Εις αὐτῶν. Euſeb. & Niceph. εἷς αὐτῶν ὤν. 2, 3. Πεποίημαι. Euſeb. ποιοῦμαι, Niceph. πεποίημαι. 7. Παλαιῶν. Joannes Damaſcenus Parallel. Sac. p. 753. πολλῶν. Ib. Εξακολυθεῖν. Joan. Damaſc. ἐπακολυθεῖν. Ib. Αν. Joan. Damaſc. ἐάν. 8. Μόνον. omittitur ap. Joan. Damaſc. 12. Θάνατος. Joan. Damaſc. Ο θάνατος. 13. Λέγειν τε καὶ πράττειν. Joan. Damaſc. πράττειν τε καὶ λέγειν.

NOTÆ.

cata, quot & quas artes adhibuerit, alias, Deo juvante, patefaciemus. Op. Select. p. 349, 50.

Proh Deum atque hominum fidem, quod hoc genus eſt! quæ hæc eſt conjuratio!

Equidem nimis vellem licuiſſe viro ſagaciſſimo ſceleſtam hanc impiæ factionis contra Plinium, hominem religioſiſſimum, conſpirationem integram detegere. Verum aliter viſum aut ſuperis aut ſuperioribus.

1. Τῆς Συρίας Παλαιςίνης.] Ita R. Stephanus: ſed Sylburgius τ῀ Συρίας [τ῀] Παλαιςίνης, & in notis, *Incluſus*, inquit, *articulus additus ex Euſebio.* Sequitur hunc ed. Pariſ. ſed neque Euſebius habet geminum articulum, neque eo quem habet opus eſt. Nummi hujus urbis magno conſenſu, ΦΛ. Ν. Π. ΣΥΡΙΑΣ ΠΑΛ. Vetus lapis apud Gruterum cccccxcv. 2. ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ. ΣΥΡΙΑΣ. ΠΑΛΑΙΣΤΕΙΝΗΣ. Scriptores articulum nunc interponunt, nunc omittunt. Porro Tatianus quoque, magiſtrum imitatus, quod tibi tota criticorum turba vel jurata dicere non dubitaret, patriam ſuam narrat, ſed in fine orationis, p. 141, 2.

Εις αὐτῶν.] In Rob. Steph. edit. comma poſt εἷς eſt poſitum, ita ut ad τ῀ ἀπὸ φλαυίας referatur. Sed ſine diſtinctione legendum bene monuit Perionius, ita ut Juſtinus ſe *unum illorum*, qui injuſte odio habentur, chriſtianorum, his verbis profiteatur. Qui ſenſus clariſſime elucet ex Euſebii lectione: εἷς αὐτῶν ὤν. Et ſane ὢν occaſione ejuſdem ſyllabæ proxime præcedentis exciſſe videtur. GRABE.

2. Τὴν] Non male fortaſſe legeris ταύτην τὴν: verum cum Euſebius quoque habeat tantum τ῀, nihil muto.

Ἔντευξιν.] *Poſtulatum* vertit Rufinus. Ἐντυγχάνειν Græci dicunt adire imperatorem, & preces ad eum deferre, quod plerumque fiebat ſcripto. Artemidorus in lib. v. cap. 16. ἐντυχὼν τῷ βασιλεῖ ἀφείθη τ῀ ἀγγαρείας, id eſt, libello imperatori oblato, angariæ onere liberatus eſt. H. VALESIUS Annot. in Euſeb. E. H. iv. 12.

Πεποίημαι.] Euſebius, ποιοῦμαι. Quod Perionio & Grabio melius placet, mihi non item. Herodotus, de vita Homeri, Ἡρόδοτος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς περὶ Ὁμήρου γενέσιος καὶ ἡλικίης τάδε ΙΣΤΟΡΗΚΕ. Thucydides, Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ΞΥΝΕΓΡΑΨΕ τ῀ πόλεμον τ῀ Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων. Quin etiam Euſebium ipſum ſcripſiſſe πεποίημαι magno argumento eſt, quod qui cum hic & ubique compilat & deſcribit Nicephorus ita legit: quanquam Rufinus videatur legiſſe ποιοῦμαι, vertit enim, *hoc defero poſtulatum.*

7. Παλαιῶν.] J. Damaſcenus πολλῶν. Noli dubitare utra lectio præferenda ſit. Quid enim tam magnum fecerint hi veri philoſophi & iſto nomine digni, ſi opiniones vulgi ſequi recuſaverint, quod omnes omnino, quotquot philoſophi videri voluerunt, ſemper fecerunt. Deinde vide & iſtud, ἂν φαῦλαι ὦσι. Quaſi vero quod de quaque re idiotæ ſub magiſtris aviis edocti ſentiunt, ab eo ne tranſverſum quidem unguem diſcedere ſolerent philoſophi, niſi inviti & argumentorum vi coacti. Alia multa mitto, ut in re manifeſta.

10. Ο σώφρων λόγος.] H. Stephanus legit ὁ σώφρων λογισμός. Malc.

13. Λέγειν τε καὶ πράττειν.] Cum anteceſſerit πράξασιν ἢ δογματίσασιν, & apud J. Damaſcenum legatur πράττειν τε καὶ λέγειν; non dubito quin ſatis multi ſint quibus ea lectio tum ratione tum auctoritate abunde ſtabilita videbitur, atque huc proinde omnino revocanda. Iſtiuſmodi critici nihil dico quo minus quantum velint accuratione ſua obſcuraque diligentia gaudeant: ſed boni ſcriptores (quod iis quoque licere volo) ſecuri fere ſunt tam parvarum obſervationum, ejuſque animus qui digna immortalitate proferre

δεῖ. ὑμεῖς μὲν οὖν ὅτι λέγεσθε εὐσεβεῖς, καὶ φιλόσοφοι, καὶ φύλακες δικαιοσύνης, καὶ ἐρασταὶ παιδείας ἀκούετε πανταχοῦ· εἰ δὲ καὶ ὑπάρχετε, δειχθήσεται. οὐ γὰρ κολακεύσοντες ὑμᾶς διὰ τῶνδε τῶν γραμμάτων, οὐδὲ πρὸς χάριν ὁμιλήσοντες, ἀλλ' ἀπαιτήσοντες κατὰ τὸν ἀκριβῆ καὶ ἐξεταστικὸν λόγον τὴν κρίσιν ποιήσασθαι, προσεληλύθειμεν, μὴ προλήψει, μηδ' ἀνθρωπαρεσκείᾳ τῇ δεισιδαιμόνων κατεχομένους, ἢ ἀλόγῳ ὁρμῇ, καὶ χρονίᾳ προκατεσχηκυίᾳ φήμῃ κακῇ, τὴν καθ' ἑαυτῶν ψῆφον φέροντας· ἡμεῖς μὲν γὰρ πρὸς οὐδενὸς πείσεσθαί

gere oportet. Ac vos quidem pii, & philoſophi & juſtitiæ cuſtodes, & eruditionis amatores, quod ſic vocemini, ubique auditis; an vero etiam ſitis, demonſtrabitur. Non enim adulaturi vos hoc ſcripto, nec ut ad gratiam loquamur, acceſſimus; ſed poſtulaturi ut juxta exactam & exquiſitam rationem judicium faciatis, neque opinione præſumpta, aut ſuperſtitioſis hominibus placendi ſtudio, aut præter rationem concepto impetu, & inveterata longo tempore fama mala præoccupati contra voſmetipſos ſententiam feratis. Nos enim a nemine nos

N O T Æ.

proferre poteſt magis eſt magnis rebus occupatus quam ut ullus ibi locus eſſe poſſit anxiæ curæ iſtiuſmodi minutiarum, quam orationis nitor neque poſtulat neque fortaſſe admittit: neque, ſi hoc aliter eſſet, Juſtinus is eſt cujus ſcripta ad normam adeo accuratam exigenda forent.

1, 2, 3. Ὑμεῖς μὲν οὖν ὅτι λέγεσθε εὐσεβεῖς, καὶ φιλόσοφοι, καὶ φύλακες δικαιοσύνης, καὶ ἐρασταὶ παιδείας πανταχοῦ ἀκούετε.] Fortaſſe bæc duo vocabula ὅτι λέγεσθε Juſtini non ſunt: ſed quum ſcripſiſſet ὑμεῖς μὲν οὖν εὐσεβεῖς καὶ φιλ. καὶ φυλ. δικ. καὶ ἐρασταὶ παιδείας ἀκούετε πανταχοῦ, aliquis in margine annotarat verbo ἀκούετε ſignificari λέγεσθε, ac fortaſſe margini adſcripſerat ὅ ἐστι λέγεσθε, quod in contextum irrepſit. H. Stephanus. Eſt ingenioſa quidem conjectura Stephani, haud ſcio tamen an vera. & fortaſſe ſic rectius legas, Ὑμεῖς μὲν οὖν ἐπιλέγεσθε, εὐσεβεῖς καὶ φιλόσοφοι, καὶ φύλακες δικαιοσύνης καὶ ἐρασταὶ παιδείας πανταχοῦ ἀκούετε. Aliis fortaſſe magis placebit pro ἀκούετε legere ἀκούεται, quæ conjectura minoris quidem mutationis commendationem habet, ſed altera ſententiam multo magis adjuvat. Neque forte deerunt qui pro οὖν ὅτι ſcribendum putent οἴδ' ὅτι. Nos nihil ſtatuimus.

4, 5. Εἰ δὲ καὶ ὑπάρχετε, δειχθήσεται.] H. Stephanus p. 90. — *Niſi forte non* δειχθήσεται *ſcripſit ſed* δείξετε, *id eſt, oſtendetis. Ac videri poteſt ad proverbium alludere*, Ἡ ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείξει. Atqui, ὁ δείξας, quodcunque quis oſtenderit, id ſimul oſtendetur. Recte itaque δειχθήσεται, quod vidit etiam Grabius, ſed, quæ ejus eſt in his rebus infelicitas, ne verum quidem videre potuit ſine errore. *Mibi*, inquit, *magis placet* δειχθήσεται, *demonſtrabitur, hac nempe apologia, qua Juſtinus ſatis exponit quam inique cum priſcis Chriſtianis actum fuerit.* Quaſi in ſcribenda hac apologia id propoſitum habuerit, non ut Chriſtianorum cauſam ageret, ſed ut inquireret quo jure Imperator, & filii quos adoptaverat, pietatis & philoſophiæ titulos ſibi arrogaverant, & *demonſtraret* eos, propter injurias Chriſtianis illatas, neque juſtos, neque pios, neque philoſophos, neque eruditionis amatores, dici debere. Quod autem voluit Juſtinus, niſi fallor, boc eſt; poſt latam de Chriſtianis, hac apologia lecta, cauſaque cognita, ſententiam, manifeſtum fore utrum qui vocarentur eſſent, an nomine tantum philoſophi & juſti & pii, reapſe nibil minus.

6. Διὰ τῶνδε τῶν γραμμάτων.] *Vitioſa eſt* (inquit Grabius) *altera lectio quam R. Stephanus ad calcem ſuæ editionis poſuit*, τῶν πραγμάτων. *Rejicienda quoque Sylburgii conjectura, qui ait aptius reponi* τῶν προσαγορευμάτων. *Quippe ineptum eſt textui optime babenti medelam afferre.* Acute Sylburgius, & fortaſſis etiam vere, quicquid contra dicat Grabius. *Vitioſa* illa *lectio* πραγμάτων non potuit eſſe conjectura Stephani aut alius cujuſvis hominis non inſani. eſt itaque codicis alicujus MS. lectio. Si ejus quo uſus eſt Stephanus, eoque ille uno uſus eſt, quare minus licuit Sylburgio ex πραγμάτων efficere προσαγορευμάτων, quam Stephano γραμμάτων? Si γραμμάτων quoque codicis alicujus lectio ſit, acceſſerit jam huic parti, qua altera caret, auctoritas librarii; non erit ideo tamen conjectura Sylburgii aut inepta aut etiam minus vera.

13. Καὶ χρονίᾳ προκατεσχηκυίᾳ φήμῃ κακῇ.] Quod hic Juſtinus in ipſo Apologiæ principio precibus ab Imperatore contendit, idipſum ad ejus imitationem Athenagoras iiſdem verbis petit pag. 4. Ἀναγκαῖον δέ μοι ἀρχομένῳ ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τοῦ λόγου, δεηθῆναι ὑμῶν, μέγιστοι αὐτοκράτορες, ἴσους ἡμῖν ἀκροατὰς γενέσθαι, καὶ μὴ τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ φήμῃ συναπενεχθέντας προκαταληφθῆναι. Grabe. Theophilus ad Autolycum lib. III. p. 202. Ἔπρεπε οὖν ἄν ὁ συνήθης ὑπὸ ἀνοήτων ἀνθρώπων κενοῖς λόγοις ἀπάγεσθαι, καὶ φήμῃ πείθεσθαι προκατεσχηκυίᾳ τὸ γοματεῖον ψευδῶς συκοφαντούντων ἡμᾶς.

nos quidquam mali pati poſſe cenſemus, niſi malefici coarguamur, aut pravi judicemur: vos autem occidere quidem nos poteſtis, at lædere non poteſtis. Verum ne quis hæc dicta rationis expertem & audacem vocem eſſe exiſtimet, oramus ut examinentur ea de quibus accuſantur, atque ſi ita ſe habere probata fuerint, pro eo atque par eſt puniantur, ſeu potius acrius etiam puniantur. Sin nihil quiſquam quod coarguere poſſit habeat, non dictat vera ratio propter famam malam inſontes homines afficere injuria, imo vos ipſos magis, qui non judicio ſed affectione pœnas inferre æquum cenſetis. Atque hanc certe quidem in jus vocandi & judicii expediendi ſolam honeſtam & juſtam eſſe rationem quivis ſapiens pronun-

πείσεσθαί τι κακὸν δυνάσθαι λελογίσ-
μεθα ἢν μὴ κακίας ἐργάται ἐλεγχώ- 54
μεθα, ἢ πονηροὶ διεγνώσμεθα, ὑμεῖς
δ' ἀποκτεῖναι μὲν δύνασθε, βλάψαι
δ' οὔ. ἀλλ' ἵνα μὴ ἄλογον φωνὴν
καὶ τολμηρὰν δόξῃ τις ταῦτα εἶναι,
ἀξιοῦμεν τὰ κατηγορούμενα αὐτῶν ἐξε-
τάζεσθαι, καὶ ἐὰν οὕτως ἔχοντα ἀποδεικ-
νύωνται, κολάζεσθαι, ὡς πρέπον ἐστὶ,
μᾶλλον δὲ κολάζειν· εἰ δὲ μηδὲν ἔ-
χοι τις ἐλέγχειν, οὐχ ὑπαγορεύει ὁ
ἀληθὴς λόγος διὰ φήμην πονηρὰν
ἀναιτίους ἀνθρώπους ἀδικεῖν, μᾶλ-
λον δὲ ἑαυτοὺς, οἳ οὐ κρίσει, ἀλλὰ
πάθει, τὰ πράγματα ἐπάγειν ἀξιοῦ-
τε. καλὴν δὲ καὶ μόνην δικαίαν πρό-
κλησιν ταύτην πᾶς ὁ σωφρονῶν

NOTÆ.

2, 3. Ἐλεγχώμεθα, ἢ πονηροὶ διεγνώσμεθα.] Nota modi variationem in ἐλεγχώμεθα & διεγνώσμεθα. SYLBURG.

3, 4, 5. Ὑμεῖς δ' ἀποκτεῖναι μὲν δύνασθε, βλάψαι δ' οὔ.] Plato Ap. Soc. p. 23, 4. Ἐμὲ μὲν γὰρ οὐδὲν βλάψει οὔτε Μέλιτος οὔτε Ἄνυτος, οὐδὲ γὰρ ἂν δύναιτο· οὐ γὰρ οἴομαι θεμιτὸν εἶναι ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι· ἀποκτείνειε μὲν τ' ἂν ἴσως ἢ ἐξελάσειεν, ἢ ἀτιμάσειεν. Orig. c. Celſ. p. 383, 4. —Τῷ ὑπὸ Σωκράτους καλῶς εἰρημένῳ ἐν τῷ, Ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δὲ οὔ· οὐ γὰρ θεμιτὸν τὸ κρεῖττον ὑπὸ τοῦ χείρονος βλάπτεσθαι.

9, 10. Κολάζεσθαι, ὡς πρέπον ἐστὶ, μᾶλλον δὲ κολάζειν.] Perionius, *ſuppliciis afficiamur, ut æquum eſt, atque adeo nos coerceatis.* Langus, *pro eo atque par eſt puniantur, ſeu potius acrius etiam puniantur.* Sequens hunc, ut fere ſemper, Sylburgius *ſenſum* ait *poſtulare*, μᾶλλον δὲ κολάζεσθαι πικρότερον. Favere videantur hæc Athenagoræ, p. 10, 1. Εἰ μὲν τις ἐλέγχειν ἔχει ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον ἀδικοῦντας, κολάζεσθαι οὐ παραιτούμεθα, ἀλλὰ καὶ ἥτις πικροτάτη καὶ ἀνηλεὴς τιμωρία, ὑπέχειν ἀξιοῦμεν. Quod Grabius quoque animadvertit, *nullam tamen additionem neceſſariam* eſſe dicit, *Juſtini vero ſententiam hanc eſſe videri*, ſi crimina Chriſtianis objecta fuerint probata, puniantur; quin potius vos ipſi puniatis: *ſatius enim eſſe pœnas a magiſtratu decretas ſufferre, quam in manus inſanæ plebis incidere.* Deoique vir doctiſſimus J. A. Fabricius Bib. Gr. Vol. v. p. 54. ita hæc vertenda cenſet, *Volumus in crimina Chriſtianis objecta inquiri, atque ſi ita ſe habere probata fuerint, pro eo atque par eſt puniri, ſeu potius (ipſimet nos) illa punire.* Id. ib. *Geminus*, inquit, *locus infra p.* 64. Κολάζεσθαι δὲ οὐκ ἀκολούθως τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ (Χριστοῦ) βιοῦντας, λεγομένους δὲ μόνον Χριστιανοὺς, καὶ ὑφ' ὑμῶν ἀξιοῦμεν. *Uſi vero his poſterioribus verbis pœnas a magiſtratu ethnico infligendas Juſtinus opponit ſuppliciis ſempiternis apud inferos, ita in priore loco ſibi ex adverſo opponuntur pœnæ a magiſtratu inferendæ, & ab ipſis Chriſtianis. Neque objecerit aliquis, integrum non fuiſſe Chriſtianis in ſceleratos animadvertere; nam ut de pœnis eccleſiaſticis nihil dicam, ſufficit Juſtinum his verbis docere, quod Chriſtiani adeo non probent illa ſcelera, ut, ſi poſſent, libenter ipſi ſevere eadem eſſent vindicaturi.* Hæc ille. Mihi neque emendatio Sylburgii, neque reliquorum interpretationes ullo modo ſatisfaciunt. Neque tamen ipſe aliquid habeo quod liqueat. Acutiores fortaſſe in illis μᾶλλον δὲ κολάζειν veræ lectionis veſtigia deprehendent, quæ nos interea penitus delenda eſſe exiſtimamus.

13, 4. Μᾶλλον δὲ ἑαυτούς.] Plato Apol. Socr. p. 23. Εὖ ἴστε, ἐὰν ἐμὲ ἀποκτείνητε τοιοῦτον ὄντα οἷον ἐγὼ λέγω, οὐκ ἐμὲ μείζω βλάψετε ἢ ὑμᾶς αὐτούς. ἐμὲ μὲν γὰρ οὐδὲν βλάψει οὔτε Μέλιτος, &c.

15. Τὰ πράγματα ἐπάγειν.] Pro τὰ πράγματα ſenſus poſtulat τὰς εἰσπράξεις, ſeu τὰς τιμωρίας, aut ſimile quid. SYLBURG. Mendum in his verbis ineſſe ſuſpicor, ac pro ἐπάγειν, ἐτάζειν ſubſtituendum eſſe, id eſt examinare. BILLIUS, Obſervat. Sac. II. 6. Cui conjecturæ favet, quod poſt hæc pag. 55. ſequitur: οὐ κρίσεις (κρίσει) ἐξετάζοντα, ἀλλὰ ἀλόγῳ πάθει, &c. Neque tamen hac emendatione opus eſt, ſi πράγματα pro δυσχερείαις, *moleſtiis, vexationibus* accipiantur. GRABE.

16, 7. Πρόκλησιν.] F. πρόσκλησιν.

7

7. Ἐπ

ἀποφανεῖται, τὸ δεῖν ἀρχομένους τὴν εὐθύνην τοῦ ἑαυτῶν βίου καὶ λόγου ἄληπτον παρέχειν· ὁμοίως δ' αὖ καὶ δεῖν ἄρχοντας μὴ βίᾳ, μηδὲ τυραννίδι, ἀλλ' εὐσεβείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ ἀκολουθοῦντας, τὴν ψῆφον τίθεσθαι. οὕτως γὰρ ἂν καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ ἀρχόμενοι ἀπολαύοιεν τοῦ ἀγαθοῦ. ἔφη γάρ που καί τις τῶν παλαιῶν, Αν μὴ οἱ ἄρχοντες φιλοσοφήσωσι, καὶ οἱ ἀρχόμενοι, οὐκ ἂν εἴη τὰς πόλεις εὐδαιμονῆσαι. ἡμέτερον οὖν ἔργον, καὶ βίου καὶ μαθημάτων τὴν ἐπίσκεψιν πᾶσι παρέχειν, ὅπως ὑπὲρ τῶν ἀγνοεῖν τὰ ἡμέτερα νομιζόντων, τὴν τιμωρίαν ὧν ἂν πλημμελῶσι τυφλώττοντες αὐτῶν, αὐτοῖς ὀφλήσωμεν· ὑμέτερον δὲ, ὡς αἱρεῖ λόγος, ἀκούοντας, ἀγαθοὺς εὑρίσκεσθαι κριτάς. ἀναπολόγητον γὰρ λοιπὸν μαθοῦσιν, ἢν μὴ τὰ δίκαια ποιήσητε, ὑπάρξει πρὸς Θεόν. ὀνόματος μὲν οὖν προσωνυμίᾳ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν κρίνεται ἄνευ τῶν ὑποπιπτουσῶν τῷ ὀνόματι πράξεων. ἐπεὶ ὅσον τε ἐκ τοῦ

pronuntiabit: ſi ſubditi inculpabilem factorum dictorumque ſuorum reddituros ſe rationem offerant: itidem vero ſi principes non vi neque tyrannide, ſed pietate & philoſophia ducti ſententiam ferant. Hoc namque pacto ſimul & principes, & qui principibus parent, bono perfruantur. Dixit enim & ex priſcis quidam, niſi & principes & cives philoſophentur, fieri non poſſe ut beatæ ſint civitates. Noſtrum igitur eſt, & vitæ & doctrinæ noſtræ inſpiciendæ omnibus facere poteſtatem, ne nobis ipſis accepta referamus ſupplicia eorum delictorum, quæ hallucinantes illi committunt, qui ſe res noſtras ignorare exiſtimant: veſtrum autem, quemadmodum ratio ſtatuit, ut audita cauſa, boni inveniamini judices. In poſterum enim, poſtquam didiceritis, niſi quæ juſta ſunt feceritis, nulla defenſione excuſari poteritis apud Deum. Nominis ſane quidem appellatione neque bonum quidquam neque malum judicatur ſine factis ſub nomen ipſum cadentibus. Et quantum ad nomen ipſum pertinet, quod criminis

NOTÆ.

8, 9. Ἔφη γάρ που καί τις τῶν παλαιῶν.] Mirum eſt Platonem non nominaſſe, hujus ſententiæ autorem, ſed dixiſſe quendam veterum. Niſi forte alius quidam ex veteribus ita pronuntiavit, *Non poſſunt felices eſſe urbes, niſi qui illis imperant, & qui eorum ſubſunt imperio, philoſophentur*; quum Plato paulo aliter loquutus eſſet, ſicut & Jul. Capitolinus in vita ipſius Marci Antonini refert, *Sententia Platonis ſemper in ore illius fuit, Florere civitates, ſi aut philoſophi imperarent, aut imperatores philoſopharentur.* H. STEPHANUS, p. 79. Dictum eſt Platonis, lib. 5. De republ. quod a Philone quoque refertur p. 445. & a Cicerone Epiſt. ad Q. fratrem. Idem & M. Antonino philoſopho ſemper in ore fuiſſe annotatum ad p. 53. SYLBURG. Imo & de Antonino Pio Aurelius Victor: *Adeo*, inquit, *æqualis probiſque moribus, uti plane docuerit, eo demum fortunatas urbes fore, ſi regna ſapientiæ ſint.* Hoc itaque dicto Impp. adeo familiari prudenter uſus eſt S. Martyr. GRABE. V. Plat. de Rep. lib. V. p. 665. lib. VI. p. 674, 681, 683.

14—18. Ὅπως ὑπὲρ τῶν ἀγνοεῖν τὰ ἡμέτερα νομιζόντων, τὴν τιμωρίαν ὧν ἂν πλημμελῶσι τυφλώττοντες αὐτῶν, αὐτοῖς ὀφλήσωμεν.] Billius poſt ὅπως addit particulam μὴ, & delet αὐτῶν. Grabius inſuper pro αὐτοῖς legit αὐτοί. Nos priorem Billii emendationem amplectimur, niſi forte potius legendum ſit μήπως pro ὅπως. Cætera fortaſſe ferri poſſint.

22, 3. Ὀνόματος μὲν οὖν προσωνυμίᾳ.] Iota ſubſcriptum voci προσωνυμίᾳ deleri, hancque in nominativo, accipi velim, quia ſequitur ſimpliciter οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακὸν, non addito τι. Atque ita hunc locum accepit & imitatus eſt Athenagoras, οὐδὲν ὄνομα ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ οὐ πονηρὸν, οὔτε χρηστὸν νομίζεται· διὰ δὲ τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς ἢ πονηρὰς ἢ ἀγαθὰς πράξεις, ἢ φλαῦρα ἢ ἀγαθὰ δοκεῖ. GRABE.

25. Ὅσον τε.] Malim ὅσον γε, ut p. 55. 3. ſubauditur vero utrobique κρίνεται ἐστὶ, vel ſimile quid. SYLBURG. Hæc emendatio minus neceſſaria eſt, licet γ & τ majori, quæ quadrata dicitur, ſcriptura exaratæ facile inter ſe confundantur. GRABE.

criminis loco nobis objicitur, optimi ſumus. Sed cum iniquum eſſe putemus nos propter nomen, ſi mali eſſe convincamur, abſolutionem petere: e diverſo, ſi nihil iniqui aut per nominis appellationem aut per vitæ conſuetudinem admittere comperiamur, veſtrarum fuerit partium, ſolicite cavere, ne injuſte in eos, qui rei peracti non ſunt, animadvertentes, a juſtitia ipſi ad ſupplicium condemnemini. Ex nomine enim neque laus cuiquam neque pœna recte debetur, niſi quid vel per virtutem vel per pravitatem factum eſſe ab eo probari poteſt. Etenim alios omnes qui apud vos accuſantur, non prius pœna, quam rei peragantur, afficitis: de nobis autem nomen ipſum tanquam criminis comperti argumentum arripitis; etſi quantum ex nomine colligi poteſt, in delatores potius animadvertere debetis. Chriſtiani enim eſſe deferimur: atqui *χρηστὸν* (hoc eſt bonum) odiſſe, injuſtum eſt. Et contra ſi quis eorum qui accuſantur ſe voce (Chriſtianum) eſſe neget, eum abſolvitis, tanquam nihil in eo quod delicti nomine reprehendatis, habentes. At ſi quis confiteatur eſſe, eum propter confeſſionem ſupplicio afficitis; cum oporteret & in profitentis & in negantis vitam inquirere,

κατηγορουμένου ἡμῶν ὀνόματος, χρηστότατοι ὑπάρχομεν. ἀλλ᾽ ἐπεὶ οὐ τοῦτο δίκαιον ἡγούμεθα, διὰ τὸ ὄνομα, ἐὰν κακοὶ ἐλεγχώμεθα, αἰτεῖν ἀφέσεως· πάλιν, εἰ μηδὲν διά τε τὴν προσηγορίαν τοῦ ὀνόματος, καὶ διὰ τὴν πολιτείαν εὑρισκόμεθα ἀδικοῦντες, ὑμέτερον ἀγωνιᾶσαί ἐστι, μὴ ἀδίκως κολάζοντες τοὺς μὴ ἐλεγχομένους, τῇ δίκῃ κόλασιν ὀφλήσητε. ἐξ ὀνόματος μὲν γὰρ ἢ ἔπαινος ἢ κόλασις οὐκ ἂν εὐλόγως γένοιτο, ἢν μή τι ἐνάρετον ἢ φαῦλον δι᾽ ἔργων ἀποδείκνυσθαι δύνηται. Καὶ γὰρ κατηγορουμένους ἐφ᾽ ὑμῶν πάντας πρὶν ἐλεγχθῆναι οὐ τιμωρεῖτε· ἐφ᾽ ἡμῶν δὲ 55
τὸ ὄνομα ὡς ἔλεγχον λαμβάνετε, καίπερ, ὅσον γε ἐκ τοῦ ὀνόματος, τοὺς κατηγοροῦντας μᾶλλον κολάζειν ὀφείλετε. χριστιανοὶ γὰρ εἶναι κατηγορούμεθα· τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον. καὶ πάλιν ἐὰν μέν τις τῶν κατηγορουμένων ἔξαρνος γένηται τῇ φωνῇ μὴ εἶναι φήσας, ἀφίετε αὐτὸν, ὡς μηδὲν ἐλέγχειν ἔχοντες ἁμαρτάνοντα· ἐὰν δέ τις ὁμολογήσῃ εἶναι, διὰ τὴν ὁμολογίαν κολάζετε· δέον καὶ τὸν τοῦ ὁμολογοῦντος βίον εὐθύνειν, καὶ τὸν τοῦ ἀρνουμένου, ὅπως διὰ τῶν πράξεων ὁποῖός ἐστιν ἕκαστος φαίνηται. ὃν γὰρ τρόπον παραλαβόντες τινὲς παρὰ τοῦ διδασκάλου Χριστοῦ μὴ ἀρνεῖσθαι ἐξεταζόμενοι παρακελεύονται)

ut ex operibus, qualis quiſque eſſet, appareret. Ad quem enim modum quidam, accepto a magiſtro Chriſto præcepto, ſi inquirantur, non inficiantes (exemplo alios ad fortitudinem) cohortantur: ad

NOTÆ.

1, 2. Χρηστότατοι.] Alluſio eſt ad vulgatam eo tempore conſuetudinem, qua Chriſtus ignorata nominis ratione nominabatur Chreſtus. Sylburg.

20. Χριστιανοί.] Χρηστιανοί legendum haud immerito conjectavit Sylburgius, ex mente ſcilicet ſeu potius voce adverſariorum. Grabe.

τὸν αὐτὸν τρόπον κακῶς ζῶντες ἴσως ἀφορμὰς παρέχουσι τοῖς ἄλλως καταλέγειν τῶν πάντων χριστιανῶν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν αἱρουμένοις. οὐκ ὀρθῶς μὲν οὐδὲ τοῦτο πράττε). καὶ γάρ τοι φιλοσοφίας ὄνομα καὶ σχῆμα ἐπιγράφονταί τινες οἳ οὐδὲν ἄξιον τῆς ὑποσχέσεως πράττουσι· γινώσκετε δ' ὅτι καὶ οἱ τὰ ἐναντία δοξάσαντες καὶ δογματίσαντες τῶν παλαιῶν, τῷ ἑνὶ ὀνόματι προσαγορευόμενοι) φιλόσοφοι, καὶ τούτων τινὲς ἀθεότητα ἐδίδαξαν, καὶ τὸν Δία ἀσελγῆ ἅμα τοῖς αὐτοῦ παισὶν οἱ γενόμενοι ποιηταὶ καταγγέλλουσι, κἀκείνων τὰ διδάγματα οἱ μετερχόμενοι οὐκ εἴργον) πρὸς ὑμῶν, ἆθλα δὲ καὶ τιμὰς τοῖς εὐφώνως ὑβρίζουσι τούτοις τίθετε. τί δὴ οὖν τοῦτ' ἂν εἴη ἐφ' ἡμῶν, ὑπισχνουμένων μηδὲν ἀδικεῖν, μηδὲ τὰ ἄθεα ταῦτα δοξάζειν; οὐ κρίσεις ἐξετάζετε, ἀλλά, ἀλόγῳ πάθει καὶ μάστιγι δαιμόνων φαύλων ἐξελαυνόμενοι, ἀκρίτως κολάζετε μὴ φροντί-

ad eundem modum male viventes nonnulli occaſionem forſitan præbent, Chriſtianos univerſos temere proſcindendi, eis qui impietatem & injuſtitiam ſibi confectandam propoſuerunt. Neque hoc vero recte fit. Etenim philoſophiæ nomen & habitum ſibi induunt nonnulli, qui nihil profeſſione ſua dignum præſtant. Neque vos latet eos qui longe diverſa a veteribus opinati atque arbitrati ſunt, uno & eodem cum illis nomine philoſophos vocari: & horum nonnulli nullos eſſe Deos docuere, & poetæ Jovem una cum liberis ſuis impudicum promulgant: eorumque doctrinam qui vel legunt vel agendo repræſentant, tantum abeſt ut a vobis prohibeantur, ut præmia quoque & honores eis qui maxime ſunt ad contumeliam illorum referendam vocales, conſtituatis. Quid vero tandem id in nobis fuerit, recipientibus nihil nos injuſte agere, neque hæc divinitatem omnino abolentia opinari & docere? Non legitimo examine judicia exercetis, ſed affectu averſo a ratione, & malorum dæmonum flagris incitati, cauſa non judicata ſupplicia infertis, nihil penſi habentes.

NOTÆ.

2. Τοῖς ἄλλως.] Lego τοῖς ἄλλοις. Billius.

3, 4. Ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν αἱρουμένοις.] Sequitur, οὐκ ὀρθῶς μὲν οὐδὲ τοῦτο πράττε): quæ verba, quibus nihil lenius dici potuit, cum antecedentium aſperitate atque acrimonia vix ſatis convenire videantur. Unde quid ſi ſic legamus? καταλέγειν τῶν πάντων χριστιανῶν, ὡς ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν αἱρουμένων. Theodoritus apud Budæum, p. 9. οἱ πλεῖστοι τὴν εὐσέβειαν αἱρούμενοι, *id eſt* (inquit ille) τῶν ὀρθοδοξούντων.

14. Οἱ γενόμενοι ποιηταί.] F. λεγόμενοι. Sed & altera quoque lectio ferri poteſt.

17, 8. Ἆθλα δὲ καὶ τιμὰς τοῖς εὐφώνως ὑβρίζουσι τούτοις τίθετε.] Billius Obſervatinnum ſacrarum lib. II. cap. 6. p. 93. pro τούτοις legit τούτους, id eſt, Θεούς. Neque aliter hunc locum intellexere Langus & Perionius. Recte. Theoph. ad Autol. lib. III. p. 214. Καὶ πρῶτόν γε τοῦ Διὸς οἱ ποιηταὶ ΕΥΦΩΝΟΤΕΡΟΝ ᾄδουσι τὰς χαλεπὰς πράξεις. Idem p. 233. Εἰ γὰρ εἴποι τις περὶ ἀνθρωποβορίας, ἐκεῖ τὰ Θυέστου καὶ Τηρέως τέκνα ἐσθιόμενα· ἃ (lege εἰ) δὲ περὶ μοιχείας, οὐ μόνον περὶ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ περὶ Θεῶν ὧν καταγγέλλουσιν ΕΥΦΩΝΩΣ, καὶ (f. μὴ) ΤΙΜΩΝ καὶ ΑΘΛΩΝ παρ' αὐτοῖς τετηρημένων. Idem iterum p. 286, 9. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ΤΟΙΣ ΕΥΦΩΝΩΣ ΥΒΡΙΖΟΥΣΙ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΑΘΛΑ ΚΑΙ ΤΙΜΑΣ ΤΙΘΕΑΣΙ. Lactantius, V. 20. p. 484, 5. *At enim puniendi ſunt qui deſtruunt religiones. Num pejus nos deſtruimus — quam iidem ipſi? qui cum Deos colere ſe dicant, tamen eos publice turpiterque derident; de quibus etiam mimos agi cum riſu & voluptate patiuntur. Qualis hæc religio, aut quanta majeſtas putanda eſt, quæ adoratur in templis, illuditur in theatris? Et qui hæc fecerint, non pœnas violati numinis pendunt, ſed honorati etiam laudatique diſcedunt.*

18, 9. Τί δὴ οὖν τοῦτ' ἂν εἴη ἐφ' ἡμῶν.] *Quare igitur ita agitur nobiſcum?* ut nempe a vobis prohibeamur. Paulo ante enim dixerat κἀκείνων (indigna de diis tradentium) τὰ διδάγματα οἱ μετερχόμενοι οὐκ εἴργον) πρὸς ὑμῶν. Infra p. 58. Καὶ ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἡγούμεθα εἶναι τὸ μὴ εἴργεσθαι ταῦτα μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ προτρέπεσθαι ἐπὶ ταῦτα. J. A. Fabricius. Bib. Græc. lib. 5. p. 54.

21, 2. Οὐ κρίσεις ἐξετάζετε.] Grabius legit κρίσει. nos nihil mutamus.

habentes. Dicetur namque quod res eſt. Quandoquidem olim mali dæmones, per ſpectra apparentes, mulieres conſtuprarunt, & pueros imminuerunt, & terricula hominibus exhibuerunt, ut attoniti illi redditi, qui res ipſas quæ fiebant, non ratione judicabant, ac metu correpti, dæmones malos eſſe neſciebant, Deos illos vocarent, & nomine quemque quod ſibi dæmonum quiſque impoſuerat, appellarent. Quando vero Socrates ratione vera & per inquiſitionem hæc in apertum proferre, hominesque a dæmonibus abducere eſt annitus; illi ipſi dæmones per homines pravitate gaudentes effecerunt ut quaſi ἄθεος (id eſt nullius divinitatis) & impius vir occideretur, dicentes eum novos Deos inducere. Et id ipſum itidem erga nos faciunt. Non modo enim apud Græcos per Socratem a ratione hæc ſunt detecta, ſed apud barbaros quoque ab ipſamet ratione & verbo conformato, & homine facto, atque Jeſu Chriſto dicto. Cui nos credentes, dæmones, qui hæc patrarunt, non tantum non Deos eſſe dicimus, ſed malos etiam & impios dæmones, quibus ne hominum quidem, virtutem expetentium, ſimiles

ζοντες· εἰρήσεται) γὰρ τἀληθές· ἐπεὶ τὸ παλαιὸν δαίμονες φαῦλοι ἐπιφανείας ποιησάμενοι, καὶ γυναῖκας ἐμοίχευσαν, καὶ παῖδας διέφθειραν, καὶ φόβητρα ἀνθρώποις ἔδειξαν, ὡς καταπλαγῆναι τοὺς οἳ λόγῳ τὰς γινομένας πράξεις οὐκ ἔκρινον, ἀλλὰ δέει συνηρπασμένοι, καὶ μὴ ἐπιστάμενοι δαίμονας εἶναι φαύλους, Θεοὺς προσωνόμαζον, καὶ ὀνόματι ἕκαστον προσηγόρευον, ὅπερ ἕκαστος αὐτῷ τῶν δαιμόνων ἐτίθετο. ὅτε δὲ Σωκράτης λό- 56
γῳ ἀληθεῖ καὶ ἐξεταστικῶς ταῦτα εἰς φανερὸν ἐπειρᾶτο φέρειν, καὶ ἀπάγειν τῶν δαιμόνων τοὺς ἀνθρώπους, καὶ αὐτοὶ οἱ δαίμονες διὰ τῶν χαιρόντων τῇ κακίᾳ ἀνθρώπων ἐνήργησαν ὡς ἄθεον καὶ ἀσεβῆ ἀποκτεῖναι, λέγοντες καινὰ εἰσφέρειν αὐτὸν δαιμόνια, καὶ ὁμοίως ἐφ᾽ ἡμῶν τὸ αὐτὸ ἐνεργοῦσιν. οὐ γὰρ μόνον ἕλλησι διὰ Σωκράτους ὑπὸ λόγου ἠλέγχθη ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἐν βαρβάροις ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ λόγου μορφωθέντος καὶ ἀνθρώπου γενομένου, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ κληθέντος· ᾧ πεισθέντες ἡμεῖς τοὺς ταῦτα πράξαντας δαίμονας οὐ μόνον μὴ ὀρθοὺς εἶναι φαμὲν, ἀλλὰ κακοὺς καὶ ἀνοσίους δαίμονας, οἳ οὐδὲ τοῖς ἀρετὴν ποθοῦσιν ἀνθρώποις τὰς πράξεις ὁμοίας

NOTÆ.

13. Ἐξεταστικῶς.] Arcerius mavult ἐξεταστικῷ, ad λόγῳ ſc. facta relatione. SYLBURG

15, 6. Καὶ αὐτοὶ οἱ δαίμονες.] Lego καὶ αὐτόν. Eum quoque olim, ut nos hodie. Καὶ αὐτὸν ἐνήργησαν ἀποκτεῖναι, καὶ ὁμοίως ἐφ᾽ ἡμῶν τὸ αὐτὸ ἐνεργοῦσι.

19. Καινὰ εἰσφέρειν αὐτὸν δαιμόνια.] V. Plat. Apol. Socr. p. 19. & Xenoph. p. 703.

21. Ἕλλησι.] Legendum eſt ἐν ἕλλησι, ut eodem verſu ſcriptum eſt ἐν βαρβάροις. PERIONIUS.

27. Οὐ μόνον μὴ ὀρθούς.] Ita Editiones, quas vidi, omnes, omneſque interpretes. Mireris, cum & in ſerie orationis, & in ipſa voce corrupta tam manifeſta ſint veræ lectionis veſtigia. Legendum enim, οὐ μόνον μὴ Θεούς, niſi forte probabilius eſſe putas ex ΟΥΘΕΟΥΣ propter ſimilitudinem literarum Υ & Ρ profluxiſſe ΟΡΘΟΥΣ, & ne quæ etiam nunc ſatis inepta ſunt, prorſus abſurda forent, additam poſtea fuiſſe particulam μὴ, quam ex μὴ Θεούς ortum eſſe μὴ ὀρθούς. Orig. c. Celſ. lib. VII. p. 333. οὐκ ἀναγκαῖον — ὅτι Θεοί τινές εἰσι παρ᾽ αὐτοῖς, ἀλλ᾽ ἐκ τοὐναντίου δαίμονές τινες φαῦλοι. Euſebius P. E. V. 9. p. 196. οὐδ᾽ ὁσίων ἀνθρώπων Θεοὺς προσεοίκασι ἂν εὐλόγως, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀγαθοὺς δαίμονας, τοὺς ὑπὸ θηλειῶν ἀνθρώπων, καὶ ταῦτα γοήτων, οὐ κατὰ γνώμην οἰκείαν, βίᾳ δὲ καὶ ἀνάγκῃ συρομένους. Verum rem tam claram exemplis aut rationibus confirmare, quid aliud eſt niſi lectoribus convitium facere?

ας ἔχουσιν· ἐνθένδε καὶ ἄθεοι κεκλήμεθα. καὶ ὁμολογοῦμεν τῶν τοιούτων νομιζομένων Θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ᾽ οὐχὶ τοῦ ἀληθεστάτου, καὶ πατρὸς δικαιοσύνης, καὶ σωφροσύνης, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ἀνεπιμίκτου τε κακίας, Θεοῦ· ἀλλ᾽ ἐκεῖνόν τε, καὶ τὸν παρ᾽ αὐτοῦ υἱὸν ἐλθόντα, καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα καὶ τὸν τῶν ἄλλων ἑπομένων καὶ ἐξομοιουμένων ἀγαθῶν ἀγγέλων στρατὸν, πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα, καὶ προσκυνοῦμεν, λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες, καὶ παντὶ βουλομένῳ μαθεῖν, ὡς ἐδιδάχθημεν, ἀφθόνως παραδιδόντες. Ἀλλὰ φήσει τις, ἤδη τινὲς ληφθέντες ἠλέγχθησαν κακοῦργοι· καὶ γὰρ πολλοὺς πολλάκις ὅταν ἑκάστοτε τῶν κατηγορουμένων τὸν βίον ἐξετάζητε, ἀλλ᾽ οὐ διὰ τοὺς προλεχθέντας καταδικάζετε. Καθόλου μὲν οὖν κἀκεῖνο ὁμολογοῦμεν, ὅτι ὃν τρόπον οἱ ἐν Ἕλλησι τὰ αὐτοῖς ἀρεστὰ δογματίσαντες ἐκ παντὸς τῷ ἑνὶ ὀνόματι φιλοσοφίας προσαγορεύονται, καίπερ τῶν δογμάτων ἐναντίων ὄντων, οὕτως καὶ τῶν ἐν βαρβάροις γενομένων καὶ δοξάντων σοφῶν, τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα κοινὸν

miles ſint actiones; quamobrem & ἄθεοι (hoc eſt nullorum Deorum) cognominamur. Et confitemur quidem nos talium qui habentur Deorum eſſe expertes, & atheos, ſed non veriſſimi illius Dei, Patris videlicet juſtitiæ, & temperantiæ, & virtutum aliarum, & ab omni vitioſitatis mixtione alieni: verum hunc ipſum, & qui ab eo venit, atque hæc nos, & aliorum ſequentium & aſſimilatorum bonorum angelorum exercitum docuit, Filium, & Spiritum Propheticum colimus & adoramus, cum ratione & veritate venerantes; atque unicuique diſcere volenti, ut edocti ſumus, candide tradentes. Sed dicet aliquis, jam nonnulli ex comprehenſis criminis ſunt convicti, & malefici comperti. Scilicet perſæpe non paucos, cum eorum qui accuſantur vitam ſingillatim diſquiritis, non tamen propter prædictos (Chriſtianos) condemnatis. In univerſum namque & illud fatemur: ſicut ii, qui apud Græcos placita ſua in diſciplinas retulerunt, omnes uno philoſophiæ cenſentur nomine, quamvis eorum dogmata inter ſe diſſideant; ita ſane & ii qui apud barbaros extiterunt & reputati ſunt ſapientes, commune ſibi inditum nomen obtinent:

N O T Æ.

8,9,10. Διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα καὶ τὸν τῶν ἄλλων &c.] Ita R. Stephanus. Theologi Eccleſiæ Romanæ diſtinguunt poſt ταῦτα, quod Proteſtantes negant fieri oportere, atque ita hæc vulgo interpretantur: *qui docuit nos tum hæc* (nimirum quæ ante dixerat de dæmonibus) *tum etiam quæ de bonis angelis ſcimus*, quæ dura ſane interpretatio eſt. Aliam dedit Grabius. *Juſtini verba* (inquit) *id volunt, Chriſtum* iſta *quæ de Deo Patre, juſtitiæ, temperantiæ, aliarumque virtutum amatore, & omnis malitiæ experte dixerat in oppoſitione falſorum deorum (quos impudicitiæ, violentiæ, aliorumque vitiorum paulo ante reos intimaverat)* iſta, *inquam, tam hominibus quam angelis bonis patefeciſſe*. Hæc ille, eademque in ſententia fuiſſe videtur Langus. Ad confirmandam expoſitionem ſuam citat vir doctus Epheſ. iii. 10. & hæc verba Irenæi II. 55. p. 185. *Semper coexiſtens Filius Patri olim & ab initio ſemper revelat Patrem & angelis & archangelis & poteſtatibus & virtutibus, & omnibus quibus vult revelare Deus.* Nobis ſemel conſtitutum eſt controverſias theologicas in hoc opere non attingere.

12. Λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ.] Alluſio eſt ad illa Joan. iv. ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. SYLBURG.

13, 4. Ὡς ἐδιδάχθημεν, ἀφθόνως παραδιδόντες.] Erunt fortaſſe qui omnino legendum putent ἴσα, nos nihil mutamus.

16, 7, 8, 9. Πολλοὺς πολλάκις &c.] Tentarunt hunc locum multi, ſed fruſtra. Nobis quoque multa veniunt in mentem, ſed quorum nullum ſatis ex ſententia rem expediat. Tibi fortaſſe, lector, ut in hujuſmodi rebus fieri ſolet, quod nos fruſtra quæſivimus, ultro ſeſe offeret.

obtinent: nam Chriſtiani omnes vocantur. Quapropter ut facta omnium quorum nomina deferuntur, judicentur, rogamus, ut is qui convictus fuerit, tanquam injuſtus, non tanquam Chriſtianus, puniatur; ſin inculpatus quis comperiatur, abſolvatur tanquam Chriſtianus qui nihil injuſti egerit. Non enim petemus ut in delatores animadvertatis; ſufficit enim illis ſua malignitas, & bonarum rerum ignoratio. Illud ſane vos conſiderare velim, pro vobis nos hæc dicere; eo quod in noſtra eſt poteſtate, ut cum inquirimur, negemus. Sed vivere nolumus mendaciter quidquam loquentes. Sempiternam namque & puram vitam concupiſcentes, ad conſuetudinem cum Deo parente & opifice univerſorum aſpiramus, & ad confeſſionem feſtinamus; perſuaſum habentes atque credentes, conſequi hanc eos poſſe, qui factis Deo probant ſe illum conſectari, & vitæ ejus conſuetudinem adamare, in qua nullam adverſariam perſentire eſt pravitatem. Atque equidem, quoad paucis dicere licet, quæ expectamus, & a Chriſto didicimus, & docemus, hæc ſunt. Plato vero ſimiliter Rhadamanthum & Minoem injuſtos ad ſe venientes plexurum eſſe docuit: nos autem id ipſum factum iri dicimus,

ἐστι· χριστιανοὶ γὰρ πάντες προσαγορεύονται). ὅθεν πάντων τῶν καταγγελλομένων ὑμῖν τὰς πράξεις κρίνεσθαι ἀξιοῦμεν, ἵνα ὁ ἐλεγχθεὶς, ὡς ἄδικος κολάζηται, ἀλλὰ μὴ ὡς χριστιανός· ἐὰν δέ τις ἀνέλεγκτος φαίνηται, ἀπολύηται ὡς χριστιανὸς οὐδὲν ἀδικῶν. οὐ γὰρ τοὺς κατηγοροῦντας κολάζειν ὑμᾶς ἀξιώσομεν· ἀρκοῦνται γὰρ τῇ προσούσῃ 57 πονηρίᾳ, καὶ τῇ τῶν καλῶν ἀγνοίᾳ. λογίσασθε δ' ὅτι ὑπὲρ ὑμῶν ταῦτα ἔφημεν, ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν εἶναι ἀρνεῖσθαι ἐξεταζομένους. ἀλλ' οὐ βουλόμεθα ζῆν ψευδολογοῦντες. τοῦ γὰρ αἰωνίου καὶ καθαροῦ βίου ἐπιθυμοῦντες, τῆς μετὰ Θεοῦ τοῦ πάντων πατρὸς καὶ δημιουργοῦ διαγωγῆς ἀντιποιούμεθα, καὶ σπεύδομεν ἐπὶ τὸ ὁμολογεῖν, οἱ πεπεισμένοι καὶ πιστεύοντες τυχεῖν τούτων δύνασθαι τοὺς τὸν Θεὸν δι' ἔργων πείσαντας ὅτι αὐτῷ εἵποντο, καὶ τῆς παρ' αὐτῷ διαγωγῆς ἤρων, ἔνθα κακία οὐκ ἀντιτυπεῖ. ὡς μὲν οὖν διὰ βραχέων εἰπεῖν, ἅ τε προσδοκῶμεν, καὶ μεμαθήκαμεν διὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ διδάσκομεν, ταῦτά ἐστι. Πλάτων δὲ ὁμοίως ἔφη Ραδάμανθυν καὶ Μίνω κολάζειν τοὺς ἀδίκους παρ' αὐτοὺς ἐλθόντας· ἡμεῖς δὲ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα φαμὲν γενήσεσθαι, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῖς αὐτοῖς σώμασι μετὰ τῶν ψυχῶν γινομένων, καὶ αἰωνίαν κόλασιν κολασθησομένων,

ſed a Chriſto, corporibus eiſdem cum animabus ſuis uniendis, atque æternis prorſus,

N O T Æ.

6. Φαίνηται.] In φαίνηται duplicis ſcripturæ indicium eſt: nempe φανῇ & φαίνηται. Eſt autem in præcedentibus alluſio ad 1 Petri iv. SYLBURG.

7, 8, 9. Οὐ γὰρ τοὺς κατηγοροῦντας κολάζειν ὑμᾶς ἀξιώσομεν.] Reſpexit, niſi fallor, Juſtinus reſcriptum Adriani Imp. huic Apologiæ ſubnexum, cujus clauſula pœnam minatur iis, qui per calumniam Chriſtianis crimen intentarint. GRABE.

26, 7, 8. Πλάτων δὲ ὁμοίως ἔφη, &c.] V. Plat. in Gorgia ſub finem, p. 356, 7, 8.

30, 1, 2. Τοῖς αὐτοῖς σώμασι μετὰ τῶν ψυχῶν γινομένων καὶ αἰωνίαν κόλασιν κολασθησομένων.] F. leg. γινομένοις — κολασθησομένοις. Infra p. 87. τὰ σώματα ἀνεγερεῖ πάντων τῶν γενομένων ἀνθρώπων, καὶ τῶν μὲν ἀξίων ἐνδύσῃ ἀφθαρσίαν, τῶν δ' ἀδίκων ἐν αἰσθήσει αἰωνίᾳ μετὰ τῶν φαύλων δαιμόνων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψει. Nemo neſcit librarios, interdum per imperitiam, interdum per negligentiam nimiamque feſtinationem, ſequentia ad normam proxime antecedentium ſæpe temere conformare.

1, 2. Ἀλλ'

ἀλλ' οὐχὶ χιλιονταετῆ περίοδον, ὡς ἐκεῖνος ἔφη, μόνον. εἰ μὲν οὖν ἄπιστον ἢ ἀδύνατον τοῦτο φήσει τις πρὸς ἡμᾶς, ἥδε ἡ πλάνη ἐστὶν ἄλλου πρὸς ἕτερον, μέχρις οὗ ἔργῳ μηδὲν ἀδικοῦντες ἐλεγχόμεθα. ἀλλ' οὐδὲ θυσίαις πολλαῖς καὶ πλοκαῖς ἀνθῶν τιμωμένους ἄνθρωποι μορφώσαντες, καὶ ἐν ναοῖς ἱδρύσαντες, Θεοὺς προσωνόμασαν, ἐπεὶ ἄψυχα καὶ νεκρὰ ταῦτα γινώσκομεν, καὶ Θεοῦ μορφὴν μὴ ἔχοντα (οὐ γὰρ τοιαύτην ἡγούμεθα τὸν Θεὸν ἔχειν τὴν μορφὴν ἥν φασί τινες εἰς τιμὴν μεμιμῆσθαι) ἀλλ' ἐκείνων τῶν φανέντων κακῶν δαιμόνων καὶ ὀνόματα καὶ σχήματα ἔχειν. τί γὰρ δεῖ εἰδόσιν ὑμῖν λέγειν ἃ τὴν ὕλην οἱ τεχνῖται διατιθέασι, ξέοντες, καὶ τέμνοντες, καὶ χωνεύοντες, καὶ τύπτοντες, καὶ ἐξ ἀτίμων πολλάκις σκευῶν, διὰ τέχνης τὸ σχῆμα μόνον ἀλλάξαντες, καὶ μορφοποιήσαντες, Θεοὺς ἐπονομάζουσιν; ὅπερ οὐ μόνον ἄλογον ἡγούμεθα, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ὕβρει τοῦ Θεοῦ γίνεσθαι, ὃς ἄρρητον δόξαν καὶ μορφὴν ἔχων, ἐπὶ φθαρτοῖς καὶ δεομένοις θεραπείας

prorſus, ac non eis tantum qui mille annorum decurſo ambitu durent, ut ille ait, cruciatibus torquendis. Quod ſi quis hoc incredibile vel impoſſibile eſſe dicat; ad nos error iſte attinet, non ad alium quemvis, dummodo re ipſa nihil iniqui admittere convincamur. Sed neque victimis multis & florum coronis colimus, quos homines effingentes & in templis collocantes, Deos cognominarunt; quandoquidem hæc anima carentia, & mortua eſſe novimus, & Dei formam non habere. Minime namque gentium talem Deum obtinere ſpeciem, qualem quidam dicunt honoris gratia per imitationem eſſe expreſſam; verum ſigna iſta illorum qui apparuerunt malorum dæmonum & nomina & formas referre ducimus. Quid enim opus eſt apud vos qui ſcitis, commemorare, quomodo artifices materiam tractent, polientes eam, & incidentes, & conflantes, & tundentes, & ex inhoneſtis ſæpenumero vaſis, figuram tantum arte ſua mutantes, & conformantes, atque exinde Deos cognominantes? Quam rem non modo præter rationem omnem eſſe, verum etiam cum contumelia Dei fieri ſtatuimus, cujus, ineffabilem claritatem & formam obtinentis, nomen rebus corruptioni obnoxiis & cura egentibus

NOTÆ.

1, 2. Ἀλλ' οὐχὶ χιλιονταετῆ περίοδον, ὡς ἐκεῖνος ἔφη, μόνον.] V. Plat. de Rep. lib. X. p. 761. & in Phædr. p. 1223. V. etiam eundem in Gorgia, p. 357, 8.

2—6. Εἰ μὲν οὖν ἄπιστον ἢ ἀδύνατον τοῦτο φήσει τις πρὸς ἡμᾶς, ἥδε ἡ πλάνη ἐστὶν ἄλλου πρὸς ἕτερον, μέχρις οὗ ἔργῳ μηδὲν ἀδικοῦντες ἐλεγχόμεθα.] Fruſtra conantur viri docti aliquem ex his ſeoſum exprimere. Lege, oc una quidem litera mutata, Εἰ μὲν οὖν ἄπιστον ἢ ἀδύνατον τοῦτο φήσει τις, πρὸς ἡμᾶς ἥδε ἡ πλάνη ἐστὶν, ἀλλ' οὐ πρὸς ἕτερον, μέχρις οὗ ἔργῳ μηδὲν ἀδικοῦντες ἐλεγχόμεθα, vel, ſi id magis placuerit, cum Sylburgio ἐλεγχοίμεθα. Arnobius, lib. II. p. 79, 80. *Sed ſtulte iſtud credimus. Quid ad vos? Ineptiſſime, fatue. Ubi vobis nocemus, vel quam vobis facimus aut irrogamus injuriam, ſi omnipotentem confidimus Deum habiturum eſſe rationem noſtri cum abire a corporibus cœperimus?* Athenagoras p. 136. Εἰ δέ τῳ λῆρος πολὺς δοκεῖ, τὸ σαπὲν καὶ διαλυθὲν καὶ ἀφανισθὲν σῶμα συστήσεσθαι πάλιν, κακίας μὲν οὐκ ἂν εἰκότως δόξαν ἀποφεροίμεθα διὰ τοῦτο οὐ πιστεύοντας, ἀλλ' εὐηθείας· οἷς γὰρ ἀπατῶμεν ἑαυτοὺς λόγοις ἀδικοῦμεν οὐδένα. Unde ſi quis putet hic pro μηδὲν ἀδικοῦντες legendum eſſe μηδένα ἀδικοῦντες, utatur jure ſuo, nos nihil amplius mutamus.

8. Τιμωμένους.] Τιμῶμεν οὓς legendum eſt. Perionius.

12, 3, 4. Οὐ γὰρ τοιαύτην ἡγούμεθα τὸν Θεὸν ἔχειν τὴν μορφήν.] Fruſtra Perionius ob ſequentia, ἀλλ' ἐκείνων &c. voluit legi: οὐ γὰρ ταῦτα ἡγούμεθα τοῦ Θεοῦ ἔχειν τὴν μορφήν. Neque coim advertit, hæc in parentheſi accipienda eſſe. Grabe.

tibus, inditur. Atque horum opifices impudicos, & omni pravitate, ne ſcelera eorum ſingulatim dinumeremus, obſitos eſſe certo ſcitis; & ancillas ſuas operis iſtiuſmodi adjutrices conſtuprare. O ſtuporem, homines impuros Deos, qui adorentur, fingere dici & transformare; & fanorum, in quibus reponuntur cuſtodes tales conſtituere: non proſpicientes nefas eſſe etiam cogitare aut dicere homines Deorum eſſe cuſtodes. Enimvero neque oblationibus materialibus, quæ ab hominibus præbeantur, Deum indigere, perſuaſum habemus, ipſum omnia largiri cernentes: illos autem eum ſolos probare didicimus, ac certo ſcimus & credimus, qui quæ illi inſunt bona imitantur, temperantiam, juſtitiam, hominum amorem, & quæcunque propria Dei ſunt, qui nullo nomine impoſito vocatur. Illum porro, cum bonus ſit, omnia in principio ex informi materia, hominum cauſa,

πράγμασιν ἐπονομάζεται). καὶ ὅτι οἱ τούτων τεχνῖται ἀσελγεῖς τε, καὶ πᾶσαν κακίαν, ἵνα μὴ καταριθμῶμεν, ἔχουσιν, ἀκριβῶς ἐπίστασθε· καὶ τὰς ἑαυτῶν παιδίσκας συνεργαζομένας φθείρουσιν. 58 ὢ τῆς ἐμβροντησίας, ἀνθρώπους ἀκολάστους, Θεοὺς εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι πλάσσειν λέγεσθε καὶ μεταποιεῖν, καὶ τῶν ἱερῶν ἔνθα ἀνατίθενται φύλακας τοιούτους καθιστάναι, μὴ συνορῶντας ἀθέμιτον καὶ τὸ νοεῖν ἢ λέγειν ἀνθρώπους Θεῶν εἶναι φύλακας. ἀλλ' οὐ δέεσθαι τῆς παρὰ ἀνθρώπων ὑλικῆς προσφορᾶς προσειλήφαμεν τὸν Θεὸν, αὐτὸν παρέχοντα πάντα ὁρῶντες· ἐκείνους δὲ προσδέχεσθαι αὐτὸν μόνον δεδιδάγμεθα, καὶ πεπείσμεθα, καὶ πιστεύομεν, τοὺς τὰ προσόντα αὐτῷ ἀγαθὰ μιμουμένους, σωφροσύνην, καὶ δικαιοσύνην, καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ ὅσα οἰκεῖα Θεῷ ἐστὶ, τῷ μηδενὶ ὀνόματι θετῷ καλουμένῳ. καὶ πάντα τὴν ἀρχὴν ἀγαθὸν ὄντα δημιουργῆσαι αὐτὸν ἐξ ἀμόρφου ὕλης δι' ἀνθρώπους

N O T Æ.

8. Λέγεσθε] Λέγεσθαι ſcribendum eſſe recte poſt H. Stephanum notavit Sylburgius. Grabe.

14. Προσειλήφαμεν] Προειλήφαμεν tam hic quam paulo poſt legendum eſſe bene monuit Sylburgius. Nam ita alibi quoque Juſtinus loquitur. Grabe.

14, 5. Αὐτὸν παρέχοντα πάντα ὁρῶντες.] Clem. Alex. p. 836. Δι' ἣν αἰτίαν οὐ θύομεν εἰκότως ἀνενδεεῖ τῷ Θεῷ, τῷ τὰ πάντα τοῖς πᾶσι παρεσχημένῳ.

15, 6. Ἐκείνους δὲ προσδέχεσθαι αὐτὸν μόνον.] Non eos qui ſacrificant, ſed qui recte & ex præſcripto rationis & virtutis vivunt.

19. Σωφροσύνην.] Aliter Themiſtius, Orat. I. p. 8. Ὁ δὲ ξύμπαντος κρατῶν βασιλεὺς (inquit) ΣΩΦΡΩΝ μὲν, ἢ καρτερικὸς, ἢ ἀνδρεῖος, ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων οὐκ ὀνομάζεται· τί γὰρ ἢ φοβερὸν αὐτῷ, πρὸς ὃ δεήσεται τῆς ἀνδρείας· ἢ ἐπίπονον, οὗ κρατήσει τῇ καρτερίᾳ; ποῖαι δὲ σωμάτων ἡδοναὶ, ὧν οὐχὶ ἁλίσκεται σωφροσύνῃ; Et ſane ſubabſurdi aliquid ſonare videtur σωφροσύνη Deo aſcripta. Verum ſimiliter, niſi fallor, locuti ſunt Stoici, aliique; & Juſtinus hoc falſorum Deorum intemperantiæ oppoſuiſſe videatur. Sic ſupra p. 56. Τοὺς ταῦτα πράξαντας δαίμονας οὐ μόνον μὴ Θεοὺς εἶναι φαμὲν, ἀλλὰ κακοὺς καὶ ἀνοσίους δαίμονας, οἳ οὐδὲ τοῖς ἀρετὴν ποθοῦσιν ἀνθρώποις τὰς πράξεις ὁμοίας ἔχουσιν· ἔνθενδε καὶ ἄθεοι κεκλήμεθα. καὶ ὁμολογοῦμεν τῶν ΤΟΙΟΥΤΩΝ νομιζομένων Θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀληθεστάτου, καὶ πατρὸς δικαιοσύνης καὶ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΣ καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ἀνεπιμίκτου τε κακίας, Θεοῦ. Arnobius lib. VI. p. 189, 90. *Ut enim noſcatis quid de iſto nomine ſentiamus, judicique ſimus cujus, exiſtimamus nos eos, ſi modo dii certi ſunt, — cunctarum eſſe debere perfecturumque virtutum*, ſapientes, juſtos, graves (ſi modo nulla eſt culpa quod eos laudibus accumulamus humanis) *inteſtinis pollentes bonis, — ab affectibus cunctis & cunctis perturbationibus liberos, non ira effervere, non ullis cupiditatibus excitari.*

24. Ἐξ ἀμόρφου ὕλης.] *E nihilo, & non ex informi materia.* Sin vertendum & legendum ſit, ut exemplar Græcum habet, omnia Deum in principio ex informi materia condidiſſe; non aliter id accipiendum erit de materia, quam Auguſtin. cap. 1. lib. 1. de Mirab. Scriptur. ſcripſit, quod eam ipſe prius ex nihilo condiderit Deus. Et fortaſſe S. Juſtino in Chriſtianiſmo adhuc ea adhæſit, quam in Platoniſmo imbiberat, de materia opinio. Langus. Hæc verba minime Juſtini Martyris eſſe, perſuaſum habuit Halloi-

θρώπους δεδιδάγμεθα, οἱ ἐὰν ἀξίους τῷ ἐκείνου βουλεύματι ἑαυτοὺς δι᾽ ἔργων δείξωσι, τῆς μετ᾽ αὐτοῦ ἀναστροφῆς καταξιωθῆναι προσειλήφαμεν συμβασιλεύοντας, ἀφθάρτους καὶ ἀπαθεῖς γενομένους. ὃν τρόπον γὰρ τὴν ἀρχὴν οὐκ ὄντας ἐποίησε, τὸν αὐτὸν ἡγούμεθα τρόπον διὰ τὸ ἑλέσθαι τοὺς αἱρουμένους τὰ αὐτῷ ἀρεστὰ, καὶ ἀφθαρσίας καὶ συνουσίας καταξιωθῆναι. τὸ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι, οὐχ ἡμέτερον ἦν· τὸ δ᾽ ἐξακολουθῆσαι οἷς φίλον αὐτῷ αἱρουμένους δι᾽ ὧν αὐτὸς ἐδωρήσατο λογικῶν δυνάμεων, πείθει τε καὶ εἰς πίστιν ἄγει ἡμᾶς. καὶ ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἡγούμεθα εἶναι τῷ μὴ εἴργεσθαι ταῦτα μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ προτρέπεσθαι ἐπὶ ταῦτα. ὅπερ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησαν οἱ ἀνθρώπειοι νόμοι πρᾶξαι, ταῦτα ὁ λόγος, θεῖος ὤν, εἰργάσατο, εἰ μὴ οἱ φαῦλοι δαίμονες κατεσκέδασαν πολλὰ ψευδῆ καὶ ἄθεα κατηγορήματα, σύμμαχον λαβόντες τὴν ἐν ἑκάστῳ κακὴν πρὸς πάντα καὶ ποικίλην φύσει ἐπιθυμίαν· ὧν οὐδὲν πρόσεστιν ἡμῖν. καὶ ὑμεῖς ἀκούσαντες βασιλείαν προσδοκῶντας ἡμᾶς, ἀκρίτως ἀνθρώπινον

cauſa, condidiſſe edocti ſumus; quos, ſi dignos ſe operibus illius conſilio & voluntati præſtiterint, converſatione cum illo dignatum iri ſcimus, cum illo ſimul regnantes, ac corruptionis perpeſſioniſque expertes factos. Quo enim modo eos cum non eſſent principio creavit; eodem modo putamus illum placita ipſius ſuopte arbitrio complexos immortalitate atque conſuetudine ſua donaturum eſſe. Nam ut principio exiſteremus, non noſtrum id fuit: ea vero ſequi quæ ipſi grata ſunt, eligentes ope rationis nobis ab ipſo donatæ, perſuadet nobis & ad fidem nos adducit. Et ex uſu omnium hominum eſſe arbitramur, ut ne hæc addiſcere prohibeantur, immo ut cohortatione ad ea incitentur. Nam qnod hnmanæ leges efficere nequiverunt, id Ratio, utpote quæ divina eſt, præſtitiſſet, niſi mali dæmones multa falſa & impia crimina contra nos ſparſiſſent (auxilio ejus, quæ unicuique ineſt, omnibus modis pravæ variæque natura concupiſcentiæ) quorum criminum nihil nobis adeſt. Ac vos regnum a nobis expectari audientes, citra judicium, humanum

N O T Æ.

Halloixius in vita Juſtini pag. 329. quod materiam Deo coæternam ſupponant. Atque in hunc quoque ſenſum ea accepit Langus; qui idcirco iſta abuſus eſt libertate, ut in verſione poneret, *e nihilo & non ex informi materia*; cum tamen ipſe mox in principio annotationis nimis prolixæ fateatur, verba Juſtini accipi poſſe de materia, quam Deus ipſe prius ex nihilo condiderit, informem ſcilicet; ex qua deinde omnes creaturas formaverit. Atque hanc S. Martyris ſententiam fuiſſe nullus dubito. GRABE. V. Cohort. ad Græc. p. 21, 2. Sapient. Solomonis xi. 17. Οὐ γὰρ ἠπόρει ἡ παντοδύναμός σου χεὶρ καὶ κτίσασα τὸν κόσμον ἐξ ἀμόρφου ὕλης ἐπιπέμψαι αὐτοῖς πλῆθος ἄρκτων ἢ θρασεῖς λέοντας.

2. Βουλεύματι.] Aptius fere βουλήματι. SYLBURG.

4. Προσειλήφαμεν.] Sylburgius & Grabius iterum *convenientius* putant προειλήφαμεν. Nos hic lectionem vulgatam facile ferimus (etſi conjecturæ Sylburgii favere videatur, quod mox ſequitur, verbum ἡγούμεθα) & interpretamur, *accepimus, edocti ſumus, didicimus.*

17. Τῷ] Ferme convenientius τό. SYLBURG.

18, 9, 20. Ὅπερ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησαν οἱ ἀνθρώπειοι νόμοι πρᾶξαι, ταῦτα.] Pro ταῦτα congruentius cum Perionio legemus τοῦτο. SYLBURG.

21. Θεῖος ὤν.] F. Θεὸς ὤν. Paulo ante dixerat ἀνθρώπειοι νόμοι, unde forte ortum hoc θεῖος. Juſtinus infra p. 96. Ὃς καὶ λόγος πρωτότοκος ὢν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸς ὑπάρχει.

27, 8. Βασιλείαν προσδοκῶντας ἡμᾶς.] Supra 3, 4, 5. τῆς μετ᾽ αὐτοῦ ἀναστροφῆς καταξιωθῆναι προσειλήφαμεν ΣΥΜΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΑΣ.

manum deſignari opinamini; cum nos Dei regnum, in quo cum eo regnaturi ſumus, dicamus: id quod ex eo quoque patet, quod ad inquiſitionem veſtram Chriſtianos nos eſſe confitemur, cum quidem mortis ſupplicium ei qui confiteatur propoſitum eſſe ſciamus. Si enim humanum expectaremus regnum, inficiaremur utique, ne occideremur; ac latere contenderemus, ut expectationis compotes fieremus: ſed quia ſpes noſtras non in rebus præſentibus fixas habemus, eos qui nos interficiunt nihil moramur; præſertim cum moriendum nobis eſſe ſciamus. Ad pacem vero conſervandam præ omnibus hominibus adjutores vobis ſumus & opitulatores; qui videlicet docemus, nullum apud Deum tectum eſſe poſſe aut maleficum, aut avarum, aut inſidiatorem, aut virtute præditum virum; atque unumquemque ad ſempiternam vel pœnam vel ſalutem pro factorum ſuorum meritis contendere. Nam ſi omnes homines hæc cognita haberent, haudquaquam profecto quiſquam pravitatem ad breve tempus amplecteretur, ad perennem ſe ignis condemnationem ire ſciens; ſed potius omnibus ſe modis cohiberet, & virtute condecoraret, ut ea quæ a Deo proveniunt bona conſequeretur, & ſuppli-

θρώπινον λέγειν ἡμᾶς ὑπειλήφατε, ἡμῶν τὴν μετὰ Θεοῦ λεγόντων, ὡς καὶ ἐκ τοῦ ἀνεταζομένους ὑφ' ὑμῶν ὁμολογεῖν εἶναι χριστιανοὺς, γινώσκοντες τῷ ὁμολογοῦντι θάνατον τὴν ζημίαν κεῖσθαι, φαίνεται. εἰ γὰρ ἀνθρώπινον βασιλείαν προσεδοκῶμεν, κἂν ἠρνούμεθα ὅπως μὴ ἀναιρώμεθα, 59
καὶ λανθάνειν ἐπειρώμεθα, ὅπως τῶν προσδοκωμένων τύχωμεν· ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ εἰς τὸ νῦν τὰς ἐλπίδας ἔχομεν, ἀναιρούντων οὐ πεφροντίκαμεν, τοῦ καὶ πάντως ἀποθανεῖν ὀφειλομένου. ἀρωγοὶ δ' ὑμῖν καὶ σύμμαχοι πρὸς εἰρήνην ἐσμὲν πάντων μᾶλλον ἀνθρώπων, οἳ ταῦτα δοξάζομεν, ὡς λαθεῖν Θεὸν, κακόεργον, ἢ πλεονέκτην, ἢ ἐπίβουλον, ἢ ἐνάρετον, ἀδύνατον εἶναι, καὶ ἕκαστον ἐπ' αἰωνίαν κόλασιν ἢ σωτηρίαν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων πορεύεσθαι. εἰ γὰρ οἱ πάντες ἄνθρωποι ταῦτα ἐγίνωσκον, οὐκ ἄν τις τὴν κακίαν πρὸς ὀλίγον ᾑρεῖτο, γινώσκων πορεύεσθαι ἐπ' αἰωνίαν διὰ πυρὸς καταδίκην, ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου ἑαυτὸν συνεῖχε καὶ ἐκόσμει ἀρετῇ, ὅπως τῶν παρὰ Θεοῦ τύχῃ ἀγαθῶν, καὶ τῶν

N O T Æ.

4, 5. Γινώσκοντες.] Nota nominativum cum infinitivo contra morem ſolitum. SYLBURG.

11. Ουκ εἰς τὸ νῦν τὰς ἐλπίδας ἔχομεν.] F. τὰ νῦν.

12, 13. Αναιρούντων οὐ πεφροντίκαμεν, τοῦ καὶ πάντως ἀποθανεῖν ὀφειλομένου.] H. Stephanus poſt τοῦ addit θανάτου. Alii fortaſſe argutiores legent ἀναιρούντων οὐ πεφροντίκαμεν τὸ καὶ πάντως ἀποθανεῖν ὀφειλόμενον. Nos nihil mutamus. Notum illud Euripidis,

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται.

Juſtinus infra p. 91. (quem locum Sylburgius quoque indicavit) Ου γὰρ δεδοίκαμεν θάνατον, τοῦ πάντως ἀποθανεῖν ὁμολογουμένου. *Sed utroque loco vocem* παντὸς *ob proximam* πάντως *ab imperito ſcriba omiſſam conjicit* Grabius *ex Apologia altera poſt medium* (p. 49.) *ubi ait*, εἰ μὴ πάντως παντὶ γεννωμένῳ καὶ θανεῖν ὠφείλετο. Jam dixi tibi Grabii conjecturam eſſe hanc. Si hominem recte noris, non opus eſt plura dicere.

13, 4, 5, 6. Αρωγοὶ δ' ὑμῖν καὶ σύμμαχοι πρὸς εἰρήνην ἐσμὲν πάντων μᾶλλον ἀνθρώπων.] Adeo non regnum affectamus, aut novis rebus ſtudemus (quod temere ſuſpicamini) ut etiam auxilio vobis magno ſimus in adminiſtrando orbis veſtri imperio.

1, 2. Ου

κολαστηρίων ἀπηλλαγμένος εἴη. οὐ γὰρ διὰ τοὺς ὑφ' ὑμῶν κειμένους νόμους καὶ κολάσεις πειρῶν) λανθάνειν ἀδικοῦντες· ἀνθρώπους δ' ὄντας λανθάνειν ὑμᾶς δυνατὸν ἐπιστάμενοι ἀδικοῦσιν· εἰ ἔμαθον καὶ ἐπείσθησαν Θεὸν ἀδύνατον εἶναι λαθεῖν τι, οὐ μόνον πραττόμενον, ἀλλὰ καὶ βουλευόμενον, κἂν διὰ τὰ ἐπικείμενα ἐκ παντὸς τρόπου κόσμιοι ἦσαν, ὡς καὶ ἡμεῖς συμφήσετε. ἀλλ' ἐοίκατε δεδιέναι μὴ πάντες δικαιοπραγήσωσι, καὶ ὑμεῖς οὓς κολάζετε ἔτι οὐκ ἕξετε· δημίων δ' ἂν εἴη τὸ τοιοῦτον ἔργον, ἀλλ' οὐκ ἀρχόντων ἀγαθῶν. πεπείσμεθα δ' ἐκ δαιμόνων φαύλων, οἳ καὶ παρὰ τῶν ἀλόγως βιούντων αἰτοῦσι θύματα καὶ θεραπείας, καὶ ταῦτα, ὡς προέφημεν, ἐνεργεῖσθαι· ἀλλ' οὐχ ὑμᾶς, οἵ γε εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας ὀρέγεσθε, ἄλογόν τι πρᾶξαι ὑπειλήφαμεν. εἰ δὲ καὶ ὑμεῖς ὁμοίως τοῖς ἀνοήτοις τὰ ἔθη πρὸ τῆς ἀληθείας τιμᾶτε, πράττετε ὃ δύνασθε· τοσοῦτον δὲ δύνανται καὶ ἄρχοντες πρὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶντες, ὅσον καὶ λῃσταὶ ἐν ἐρημίᾳ. ὅτι δ' οὐ καλλιερήσετε ὁ λόγος ἀποδείκνυσιν, οὐ βασιλικώτατον καὶ δικαιότατον ἄρχοντα, μετὰ τὸν γεννήσαντα Θεόν, οὐδένα οἴδαμεν ὄντα. ὃν

ſuppliciorum tormenta evaderet. Qui enim propter leges & pœnas a vobis conſtitutas contendunt latere injuſte agentes (quoniam vero ſciunt fieri poſſe ut vos, utpote qui homines eſtis, lateant, injuſte agunt) ſi edocti eſſent & perſuaſum haberent, impoſſibile eſſe, Deum celare quidquam, nedum factorum ſed ne cogitatorum quidem; vel propter impendentes pœnas omnino eſſent in officio, ſicuti & ipſi nobis ſuffragabimini. Sed metuere videmini, ne univerſi quæ juſta ſunt faciant, & vos, quos puniatis, non habeatis. Carnificum vero hoc fuerit, non principum bonorum. Perſuaſum autem nobis eſt, opera malorum dæmonum, qui etiam ab iis qui præter rationem vitam degunt hoſtias & cultum flagitant, & hæc quoque, ut ante diximus, fieri. Cæterum vos qui pietatem & philoſophiam conſectamini, contra rationem quidquam agere non arbitramur. Sin vos etiam æque atque inſipientes homines, veritati conſuetudinem anteponitis, facite quod poteſtis. Tantum autem poſſunt principes opinionem veritati præferentes, quantum latrones in ſolitudine. Non litaturos autem vos eſſe ſacris ejuſcemodi operantes, Ratio & Verbum ipſum demonſtrat, quo principem imperio digniorem & juſtiorem, ſecundum parentem Deum, novimus neminem. Quemadmodum

N O T Æ.

1 & ſeqq. Ου γὰρ διὰ τοῦ &c.] Inepta hæc ſunt & falſa. Lege, Οἱ γὰρ διὰ τοὺς ὑφ' ὑμῶν κειμένους νόμους καὶ κολάσεις πειρῶν) λανθάνειν ἀδικοῦντες (ἀνθρώπους δ' ὄντας λανθάνειν ὑμᾶς δυνατὸν ἐπιστάμενοι ἀδικοῦσιν) εἰ ἔμαθεν &c. Particula δὲ, adverſativa, uti grammatici loquuntur, exiſtimata, origo fuit hujus tam fœdæ depravationis; ſaltem cauſa fuit cur tam diu delituerit.

10. Ως καὶ ἡμεῖς συμφήσετε.] Non eſt dubium quin legendum ſit ὑμεῖς, aut ἡμῖν. Perionius. Ego rejecta poſteriori lectione priorem amplector. Grabe.

12. Κολάζετε.] Ita habet R. Stephani editio: pro quo Sylburgius poſuit κολάσετε, quod præſens ipſi minus aptum videretur, ut in notis indicavit. Grabe.

28,9,30. Ου βασιλικώτατον καὶ δικαιότατον ἄρχοντα, μετὰ τὸν γεννήσαντα Θεόν, οὐδένα οἴδαμεν ὄντα.] Pro οὐ omnino

modum enim in patrum paupertatem, aut morbos, aut ignominiam ſuccedere ſubterfugiunt omnes: ita quæ ratio ſequi vetat, qui mente præditus eſt non ſequetur. Omnia hæc ita futura eſſe prædixiſſe affirmo doctorem noſtrum, Deique omnium parentis ac domini filium & apoſtolum ſive legatum, Jeſum Chriſtum, a quo etiam Chriſtiani nominari habuimus. Unde & de certitudine doctrinarum ab eo promulgatarum omnium confirmamur, quandoquidem ad rem conferri manifeſto conſtat, quæcunque ille prædicere occupavit; quod certe Dei eſt opus: prius ſcilicet promulgare quidquam quam fiat, atque ita factum exhiberi, ſicut eſt prædictum.

γὰρ τρόπον διαδέχεσθαι πενίας, ἢ πάθη, ἢ ἀδοξίας πατρικὰς ὑφαιρεῖται πάντες, οὕτως καὶ ὅσα ἂν ἀπαγορεύσῃ ὁ λόγος μὴ δεῖν αἱρεῖσθαι, ὁ νουνεχὴς οὐχ αἱρήσεται. γενήσεσθαι ταῦτα πάντα προεῖπε, φημὶ, ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος καὶ τοῦ πατρὸς πάντων καὶ δεσπότου Θεοῦ υἱὸς καὶ ἀπόστολος ὢν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀφ' οὗ καὶ τὸ Χριστιανοὶ ἐπονομάζεσθαι ἐσχήκαμεν. ὅθεν καὶ βέβαιοι γινόμεθα πρὸς τὰ δεδιδαγμένα ὑπ' αὐτοῦ πάντα, ἐπειδὴ ἔργῳ φαίνεται γινόμενα, ὅσα φθάσας γενέσθαι προεῖπεν, ὅπερ Θεοῦ ἔργον ἐστί· πρὶν ἢ γενέσθαι εἴπε, καὶ οὕτως δειχθῆναι γινόμενον ὡς προείρηται.

Ac potuiſſemus nos quidem in his acquieſcentes nihil amplius addere; conſiderato, juſta nos & vera petere: ſed quoniam novimus, a-

nimum

Ἦν μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τούτοις παυσαμένους μηδὲν προστιθέναι, λογισαμένους ὅτι δίκαιά τε καὶ ἀληθῆ ἀξιοῦμεν· ἀλλ' ἐπεὶ γνωρίζομεν

οὐ ῥᾷον

N O T Æ.

nino leg. cum Lango οὐ. Hæc autem ſuperlativa, ex abſurda Atticorum elegantia, ponuntur pro comparativis. Sic in Cohortatione Moſem πάντων τῶν ἔξωθεν συγγραφέων πρεσβύτατον eſſe ſæpe dicit. Sic omnes Attici. Quod cum ignoraret, qui nihil ſe ignorare dudum ſibi per ſummam ignorantiam perſuaſit, Phileleutherus Lipſienſis, in hoc verſu Philemonis,

Θανεῖν ἄριστόν ἐστιν ἢ ζῆν ἀθλίως,

iſtud ἄριστον ἢ, *optimum quam*, ita enim vertit, ferre non potuit, atque ideo legit οὐ ζῆν ἀθλίως. Nempe in opere extemporali quandoque per nimiam feſtinationem ſalva exiſtimatione viro ταχυγραφοῦντι labi licere æquum eſt. Tu vero, lector, ſi hic unquam cujuſquam ſive famæ ſive fortunis pepercit, ei parce, & crede Emendationes has in Fragmenta Menandri & Philemonis *una alterave diecula ei natas eſſe* qui ante viginti annos fragmenta omnium græcorum poetarum *edere conſtituerat*, quique ex eo tempore, quicquid habebat otii ab Horatio commaculando & nobiliſſimo collegio perdendo, id fere omne contriverat in excogitandis emendationibus quas olim, ſicubi occaſio ferret, ex adverſariis ſuis *extempore* deſeriberet. Contumelias, maledicta, illiberales jocos, quibus iſtas emendationes condire voluit homo facetus, revera eum extempore, nulloque labore, ut ferebat natura, ſcripſiſſe non nego.

1, 2, 3. Διαδέχεσθαι πενίας, ἢ πάθη, ἢ ἀδοξίας πατρικὰς ὑφαιρεῖται πάντες.] Iſtud πάθη Langus vertit *ærumnam*; Perionius, *mala*; nos, *morbos*. Alexander Aphrod. Probl. I. 2. Φαλακροῦνται γὰρ διὰ γένους διαδοχὴν, ὥσπερ καὶ ποδαγρῶσι, καὶ ἄλλα ΠΑΘΗ κατὰ συγγένειαν ΔΙΑΔΕΧΕΤΑΙ τὰ τικτόμενα. Cic. Tuſc. III. 4. *Græci* πάθη *appellant, ego poteram morbos, & id verbum eſſet e verbo.*

8. Ἀπόστολος.] Ita & Heb. iii. 1. appellatur, quod a Deo Patre in hunc mundum miſſus fuerit. Grabe.

15. Εἴπε.] Mallem infinitivum εἰπεῖν legi, quem cum Lango in verſione expreſſi. Grabe.

1—6. Ον

οὐ ῥᾷον ἀγνοίᾳ κατεχομένην ψυχὴν συντόμως μεταβάλλειν, ὑπὲρ τοῦ πεῖσαι τοὺς φιλαλήθεις μικρὰ προσθεῖναι προεθυμήθημεν, εἰδότες ὅτι οὐκ ἀδύνατον ἀληθείας παρατεθείσης ἄγνοιαν φυγεῖν. ἄθεοι μὲν οὖν ὡς οὐκ ἐσμὲν, τὸν δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς σεβόμενοι, ἀνενδεῆ αἱμάτων καὶ σπονδῶν καὶ θυμιαμάτων, ὡς ἐδιδάχθημεν, λέγοντες, λόγῳ εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας ἐφ' οἷς προσφερόμεθα πᾶσιν, ὅση δύναμις, αἰνοῦντες· μόνην ἀξίαν αὐτοῦ τιμὴν ταύτην παραλαβόντες, τὸ τὰ ὑπ' ἐκείνου εἰς διατροφὴν γενόμενα, οὐ πυρὶ δαπανᾶν, ἀλλ' ἑαυτοῖς καὶ τοῖς δεομένοις προσφέρειν, ἐκείνῳ δὲ εὐχαρίστους ὄντας διὰ λόγου πομπὰς καὶ ὕμνους πέμπειν, ὑπέρ τε τοῦ γεγονέναι, καὶ τῶν εἰς εὐρωστίαν πόρων πάντων, ποιοτήτων μὲν γενῶν, καὶ μεταβολῶν ὡρῶν· καὶ τοῦ πάλιν ἐν ἀφθαρσίᾳ γενέσθαι διὰ πίστιν τὴν ἐν αὐτῷ αἰτήσεις πέμποντες, τίς σωφρονῶν οὐχ ὁμολογήσει; τὸν διδάσκαλόν τε τούτων γενόμενον ἡμῖν, καὶ εἰς τοῦτο γεννηθέντα Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, τοῦ γενομένου ἐν Ἰουδαίᾳ ἐπὶ χρόνοις Τιβερίου Καίσαρος ἐπιτρόπου, υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως Θεοῦ μαθόντες, καὶ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες, πνεῦμά τε προφητικὸν ἐν τρίτῃ τάξει ὅτι μετὰ λό-

nimum ignoratione obſeſſum non facile ſtatim mutari; ad veritatis amatores perſuadendos pauca adjicere in animum induximus, cognitum habentes non impoſſibile eſſe, veritate propoſita ignorationem profligare. Atque Atheos quidem nos non eſſe, qui univerſitatis conditorem colimus, minime illum ſanguine & libationibus & ſuffimentis (quemadmodum eruditi ſumus) indigere aſſeverantes; & precationis gratiarumque actionis ratione pro omnibus quibus alimur, quantum facultatis noſtræ eſt, laudamus, cum hunc ſolum honorem illo dignum eſſe acceperimus, ea quæ ab illo ad alimentum ſunt creata, non igne conſumere, ſed nobis ipſis & indigentibus offerre, illi autem gratos nos exhibentes, rationales pompas & hymnos celebrare atque decantare, pro creatione, omnibuſque quæ ad valetudinem firmam conducunt, qualitatibus rerum & temporum viciſſitudine; & ut vitam corruptioni non obnoxiam poſtliminio recipiamus propter eam quæ nobis in illum eſt fidem, preces profundimus; quis ſanus non fatebitur? Eumque qui horum nobis magiſter fuit, & in hoc ipſum natus eſt, Jeſum Chriſtum, qui ſub Pontio Pilato Judææ, Tiberii Cæſaris temporibus, procuratore crucifixus eſt, veri Dei filium eum eſſe edocti, & ſecundo loco habentes, ac Spiritum Propheticum tertio ordine, nos cum ratione

N O T Æ.

1—6. Οὐ ῥᾷον ἀγνοίᾳ κατεχομένην ψυχὴν —— ἄγνοιαν φυγεῖν] Hæc imitatus eſt, imo verbatim fere deſcripſit, Irenæus lib. III. adverſus Hæreſes cap. 2. p. 200. col. 2. lin. 18. —— *Si non facile eſt ab errore apprehenſam reſipiſcere animam, ſed non omnino impoſſibile eſt errorem effugere appoſita veritate.* GRABE.

23,4. Αἰνοῦντες.] F. αἰτοῦντες.

30,1. Υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως Θεοῦ.] F. υἱὸν αὐτὸν τοῦ ὄντως ὄντος Θεοῦ. Sed nihil muto.

1. Ἀποδεί-

tione colere demonſtrabimus. In hoc enim inſaniam nobis objiciunt, ſecundum nos locum poſt incommutabilem ac ſempiternum Deum & parentem omnium homini crucifixo deferre dicentes; ignorantes hujus rei myſterium, quod dum vobis exponimus, ut animis attentis audiatis, vos hortamur. Prædicimus namque cavendum vobis eſſe, ne ante incuſati a nobis dæmones vos ſeducant, & prorſus a legendis & percipiendis, hiſce quæ dicuntur, avertant. Contendunt enim ſummopere habere vos ſervos & adminiſtros, atque aliquando quidem per inſomnia, nonnunquam vero per magicas præſtigias omnes in poteſtatem redigunt, qui de ſalute ſua nihil plane ſunt ſoliciti; quemadmodum & nos ratione & Verbo perſuaſi, ab illis quidem deſcivimus, ſingularem vero & ingenitum Deum per filium ſequimur: & qui olim ſtupris gaudebamus, nunc caſtitatem ſolam complectimur: qui magicis artibus utebamur, bono & ingenito Deo nos dedicavimus. Qui pecuniarum & poſſeſſionum conquirendarum vias præ rebus omnibus adamabamus, nunc etiam ea quæ habemus in commune conferimus, & cum indigentibus quibuſque communicamus: qui odiis & cædibus mutuis inter nos graſſabamur, & cum eis qui tribules noſtri non eſſent, propter inſtituta, convictum non habebamus, nunc a Chriſti apparitione familiariter ſimul vivimus, & pro inimicis oramus, eoſque qui nos injuria oderunt, ſuaſione flectere

γου τιμῶμεν, ἀποδείξομεν. ἐνταῦθα γὰρ μανίαν ἡμῶν καταφαίνονται, δευτέραν χώραν μετὰ τὸν ἄτρεπτον 61
καὶ ἀεὶ ὄντα Θεὸν, καὶ γεννήτορα τῶν ἁπάντων, ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι διδόναι ἡμᾶς λέγοντες, ἀγνοοῦντες τὸ ἐν τούτῳ μυστήριον ᾧ προσέχειν ὑμᾶς, ἐξηγουμένων ἡμῶν, προτρεπόμεθα. προλέγομεν γὰρ ὑμῖν φυλάξασθαι μὴ οἱ προδιαβεβλημένοι ὑφ' ἡμῶν δαίμονες ἐξαπατήσωσιν ὑμᾶς, καὶ ἀποτρέψωσι τοῦ ὅλως ἐντυχεῖν καὶ συνεῖναι τὰ λεγόμενα· ἀγωνίζονται γὰρ ἔχειν ὑμᾶς δούλους καὶ ὑπηρέτας, καὶ ποτὲ μὲν δι' ὀνείρων ἐπιφανείας, ποτὲ δ' αὖ διὰ μαγικῶν στροφῶν χειροῦνται πάντας τοὺς οὐκ ἔσθ' ὅπως ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἀγωνιζομένους· ὃν τρόπον καὶ ἡμεῖς, μετὰ τὸ τῷ λόγῳ πεισθῆναι, ἐκείνων μὲν ἀπέστημεν, Θεῷ δὲ μόνῳ τῷ ἀγεννήτῳ διὰ τοῦ υἱοῦ ἑπόμεθα, οἱ πάλαι μὲν πορνείαις χαίροντες, νῦν δὲ σωφροσύνην μόνην ἀσπαζόμενοι· οἱ δὲ καὶ μαγικαῖς τέχναις χρώμενοι, ἀγαθῷ καὶ ἀγεννήτῳ Θεῷ ἑαυτοὺς ἀνατεθεικότες· χρημάτων δὲ καὶ κτημάτων οἱ πόρους παντὸς μᾶλλον στέργοντες, νῦν καὶ ἃ ἔχομεν εἰς κοινὸν φέροντες, καὶ παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες· οἱ μισάλληλοι δὲ καὶ ἀλληλοφόνοι, καὶ πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύλους διὰ τὰ ἔθη καὶ ἑστίας κοινὰς μὴ ποιούμενοι νῦν μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ, ὁμοδίαιτοι γινόμενοι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὐχόμενοι, καὶ τοὺς ἀδίκως μισοῦντας πεί-

N O T Æ.

1. Ἀποδείξομεν.] Hanc demonſtrationem, variis digreſſionibus impeditus, & ut quidque in mentem venit, ita cartæ committens, non incipit ante p. 68.

8. Προ

θεῖν πειρώμενοι, ὅπως οἱ κατὰ τὰς τοῦ Χριστοῦ καλὰς ὑποθημοσύνας βιώσαντες, εὐέλπιδες ὦσι σὺν ἡμῖν τῆς αὐτῆς παρὰ τοῦ πάντων δεσπόζοντος Θεοῦ τυχεῖν. ἵνα δὲ μὴ σοφίζεσθαι ὑμᾶς δόξωμεν, ὀλίγων τινῶν τῶν παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ διδαγμάτων ἐπιμνησθῆναι καλῶς ἔχειν πρὸ τῆς ἀποδείξεως ἡγησάμεθα, καὶ ὑμέτερον ἔστω, ὡς δυνατῶν βασιλέων, ἐξετάσαι εἰ ἀληθῶς ταῦτα δεδιδάγμεθα καὶ διδάσκομεν. Βραχεῖς δὲ καὶ σύντομοι παρ' αὐτοῦ λόγοι γεγόνασιν, οὐ γὰρ σοφιστὴς ὑπῆρχεν, ἀλλὰ δύναμις Θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ ἦν. περὶ μὲν οὖν σωφροσύνης τοσοῦτον εἶπεν, Ὃς ἂν ἐμβλέψῃ γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσε τῇ καρδίᾳ παρὰ τῷ Θεῷ. Καὶ, Εἰ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτόν· συμφέρει γάρ σοι μονόφθαλμον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἢ μετὰ τῶν δύο πεμφθῆναι εἰς τὸ αἰώνιον

tere conamur, ut ſecundum honeſta Chriſti præcepta vitam agentes bonam ſpem habeant eadem ſe nobiſcum a Deo omnium dominatore conſecuturos. Ne autem vos decipere videamur, paucas quaſdam ipſius Chriſti doctrinas recte nos ante demonſtrationem commemoraturos eſſe putavimus; ac veſtrum ſit, qui potentes eſtis imperatores, an vere riteque iſta docti ſimus & doceamus, diſpicere. Breves autem & compendioſi fuere ejus ſermones; non enim ſophiſta erat, ſed virtus Dei, ſermo ejus fuit. Itaque de caſtitate hoc dixit, *Qui inſpexerit mulierem ad concupiſcendum eam, jam adulterium commiſit in corde ſuo coram Deo.* Et, *Si oculus tuus dexter offendiculo tibi fuerit, erue eum; expedit enim tibi, luſcum te potius ingredi in regnum cœlorum, quam duos habentem oculos mitti in ignem*

Matth. v. 28.

Matth. v. 29. xviii. 9. Marc. ix. 47.

NOTÆ.

8, 9. Πρὸ τῆς ἀποδείξεως.] Quam ſcilicet ſupra promiſerat, p. 19, 20.

9—12. Καὶ ὑμέτερον ἔστω, ὡς δυνατῶν βασιλέων, ἐξετάσαι εἰ ἀληθῶς ταῦτα δεδιδάγμεθα καὶ διδάσκομεν.] Henricus Stephanus *pro* ὡς δυνατῶν *ſcribendum cenſet* ὡς δὴ σοφῶν. Et quidem ſi verba ſequentia ita intelligamus, ut ea intellexiſſe videtur Langus, omnino legendum erit σοφῶν, quod quivis facile viderit. Ut enim quis præcepta Chriſtianæ religionis examinare, & ad rationis & veritatis normam exigere poſſit, non potentia, ſed ſapientia, opus eſt. Verum cum verbum ἀληθῶς pari minimum jure *revera* hic ſignificare poſſit, cumque ſenſum poſtulare videantur verba a quibus hanc digreſſionem orditur, nimirum, ἵνα δὲ μὴ σοφίζεσθαι ὑμᾶς δόξωμεν, cumque Juſtinus ad reprehendendos, ne quid gravius dicam, quam laudandos aut conciliandos imperatores multo fuerit proclivior; equidem non video ſatis cauſæ cur quicquam mutetur. Si quis autem dixerit non requiri poteſtatem imperatoriam ut recte judicetur utrum doctrina Chriſti Chriſtianorumque talis ſit qualem eam videri Chriſtiani velint necne, ſed quemvis ſive privatus ſive cum poteſtate & imperio ſit, ſatis eſſe ad eam rem idoneum, eſt id quidem verum, non obſtat tamen quo minus recepta lectio retineatur. Cum enim omnes ſectæ hoc habeant, ut dogmata ſua, ſicubi opus ſit, fucent, diſſimulent, negent, fieri facile poteſt, & ſæpe fit, ut alios fallant; eum autem qui cum ſummo imperio eſt, ſi verum inveſtigare voluerit, fallere nullo modo poſſunt. Id quod ad defendendam lectionem vulgatam fortaſſe ſatis eſt. Veruntamen nihil ſtatuimus.

12, 3, 4. Βραχεῖς δὲ καὶ σύντομοι παρ' αὐτοῦ λόγοι γεγόνασιν· οὐ γὰρ σοφιστὴς ὑπῆρχε.] Nota ſophiſtarum loquacitas. V. Ludovici Creſollii Theat. Rhet. V. 11. & Clem. Alex. Strom. I. 3. p. 328, 9.

14, 5. Ἀλλὰ δύναμις Θεοῦ.] Videtur S. Martyr alluſiſſe ad verba Apoſtoli 1 Cor. i. 24. Grabe.

17. Ὃς ἂν ἐμβλέψῃ.] Tam hic, quam in ſequentibus, non ipſa Chriſti verba, prout in ſacro evangeliorum codice extant, exacte per omnia recitare; ſed ſententiam aliquando eorum imperatoribus ethnicis tradere, S. Martyri commodum viſum fuit. Grabe.

Matth. v. 32. Luc. xvi. 18. *nem æternum.* Et, *Qui repudiatam a viro altero duxerit, adulterium committit.* Matth xix. 11, 12. Et, *Sunt quidam qui facti ſunt eunuchi ab hominibus, ſunt & qui eunuchi nati ſunt, ſunt vero etiam qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum: verum non omnes hoc capiunt.* Adeo ut apud doctorem noſtrum peccatores ſint & ii qui ex legibus humanis ſecundas nuptias contrahunt, & qui fœminam intuentur ad concupiſcendam eam. Non enim tantum qui adulterium reipſa committit, ab eo rejicitur, ſed etiam adulterium committere volens; videlicet quod non opera ſolum, verum cogitationes quoque manifeſtæ Deo ſint. Et multi ſexus utriuſque & ſexaginta & ſeptuaginta nati annos, qui a pueris diſciplinam Chriſti ſunt affectati, incorrupti permanent: & glorior me per omne genus hominum tales commonſtrare poſſe. Quid enim innumerabilem eorum dicam multitudinem qui ex intemperantia ad frugem bonam converſi ſunt, & hæc perdidicerunt? Non enim juſtos, neque caſtos, ad pœnitentiam vocavit Chriſtus, ſed

Matth. ix. 13. Marc. ii. 7. Luc. v. 32. impios, & incontinentes, & injuſtos. Sic enim inquit: *Non veni vocatum*

ώνιον πῦρ. Καὶ, Ὃς γαμεῖ ἀπο- 62
λελυμένην ἀφ' ἑτέρου ἀνδρὸς, μοιχᾶται. Καὶ, Εἰσί τινες οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· εἰσὶ δὲ οἱ ἐγεννήθησαν εὐνοῦχοι· εἰσὶ δὲ οἱ εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· πλὴν οὐ πάντες τοῦτο χωροῦσιν. ὥσπερ καὶ οἱ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ διγαμίας ποιούμενοι, ἁμαρτωλοὶ παρὰ τῷ ἡμετέρῳ διδασκάλῳ εἰσὶ, καὶ οἱ προσβλέποντες γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς. οὐ γὰρ μόνον ὁ μοιχεύων ἔργῳ ἐκβέβληται παρ' αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ὁ μοιχεῦσαι βουλόμενος· ὡς οὐ τῶν ἔργων φανερῶν μόνον τῷ Θεῷ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐνθυμημάτων. καὶ πολλοί τινες καὶ πολλαὶ, ἑξηκοντοῦται καὶ ἑβδομηκοντοῦται, οἳ ἐκ παίδων ἐμαθητεύθησαν τῷ Χριστῷ, ἄφθοροι διαμένουσι· καὶ εὔχομαι κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων τοιούτους δεῖξαι. τί γὰρ καὶ λέγομεν τὸ ἀναρίθμητον πλῆθος τῶν ἐξ ἀκολασίας μεταβαλόντων καὶ ταῦτα μαθόντων; οὐ γὰρ τοὺς δικαίους, οὐδὲ τοὺς σώφρονας, εἰς μετάνοιαν ἐκάλεσεν ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἀκολάστους, καὶ ἀδίκους. Εἶπε δὲ οὕτως, Οὐκ ἦλθον κα-

N O T Æ.

8 & ſeqq. Ὥσπερ καὶ οἱ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ διγαμίας ποιούμενοι &c.] Langus, *Et ſicut legibus humanis duplex contrahentes matrimonium (uno ſcilicet eodemque tempore) ſic etiam apud doctorem noſtrum fœminam inſpicientes ad concupiſcendum eam, peccatores ſunt.* Quam verſionem multis de cauſis probare non poſſum. Si ſanus eſt locus, Juſtini ſententia, etſi non nimis commode enunciata, ea videtur eſſe ad quam verſionem Langi refinximus. Οἱ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ διγαμίας ποιούμενοι ſunt qui poſt divortia ſecundas nuptias, legibus humanis non vetitas, contrahunt, quæ Grabii quoque & Perionii ſententia fuiſſe videtur.

12—15. Οὐ γὰρ μόνον ὁ μοιχεύων ἐκβέβληται παρ' αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ὁ μοιχεῦσαι βουλόμενος.] Hæc deſcripſit Irenæus lib. 2. cap. 56. pag. 187. col. 1. lin. 5. *Apud quem* (Dominum) *non ſolum qui mœchatur, expellitur, ſed & qui mœchari vult:* ubi vide annotata. GRABE.

24—28. Οὐ γὰρ τοὺς δικαίους, οὐδὲ τοὺς σώφρονας, εἰς μετάνοιαν ἐκάλεσεν ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀκολάστους καὶ ἀδίκους.] "Mirum vero (inquiet aliquis ex criticis ſagacioribus) "ſi non vocaverit bonos ad pœnitentiam, quibus utique pœnitentia nihil opus erat. Poteſtne aliquid dici vel fingi ſtupidius? Juſtini putas hoc facinus eſſe, an librarii? Quid ſtas, quid dubitas, quid hæſitas? Nonne verba Lucæ, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν, quæ Juſtinus continuo ſubjungit, aperte docent iſta εἰς μετάνοιαν locum non ſuum occupaſſe, & ad priſtinam ſedem eſſe detrudenda? Ceſſas Lucæ recte monenti parere? Aut plus apud te valebit inepti librarii, quam "ſancti

λέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. θέλει γὰρ ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος τὴν μετάνοιαν τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἢ τὴν κόλασιν αὐτοῦ. περὶ δὲ τοῦ στέργειν ἅπαντας ταῦτα ἐδίδαξεν, Εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τί καινὸν ποιεῖτε; καὶ γὰρ οἱ πόρνοι τοῦτο ποιοῦσιν. ἐγὼ δὲ ὑμῖν λέγω, εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν, καὶ ἀγαπᾶτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, καὶ εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς. εἰς δὲ τὸ κοινωνεῖν τοῖς δεομένοις, καὶ μηδὲν πρὸς δόξαν ποιεῖν ταῦτα ἔφη, Παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοτε, καὶ τὸν βουλόμενον δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῆτε. εἰ γὰρ δανείζετε παρ' ὧν ἐλπίζετε λαβεῖν, τί καινὸν ποιεῖτε; τοῦτο καὶ οἱ τελῶναι ποιοῦσιν. ὑμεῖς δὲ μὴ θησαυρίζετε ἑαυτοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ λῃσταὶ διορύσσουσι· θησαυρίζετε δὲ ἑαυτοῖς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς, οὔτε βρῶσις ἀφανίζει. τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἂν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσῃ; ἢ τί δώσει αὐτῆς ἀντάλλαγμα; θησαυρίζετε οὖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει. Καὶ, Γίνεσθε

tum juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Peccatoris namque pœnitentiam mavult quam pœnam Cœleſtis Pater. De omnibus autem hominibus diligendis, hæc docuit. *Si* Matth v. 46. Luc.
diligitis eos qui vos diligunt, quid vi. 32.
novi facitis? hoc enim & fornicatores faciunt. Ego vero dico vobis: Matth. v. 44. Luc.
orate pro inimicis veſtris, & diligite vi. 27, 8.
eos qui odio vos proſequuntur, & bene precemini devoventibus vos, & orate pro iis qui lædunt vos. De communicatione porro facultatum cum egentibus, & quod nihil ſit ad gloriam aucupandam faciendum, hæc præcepit. *Omni petenti date,* Matth. v. 42. Luc.
& mutuo ſumere volentem ne averſemini. vi. 30.
Si namque mutuo eis datis a Luc. vi. 34.
quibus vos recepturos ſperatis, quid novi facitis? faciunt hoc & publicani. Vos autem ne vobis theſauros re- Matth. vi. 19, 20.
poſueritis in terra, ubi tinea & ærugo corrumpit, & fures effodiunt: ſed recondite vobis theſauros in cœlis, ubi neque tinea neque ærugo corrumpit. Quid enim prodeſt homini, ſi mundum Matth. xvi.
totum lucratus fuerit, animam vero 26. Luc.
ſuam perdiderit? aut quidnam per- ix. 24, 5.
mutatione pro ea dabit? Comparate ergo theſauros in cœlis ubi nec tinea nec ærugo demolitur. Et, *Eſtote*

NOTÆ.

" ſancti Apoſtoli, cum rationis vi conjuncta, au-" ctoritas?" Ego vero quicquid hoc eſt tam diri facinoris, Juſtini eſſe puto, non librariorum.

2,3,4. Θέλει γὰρ ὁ πατὴρ &c.] Ezech. xxxiii. 11. Τάδε λέγει Κύριος· Οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἀσεβοῦς, ὡς ἀποστρέψαι τὸν ἀσεβῆ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ καὶ ζῇν αὐτόν.

7. Οἱ πόρνοι.] Matthæus οἱ τελῶναι, Lucas, quem præcipue ſequi videtur Juſtinus, οἱ ἁμαρτωλοί: unde fortaſſe putet aliquis legendum hic οἱ πονηροί. Sed vulgatam lectionem retinere nihil vetat.

7, 8. Τοῦτο.] Matthæus v. 46. τὸ αὐτὸ, quemadmodum & hic quoque fortaſſe ſcribendom multis videatur. Sed parum refert, & in talibus rebus ſtandum judicio librorum MSS. Scriptores multo meliores noſtro, atque adeo optimi, interdum habent τοῦτο, ubi τὸ αὐτὸ & ſignificantius, atque etiam rectius foret. At librariorum, inquies, incuria, non ſua. Crederem fortaſſe, niſi & iidem in eodem genere multa peccarent ubi culpæ in librarios transferendæ locus plane nullus ſit, & laudatiſſimis recentium ſcriptorum idem quotidie accidere videremus.

27, 8, 9. Θησαυρίζετε οὖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει.] His repetitis non erat opus, & fortaſſe etiam repeti commodius potuiſſent infra poſt προστεθήσεται ὑμῖν, ubi proxime ſequitur, ὅπου γὰρ ὁ θησαυρός ἐστιν, ἐκεῖ καὶ ὁ νοῦς τοῦ ἀνθρώπου. Sed Juſtinus omni omnino methodo & ordini hoſtis eſt, ut hanc confuſionem, abſque auctoritate MS. codicis, librariis imputandam eſſe non cenſeam.

3, 4. Τὸν

Luc. vi. 35. 6. Matth. v. 45. *ote autem benigni & miſericordes ſicut Pater veſter benignus eſt & miſericors, ac ſolem ſuum oriri facit ſuper peccatores, & juſtos, & malos.* Matth. vi. 25. & ſeqq. Luc xii. 22. & ſeqq. *Ne ſolicite curetis quid eſuri ſitis aut quibus uſuri veſtimentis: an vos volucribus & feris non præſtatis? & Deus eas alit. Ne igitur ſoliciti ſitis quid eſuri ſitis aut quibus uſuri indumentis; novit enim Pater veſter cœleſtis vos hiſce indigere: Quærite autem regnum cœlorum, & omnia hæc adjicientur vobis.* Luc. xii. 34. *Ubi enim theſaurus, illic & mens hominis eſt.* Et, Matth. vi. 1. *Ne hæc feceritis, ut hominibus ſpectaculo ſitis: ſin autem, mercedem a Patre veſtro cœleſti non habetis.* Porro de eo ut mala patienter toleremus, & omnibus inſerviamus, & iraſci ſuperſedeamus, quæ dixit Matth. v. 39, 40. Luc. vi 29. hæc ſunt: *Verberanti maxillam tuam, præbe alteram quoque; & auferentem tunicam aut pallium, ne prohibueris.* Matth. v. 22. *Qui vero ira excanduerit, ad ignem condemnationi obnoxi-*
41. *us fuerit. Omnem adigentem te ad*
16. *milliare unum, ſequere duobus. Luceant vero bona opera veſtra coram hominibus, ut illi ea cernentes admirentur Patrem veſtrum qui in cœlis eſt.* Non enim reluctari oportet, neque malorum imitatores eſſe nos voluit, ſed ut patientia & lenitate omnes a probro & cupiditate malorum

νεσθε δὲ χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες, ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν χρηστός ἐστι καὶ οἰκτίρμων, καὶ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς, καὶ δικαίους, καὶ πονηρούς. 63
μὴ μεριμνᾶτε δὲ τί φάγητε, ἢ τί ἐνδύσησθε· οὐχ ὑμεῖς τῶν πετεινῶν καὶ τῶν θηρίων διαφέρετε; καὶ ὁ Θεὸς τρέφει αὐτά. μὴ οὖν μεριμνήσητε τί φάγητε, ἢ τί ἐνδύσησθε· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ὅτι τούτων χρείαν ἔχετε· ζητεῖτε δὲ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. ὅπου γὰρ ὁ θησαυρός ἐστιν, ἐκεῖ καὶ ὁ νοῦς τοῦ ἀνθρώπου. Καὶ, Μὴ ποιῆτε ταῦτα πρὸς τὸ θεαθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· εἰ δὲ μήγε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. περὶ δὲ τοῦ ἀνεξικάκους εἶναι, καὶ ὑπηρετικοὺς πᾶσι, καὶ ἀοργήτους, ἃ ἔφη ταῦτά ἐστι, Τῷ τύπτοντί σου τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην· καὶ τὸν αἴροντά σου τὸν χιτῶνα, ἢ τὸ ἱμάτιον, μὴ κωλύσῃς. ὃς δ' ἂν ὀργισθῇ, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὸ πῦρ. παντὶ δὲ ἀγγαρεύοντί σοι μίλιον, ἀκολούθησον δύο. λαμψάτω δὲ ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα βλέποντες θαυμάζωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὐ γὰρ ἀνταίρειν δεῖ· οὐδὲ μιμητὰς εἶναι τῶν φαύλων βεβούληται ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ πρᾳότητος, ἐξ αἰσχύνης καὶ ἐπιθυμίας τῶν κακῶν ἄγειν

NOTÆ.

3, 4. Τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς καὶ δικαίους καὶ πονηρούς.] Fortaſſe legendum τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ πονηρούς. Matth. v. 45. Ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Juſtinus Dial. p. 324. Οὕτος γὰρ ἐδίδασκεν ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὔχεσθαι, εἰπών· Γίνεσθε χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. καὶ γὰρ τὸν παντοκράτορα Θεὸν χρηστὸν καὶ οἰκτίρμονα ὁρῶμεν, τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλοντα ἐπὶ ἀχαρίστους καὶ δικαίους, καὶ βρέχοντα ἐπὶ ὁσίους καὶ πονηρούς.

22, 3. Τὸν αἴροντά σου τὸν χιτῶνα ἢ τὸ ἱμάτιον, μὴ κωλύσῃς.] Lego τὸν αἴροντά σου τὸν χιτῶνα, καὶ τὸ ἱμάτιον μὴ κωλύσῃς. Luc. vi. 29. Ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον, καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς. Matth. v. 40. Τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον.

25. Ἀγγαρεύοντί σοι.] Lege σε cum Matthæo.

I—4. O

γειν πάντας προετρέψατο. ὃ γὰρ καὶ ἐπὶ πολλῶν τῶν παρ' ἡμῖν γεγενημένων ἀποδεῖξαι ἔχομεν, ἐκ βιαίων καὶ τυράννων μετέβαλον ἡττηθέντες, ἢ γειτόνων καρτερίαν βίου παρακολουθήσαντες, ἢ συνοδοιπόρων πλεονεκτουμένων ὑπομονὴν ξένην κατανοήσαντες, ἢ συμπραγματευομένων πειραθέντες. περὶ δὲ τοῦ μὴ ὀμνύναι ὅλως, τἀληθῆ δὲ λέγειν ἀεὶ, οὕτως παρεκελεύσατο, Μὴ ὀμόσητε ὅλως, ἔστω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ ναὶ, καὶ τὸ οὔ, οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ. ὡς δὲ καὶ τὸν Θεὸν μόνον δεῖ προσκυνεῖν, οὕτως ἔπεισεν εἰπὼν, Μεγίστη ἐντολή ἐστι, Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, Κύριον τὸν Θεὸν τὸν ποιήσαντά σε. καὶ προσελθόντος τινὸς καὶ εἰπόντος, διδάσκαλε ἀγαθὲ, ἀπεκρίνατο λέγων, οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ μόνος ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὰ πάντα. Οἳ δ' ἂν μὴ εὑρίσκωνται βιοῦντες ὡς ἐδίδαξε, γνωριζέσθωσαν μὴ ὄντες Χριστιανοὶ, κἂν λέγωσιν διὰ γλώττης τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα· 64 οὐ γὰρ τοὺς μόνον λέγοντας, ἀλλὰ τοὺς καὶ τὰ ἔργα πράττοντας, σωθήσεσθαι ἔφη. εἶπε γὰρ οὕτως, Οὐχὶ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὃς γὰρ ἀκούει μου, καὶ ποιεῖ ἃ λέγω, ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με. πολλοὶ δὲ ἐροῦσί μοι, Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ

lorum abduceremus hortatus eſt. Quod in multis noſtrorum factum oſtendere poſſumus, qui ex violentis & truculentis alii prorſus evaſerunt, victi, dum aut vicinorum conſtantiam vitæ perſpicerent, aut comitum in via injurias tolerantium patientiam novam animadverterent, aut ſecum negotiantium fidem experirentur. Ne autem juremus omnino, atque ut vera ſemper loquamur, ſic præcepit: *Ne juretis omnino, ſed ſit* Matth. v.
veſtrum eſt eſt, & non non; quod 34, 37.
vero ultra hæc additur, ex malo proficiſcitur. Deum vero ſolum colendum eſſe, ita ſuaſit dicens: *Maxi-* Matth.
mum mandatum eſt, Dominum Deum xxii. 36, 7, 8. Marc.
adorabis, atque illum ſolum coles ex xii. 30. Matth. iv.
toto corde tuo, & ex tota fortitudine 10.
tua, Dominum Deum qui fecit te? Et Matth. xix.
accedente ad eum quodam, atque di- 16, 7.
cente, magiſter bone, reſpondit inquiens: *Nemo bonus, præterquam ſolus Deus qui condidit omnia.* Qui vero non ita vivere comperiuntur ſicut ille docuit, coſnoſcantur non eſſe Chriſtiani, quamvis doctrinam Chriſti lingua profiteantur. Non enim eos qui tantum profitentur, ſed eos qui ipſa opera faciunt, ſalvatum iri dicit. Sic enim ait: *Non quiſquis mihi* Matth. vii.
dicit, Domine, Domine, introibit in 21.
regnum cœlorum, ſed qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt. Nam qui me audit, & quæ dico facit, Matth. vii.
eum audit qui miſit me. Permulti 24. x 40. Luc. x. 16.
autem dicent mihi, Domine, Domine, Joan. xiv. 24. Matth.
nonne vii. 22, 3. Luc. xiii. 25, 6, 7.

N O T Æ.

1—4. Ο γὰρ καὶ ἐπὶ πολλῶν τῶν παρ' ἡμῖν γεγενημένων ἀποδεῖξαι ἔχομεν, ἐκ βιαίων καὶ τυράννων μετέβαλον.] Lego Ο (vel ΟΓΕ) καὶ ἐπὶ πολλῶν τῶν παρ' ἡμῖν ΓΕΓΕΝΗΜΕΝΟΝ ἀποδεῖξαι ἔχομεν, ΟΙ ἐκ βιαίων καὶ ΤΥΡΑΝΝΙΚΩΝ μετέβαλον.

nonne in nomine tuo edimus & bibimus, & virtutes præſtitimus? Et tunc dicam eis: diſcedite a me, qui operamini iniquitatem. Tum fletus erit & ſtridor dentium; cum juſti quidem ut ſol fulgebunt, injuſti autem mittentur in ignem ſempiternum. Multi ſiquidem venient in nomine meo, extrinſecus ovium pellibus induti, cum intrinſecus lupi ſint rapaces. Ex operibus eorum cognoſcetis illos. Omnis autem arbor non faciens fructum bonum, exciditur, & in ignem conjicitur. Cæterum eos qui conſentaneam præceptis ejus vitam non agunt, Chriſtianique tantummodo dicuntur, a vobis quoque puniri rogamus. Tributa vero & collationes eis qui a vobis ſunt ordinati exactoribus ubique præ omnibus pendere contendimus, quemadmodum ab eo ſumus inſtituti. Illo namque tempore accedentes quidam, percunctati ſunt ex illo, an Cæſari tributa pendere oporteat; & reſpondit, dicite mihi, cujus imaginem nummus habet? illi autem dixerunt Cæſaris: & rurſus reſpondit eis, *Reddite igitur quæ Cæſaris ſunt, Cæſari; & quæ Dei, Deo.* Proinde nos ſolum Deum adoramus, vobis autem in rebus aliis læti inſervimus, imperatores vos ac principes hominum eſſe profitentes, & precantes ut cum imperatoria poteſtate ſanam quoque mentem obtinere comperiamini. Quod ſi nos hæc ita precantes, atque omnia noſtra in propatulum proferentes, non curaveritis, nihil nos quidem capiemus detrimenti, credentes, ac potius

Luc. xiii. 28. Matth. xiii. 41, 42, 43.

Matth. xxiv. 5. vii. 15, 6, 9.

Matth. xxii. 15. & ſeqq. Luc. xx. 19. & ſeqq.

οὐ τῷ σῷ ὀνόματι ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν, καὶ δυνάμεις ἐποιήσαμεν; καὶ τότε ἐρῶ αὐτοῖς, ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ ἐργάται τῆς ἀνομίας. τότε κλαυθμὸς ἔσται καὶ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ὅταν οἱ μὲν δίκαιοι λάμψωσιν ὡς ὁ ἥλιος, οἱ δὲ ἄδικοι πέμπωνται εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ. πολλοὶ γὰρ ἥξουσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἔξωθεν μὲν ἐνδεδυμένοι δέρματα προβάτων, ἔσωθεν δὲ ὄντες λύκοι ἅρπαγες. ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. πᾶν δὲ δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. κολάζεσθαι δὲ τοὺς οὐκ ἀκολούθως τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ βιοῦντας, λεγομένους δὲ μόνον Χριστιανοὺς, καὶ ὑφ' ὑμῶν ἀξιοῦμεν. φόρους δὲ καὶ εἰσφορὰς τοῖς ὑφ' ὑμῶν τεταγμένοις πανταχοῦ πρὸ πάντων πειρώμεθα φέρειν, ὡς ἐδιδάχθημεν παρ' αὐτοῦ. κατ' ἐκεῖνο γὰρ τοῦ καιροῦ προσελθόντες τινὲς ἠρώτων αὐτὸν, εἰ δεῖ Καίσαρι φόρους τελεῖν. καὶ ἀπεκρίνατο, εἴπατέ μοι, τίνος εἰκόνα τὸ νόμισμα ἔχει. οἱ δὲ ἔφασαν, Καίσαρος. καὶ πάλιν ἀνταπεκρίνατο αὐτοῖς, ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος τῷ Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. ὅθεν Θεὸν μὲν μόνον προσκυνοῦμεν, ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν, βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας ἀνθρώπων ὁμολογοῦντες, καὶ εὐχόμενοι μετὰ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως καὶ σώφρονα τὸν λογισμὸν ἔχοντας ὑμᾶς εὑρεθῆναι. εἰ δὲ καὶ ἡμῶν εὐχομένων καὶ πάντα εἰς φανερὸν τιθέντων ἀφροντιστήσετε, οὐδὲν ἡμεῖς βλαβησόμεθα, πιστεύοντες, μᾶλλον δὲ

NOTÆ.

30. Πρὸς τὰ ἄλλα.] Videtur intelligere quæ ad προσκύνησιν non pertinent. H. Stephanus.

37, 8. Οὐδὲν ἡμεῖς βλαβησόμεθα, πιστεύοντες, &c.] Non ineleganter neque irreverenter (habet enim comi-

ἢ καὶ πεπεισμένοι, κατ' ἀξίαν τῶν
πράξεων ἕκαστον τίσειν διὰ πυρὸς
αἰωνίου δίκας, καὶ πρὸς ἀναλογίαν
ὧν ἔλαβε δυνάμεων παρὰ Θεοῦ, τὸν
λόγον ἀπαιτηθήσεσθαι, ὡς ὁ Χριστὸς
ἐμήνυσεν εἰπών, ᾧ πλέον ἔδωκεν ὁ
Θεός, πλέον καὶ ἀπαιτηθήσεται παρ'
αὐτοῦ. Ἀποβλέψατε γὰρ πρὸς τὸ τέ-
λος ἑκάστου τῶν γενομένων βασιλέων,
ὅτι τὸν κοινὸν πᾶσι θάνατον ἀπέ-
θανον, ὅπερ εἰ εἰς ἀναισθησίαν ἐχώ-
ρει, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς ἀδίκοις πᾶ-
65 σιν· ἀλλ' ἐπεὶ καὶ αἴσθησις πᾶσι γενο-
μένοις μένει, καὶ κόλασις αἰωνία ἀ-
πόκειται, μὴ ἀμελήσητε πεισθῆναί τε
καὶ πιστεῦσαι ὅτι ἀληθῆ ταῦτά ἐστι. νε-
κυομαντεῖαι μὲν γὰρ, καὶ αἱ ἀδιαφθό-
ρων παίδων ἐποπτεύσεις, καὶ ψυχῶν
ἀνθρωπίνων κλήσεις, καὶ οἱ λεγόμενοι
παρὰ τοῖς μάγοις ὀνειροπομποὶ, καὶ πάρε-
δροι, ...

tius certo perſuaſum habentes unumquemque pro factorum ſuorum meritis pœnas per ignem perpetuum daturum, juxtaque proportionem acceptæ a Deo poteſtatis rationem ab eo exactum iri, ſicuti Chriſtus indicavit dicens: *Cui plus contulit Deus, plus etiam repoſcet ab eo.* (Luc. xii. 48.) Reſpicite enim finem cujuſlibet deceſſorum veſtrorum imperatorum, qui communi omnium obitu obierunt. Is ſi in ſtatum ſenſus omnis vacuum evaderet, lucroſus injuſtis omnibus eſſet. Sedenim cum ſenſus omnibus defunctis maneat, & pœna perennis injuſtis ſit repoſita, ne per negligentiam ſuperſederitis hæc vera eſſe credere & pro certis perſuaſiſque habere. Necyomantiæ enim, & incorruptorum puerorum inſpectiones, & animarum humanarum evocationes, & qui a magis vocantur ſomniorum immiſſores, & aſſeſſores,

NOTÆ.

comitatis vices etſi rariores) ſubticet hic Juſtinus quod præcipue intelligi vult, nempe imperatoribus ipſis id exitio fore; neque eos in æternis ignibus pœnas daturos eſſe dicit, ſed omnes malos κατ' ἀναλογίαν ὧν ἔλαβον παρὰ Θεοῦ δυνάμεων.

11. Ὅπερ.] H. Stephanus cenſet ſubſtituendum ἅπερ: ſed fortaſſe vulgata lectio ferri poſſit.

12, 3. Ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς ἀδίκοις πᾶσι.] Langus, *lucroſus injuſtis omnibus eſſet.* male & ſubabſurde. Nam ſi poſt mortem nihil eſſet, non ideo mors malis lucrum foret, neque hoc dicit Juſtinus. Sed ut poſt mortem nihil ſentiant, & proinde puniri non poſſint, id vero iis lucrum magnum foret, & quod ſperare merito non poterant. Atque hoc eſt quod Juſtinus voluit. Non autem me fallit Juſtini noſtri magiſtrum, Platonem, videri ſcripſiſſe mortem, ſi ſimul cum corpore anima periret, improbis ἕρμαιον fore, Phædon. p. 107. ed. Serrani. Verum id nihil ad nos. Idem in Apol. Soc. p. 40. mortem iſtiuſmodi, quæ ſcilicet omnem ſenſum tolleret, non jam malis tantum, ſed quibuſlibet hominibus, lucrum fore dicit. Καὶ εἴτε δὴ (inquit) μηδεμία αἴσθησίς ἐστιν, ἀλλ' οἷον ὕπνος ἐπειδάν τις καθεύδων μηδ' ὄναρ μηδὲν ὁρᾷ, ΘΑΥΜΑΣΙΟΝ ΚΕΡΔΟΣ ἂν εἴη ὁ θάνατος. Liceat autem Juſtino quod verum & rectum eſt ut poterit dicere, quamvis Platoni viſum ſit argute & diſerte ineptire.

13, 4, 5. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ αἴσθησις πᾶσι γενομένοις μένει, καὶ κόλασις αἰωνία ἀπόκειται.] H. Stephanus: *Addo & iſtud, pro* ἐπεὶ *aliquod fortaſſe nomen ſcriptum fuiſſe, quod copula* καὶ *cum nomine* αἴσθησις *jungebat.* Nempe exiſtimabat iſtam *copulam* aliter officio ſuo copulativo fungi non poſſe. Admiror hominis incogitantiam. Hæc vocula & ſæpiſſime, præcipue apud Juſtinum, tantum non otioſa eſt, ut ſi ſola eſſet, minime mirum foret; & hic alteram ſecum comitem trahens, ſententiam planiſſimam & uſitatiſſimam habet. Ἐπεὶ ΚΑΙ αἴσθησις μένει, ΚΑΙ κόλασις ἀπόκειται, μὴ ἀμελήσητε &c.

13, 4. Πᾶσι γενομένοις.] H. Stephanus legit πᾶσιν ἀπογενομένοις. Nos nihil mutamus.

14, 5. Καὶ κόλασις αἰωνία ἀπόκειται.] Ex ἀπόκειται facile efficeres ἐπίκειται, quemadmodum ſupra Juſtinus p. 59. κἂν διὰ τὰ ἀποκείμενα ἐκ παντὸς τρόπου κόσμιοι ἦσαν. Sed vulgata lectio ferri poteſt.

16 & ſeqq. Νεκυομαντεῖαι &c. πεισάτωσαν ὑμᾶς ὅτι καὶ μετὰ θάνατον ἐν αἰσθήσει εἰσὶν αἱ ψυχαί.] Lactantius VII. 13. *Qui profecto non auderent de interitu animarum mago aliquo præſente diſſerere, qui ſciret certis carminibus ciere* (lege cieri) *ab inferis animas, & adeſſe, & præbere ſe humanis oculis videndas, & loqui, & futura prædicere; & ſi auderent, re ipſa & documentis præſentibus vincerentur.*

17, 8. Αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεύσεις.] Exemplar habebat αἱ διαφθόρων, & in margine οἶμαι, αἱ ἀδιαφθόρων παίδων. R. Stephanus.

19, 20. Οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι.] V. Tertull. Apol. c. 23. Clement. Hom. II. § 30. Iren. lib. I. c. 9. p. 58. & c. 20. p. 95. ed. Ox. & Euſeb. E. H. IV. 7. & Not. Valeſii.

4, 5. Οἱ

res, & quæ ab harum rerum peritis aguntur, animas ſenſum etiam poſt mortem retinere, vobis fidem faciant; atque item illi qui a mortuorum animis corripiuntur atque humi abjiciuntur, quos a dæmonibus correptos & furentes nominant omnes, & ea quæ apud vos dicuntur oracula, Amphilochium & Dodonæum & Pythium, atque hiſce ſimilia alia; tum autem ſcriptorum quorundam, ut Empedoclis, & Pythagoræ, Platonis, & Socratis, diſciplinæ (præterea Homeri foſſa, & Ulyſſis horum inſpiciendorum gratia ſuſceptus deſcenſus) atque eorum qui eadem quæ hi dixerunt. Cum quibus nos pariter recipite, non minus quam illos Deo credentes, imo magis, qui etiam emortua nos atque in terram conjecta noſtra ipſorum corpora poſtliminio recepturos eſſe expectemus, nihil Deo impoſſibile eſſe affirmantes. Et rem ipſam ſecum conſideranti, quid incredibilius videatur, quam ſi in corpore non eſſemus, atque aliquis diceret ex parva quapiam humani ſeminis gutta, oſſa & nervos & carnes ad eam quam videmus conformata effigiem,

δροι, καὶ τὰ γινόμενα ὑπὸ τῶν ταῦτα εἰδότων, πεισάτωσαν ὑμᾶς ὅτι καὶ μετὰ θάνατον ἐν αἰσθήσει εἰσὶν αἱ ψυχαί· καὶ οἱ ψυχαῖς ἀποθανόντων λαμβανόμενοι καὶ ῥιπτόμενοι ἄνθρωποι, οὓς δαιμονιολήπτους καὶ μαινομένους καλοῦσι πάντες, καὶ τὰ παρ' ὑμῖν λεγόμενα μαντεῖα, Ἀμφιλόχου, καὶ Δωδώνης, καὶ Πυθοῦς, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτά ἐστι, καὶ τὰ τῶν συγγραφέων διδάγματα, Ἐμπεδοκλέους, καὶ Πυθαγόρου, Πλάτωνός τε, καὶ Σωκράτους, καὶ ὁ παρ' Ὁμήρῳ βόθρος, καὶ ἡ κάθοδος Ὀδυσσέως εἰς τὴν τούτων ἐπίσκεψιν, καὶ τῶν τὰ αὐτὰ τούτοις εἰπόντων· οἷς κἂν ὁμοίως ἡμᾶς ἀποδέξασθε, οὐχ ἧττον ἐκείνων Θεῷ πιστεύοντας, ἀλλὰ μᾶλλον, οἳ καὶ τὰ νεκρούμενα καὶ εἰς γῆν βαλλόμενα πάλιν ἀπολήψεσθαι ἑαυτῶν σώματα προσδοκῶμεν, ἀδύνατον μηδὲν εἶναι Θεῷ λέγοντες. Καὶ κατανοοῦντι ἀπιστότερον ἂν μᾶλλον δόξαι, ἢ εἰ ἐν σώματι μὴ ὑπήρχομεν, καί τις ἔλεγεν, ἐκ μικρᾶς τινὸς ῥανίδος τῆς τοῦ ἀνθρωπείου σπέρματος, δυνατὸν ὀστέα τε καὶ νεῦρα καὶ σάρκας εἰκονοποι-

N O T Æ.

4, 5. Οἱ ψυχαῖς ἀποθανόντων λαμβανόμενοι καὶ ῥιπτόμενοι.] Tales fuere duo illi in regione Gergeſenorum, *habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, ſævi nimis, ita ut nemo poſſet tranſire per viam illam*, Matth. viii. 28. de quorum altero Marcus quoque v. ℣. 3. & Luc. vii. 25. teſtatur, quod *non in domo ſed in monumentis habitaverit:* unde quidam collegerunt, dæmonia iſta animas malorum hominum defunctorum fuiſſe. GRABE.

4—7. Οἱ ψυχαῖς ἀποθανόντων λαμβανόμενοι καὶ ῥιπτόμενοι ἄνθρωποι οὓς δαιμονιολήπτους καὶ μαινομένους καλοῦσι πάντες.] Joſephus de bello VII.23. p.981. Τὰ γὰρ καλούμενα δαιμόνια, ταῦτα δὲ πονηρῶν ἐστιν ἀνθρώπων πνεύματα τοῖς ζῶσιν εἰσδυόμενα καὶ κτείνοντα τοὺς βοηθείας μὴ τυγχάνοντας, αὕτη ταχέως ἐξελαύνει.

17 & ſeqq. Οὐχ ἧττον ἐκείνων Θεῷ πιστεύοντας, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον, οἳ καὶ τὰ νεκρούμενα &c.] Qui non tantum animæ immortalitatem, ſed & corporis quoque reſurrectionem credimus.

22—25. Καὶ κατανοοῦντι ἀπιστότερον ἂν μᾶλλον δόξαι, ἢ εἰ ἐν σώματι μὴ ὑπήρχομεν, καί τις ἔλεγεν, &c.] Perionius delet ἢ, Grabius legit τί ἀπιστότερον, alii fortaſſe legent πιστότερον. Codex MS. diligentius inſpectus litem forte dirimeret. Interea Perionio favere videatur Irenæus, conſtans Juſtini imitator. *Et quidem* (inquit ille v. 13) *multo difficilius & incredibilius eſt, ex non exiſtentibus oſſibus & nervis & venis & reliqua diſpoſitione quæ eſt ſecundum hominem, facere ad hoc ut ſit, & quidem animalem & rationabilem facere hominem; quam quod factum eſt, & deinde reſolutum eſt in terram, redintegrare.* Græca ſic ſe habent: Καίτοι πολλῷ δυσκολώτερον καὶ ΑΠΙΣΤΟΤΕΡΟΝ ἦν ἐκ μὴ ὄντων ὀστέων τε καὶ νεύρων &c. p. 295, 6. ed. Maſſ.

7, 8, 9. Επι-

κηθέντα, δία ὁρῶμεν, γενέσθαι. ἔστω γὰρ νῦν ἐφ᾽ ὑποθέσεως λεγόμενον· εἴ τις ὑμῖν, μὴ οὖσι τοιούτοις, μηδὲ τοιούτων, ἔλεγε, τὸ σπέρμα τὸ ἀνθρώπειον δεικνὺς καὶ εἰκόνα γραπτὴν, ἐκ τοῦ τοιοῦδε οἷόν τε γενέσθαι διαβεβαιούμενος, πρὶν ἰδεῖν γενόμενον ἐπιστεύσατε; οὐκ ἄν τις τολμήσειεν ἀντειπεῖν. τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον διὰ τὸ μηδέπω ἑωρακέναι ὑμᾶς ἀναστάντα νεκρὸν, ἀπιστία ἔχει. ἀλλ᾽ ὃν τρόπον τὴν ἀρχὴν οὐκ ἂν ἐπιστεύσατε ἐκ τῆς μικρᾶς ῥανίδος δυνατὸν τοιούτους γενέσθαι, καὶ ὁρᾶτε γινομένους· τὸν αὐτὸν τρόπον λογίσασθε ὅτι διαλυθέντα, καὶ δίκην σπερμάτων εἰς γῆν διαλυθέντα, τὰ ἀνθρώπεια σώματα, κατὰ καιρὸν προστάξει Θεοῦ ἀναστῆναι, καὶ ἀφθαρσίαν ἐνδύσασθαι, οὐκ ἀδύνατον. ποίαν γὰρ ἀξίαν Θεοῦ δύναμιν λέγουσιν οἱ φάσκοντες εἰς ἐκεῖνο 66 χωρεῖν ἕκαστον, ἐξ οὗπερ ἐγένετο, καὶ παρὰ ταῦτα μηδὲν ἄλλο δύνασθαι μηδὲ τὸν Θεὸν, οὐκ ἔχομεν λέγειν· ἀλλ᾽ ἐκεῖνο συνορῶμεν ὅτι οὐκ ἂν ἐπίστευσαν δυνατὸν εἶναι τοιούτους ποτὲ γενέσθαι, ὁποίους καὶ ἑαυτοὺς, καὶ τὸν σύμπαντα κόσμον, καὶ ἐξ ὁποίων, γεγενημένα ὁρῶσι. κρεῖττον δὲ πιστεύειν καὶ τὰ τῇ ἑαυτῶν φύσει καὶ ἀν-

giem, fieri poſſe? Sit hoc namque per conceſſionem poſitum atque dictum: ſi quis vobis, cum tales non eſſetis, neque ex talibus orti, aſſeveraret, ſemen humanum & imaginem pictam indicans, ex eo ipſo ſemine naturam hujuſmodi fieri poſſe; num, priuſquam id factum eſſet, crederetis? Non equidem opinor quempiam contra hoc dicere auſurum eſſe. Perſimili ergo modo, propterea quod nondum mortuum reſurrexiſſe videritis, vos incredulitas reſurrectionis tenet. Sedenim quomodo ab initio non crediſſetis poſſibile eſſe ut ex parva gutta tales fierent, & factos tamen videtis; eodem modo exiſtimate impoſſibile non eſſe ut diſſoluta atque ſeminum inſtar in terram diſjecta corpora humana, tempore ſuo juſſu Dei reſurgant, & naturam incorruptibilem induant. Quam enim dignam Deo poteſtatem allegant, qui dicunt in id abire rem quamque, ex quo facta ſit, ac præterea nihil aliud ne Deum quidem poſſe, dicere non poſſumus: ſed illud perſpectum habemus, minime eos credituros fuiſſe, fieri poſſe ut tales unquam extarent, quales & ſeipſos, & mundum adeo univerſum, & ex qualibus, factos cernunt. Præſtabilius autem eſſe recte præſumpſimus crederc etiam ea quæ & ipſarum rcrum naturæ & hominibus

NOTÆ.

7, 8, 9. Ἐπιστεύσατε; οὐκ ἄν τις τολμήσειεν ἀντειπεῖν.] Grabius: *Nemo quidem contradicere auſit, ſcilicet incredibile & plane impoſſibile id viſum fore.* Alii fortaſſe liberandum putabunt Juſtinum hac tam fœda ſtribligine, ideoque legendum, οὐκ ἄν τις τολμήσειεν εἰπεῖν, vel, geminato ἂν, ἂν εἰπεῖν. Ego nihil decerno, vereor autem ne Juſtinus noſter in culpa ſit, non librarii. Dial. p. 271, 2. Ὅτι ἂν οὐδέποτε ἐν τῷ γένει ὑμῶν ἐπαύσατο οὔτε προφήτης οὔτε ἄρχων οὐδ᾽ ἀναισχύντως τολμήσετε εἰπεῖν ἢ ἀποδεῖξαι ἔχετε. Ubi quod Juſtinus voluit plane contrarium eſt ei quod verba ejus, ſi modo ejus verba ſunt, ſignificare videntur.

15, 6, 7. Διαλυθέντα καὶ δίκην σπερμάτων εἰς γῆν διαλυθέντα] Grabius pro priore διαλυθέντα, διαλαθέντα, *latentia, abſcondita, forte legendum eſſe, vitandæ tautologiæ ergo, ſe in Spicilegio Patrum conjeciſſe* dicit; non autem *neceſſariam eſſe mutationem ſi καὶ explicetur, imo vero, & quidem.* Ego nollem quidem eſſe nimis delicatus in emendando ſcriptore tam incondito tamque patum ſtudioſo elegantiæ; non poſſum tamen facile credere Juſtinum ſic ſcripſiſſe, quicquid dicat bonus Grabius. Forte ſcripſit διαλυθέντα, καὶ δίκην σπερμάτων εἰς γῆν ἀναλυθέντα, quemadmodum Irenæus τὴν εἰς γῆν ἡμῶν ἀνάλυσιν V. 2. & ἀναλυθὲν εἰς τὴν γῆν V. 3. ubi hunc locum præ oculis eum babuiſſe multa ſunt quæ ſuadeant.

minibus ſunt impoſſibilia, quam pariter cum aliis fidem illis abrogare: quandoquidem & doctorem noſtrum
Luc. xviii. 27. Jeſum Chriſtum dixiſſe ſcimus, *Quæ impoſſibilia ſunt apud homines poſſibilia eſſe apud Deum.* Atque idem dixit,
Matth. x. 28. Luc. xii. 4, 5. *Ne timeatis eos qui occidunt vos, ac deinceps nihil facere poſſunt: eum vero timete, qui poſt mortem poteſt & animam & corpus conjicere in gehennam.* Eſt autem gehenna locus ubi punientur qui injuſte vixerunt, & ea factum iri non crediderunt, quæcunque Deus per Chriſtum docuit. Quin & Sibylla & Hydaſpes quæ corruptibilia ſunt conſumptum iri per ignem dixerunt. Qui vero appellantur Stoici Philoſophi ipſum etiam Deum in ignem diſſolutum iri opinantur, ac novum per mutationem mundum fore dicunt. Nos autem præſtantius aliquid iis quæ mutantur Deum univerſorum factorem, eſſe intelligimus. Quapropter cum ſimiliter

ϑρώποις ἀδύνατα, ἢ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀπιστεῖν, προειλήφαμεν· ἐπειδὴ καὶ τὸν ἡμέτερον διδάσκαλον Ἰησοῦν Χριστὸν ἔγνωμεν εἰπόντα, Τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις, δυνατὰ παρὰ Θεῷ. καὶ, Μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀναιροῦντας ὑμᾶς, καὶ μετὰ ταῦτα μὴ δυναμένους τὶ ποιῆσαι, εἶπε· φοβήθητε δὲ τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα εἰς γέενναν ἐμβαλεῖν. ἡ δὲ γέεννά ἐστι τόπος ἔνθα κολάζεσθαι μέλλουσιν οἱ ἀδίκως βιώσαντες, καὶ μὴ πιστεύοντες ταῦτα γενήσεσθαι ὅσα ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ ἐδίδαξε. καὶ Σίβυλλα δὲ καὶ Ὑστάσπις γενήσεσθαι τῶν φθαρτῶν ἀνάλωσιν διὰ πυρὸς ἔφασαν. καὶ οἱ λεγόμενοι Στωϊκοὶ φιλόσοφοι καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν εἰς πῦρ ἀναλύεσθαι δογματίζουσι, καὶ αὖ πάλιν κατὰ μεταβολὴν τὸν κόσμον γενέσθαι λέγουσιν· ἡμεῖς δὲ κρεῖττόν τι τῶν μεταβαλλομένων νοοῦμεν τὸν πάντων ποιητὴν Θεόν. εἰ οὖν καὶ ὁμοίως

liter

τινὰ

N O T Æ.

15. Ὑστάσπις.] Rectius Ὑστάσπης ut infra 82. 18. & apud Clem. 270. 27. Interpres utrobique Ὑδάσπην appellare maluit: quia ſic a Lactantio nominatur, lib VII. cap 15 & 18. Sylburg. Sed in accuratiſſimis, quæ mihi viſæ ſunt, Lactantii editionibus itidem Hyſtaſpes legitur. Lege de Hyſtaſpe notas variorum ad dictum locum Lactantii, & confer Valeſium ad Ammiani Marcellini librum XXIII. Id unicum hic annoto, Juſtinum dum hic & paulo poſt Sibyllæ & Hyſtaſpis ſuffragia jungit, videri præ oculis habuiſſe Prædicationem Petri, cujus textum habes in Spicil. Patr. Sec. 1. p. 65. Grabe. V. doctiſſimi viri Thomæ Hyde Hiſtoriam religionis veterum Perſarum p. 302, 306, 307, 385. & Antonium Van Dale De falſa prophetia p 309, & ſeqq.

17—21. Οἱ λεγόμενοι Στωϊκοὶ φιλόσοφοι καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν εἰς πῦρ ἀναλύεσθαι δογματίζουσι, καὶ αὖ πάλιν κατὰ μεταβολὴν τὸν κόσμον γενέσθαι λέγουσιν.] Cum proxime ſequatur, Ἡμεῖς δὲ κρεῖττόν τι τῶν μεταβαλλομένων νοοῦμεν τὸν πάντων ποιητὴν Θεόν, ſuſpicetur fortaſſe aliquis τὸν κόσμον gloſſema eſſe, & proinde e textu in marginem rejiciendum. Quod tu cave faxis. Cæterum non erant omnes Stoici in hac ſententia de ἐκπυρώσει, novaque iterum διακοσμήσει, ſive mundi παλιγγενεσίᾳ. Panætius enim e contra aliique non ignobiles ejus ſectæ philoſophi mundum immortalem eſſe ſtatuerunt. Atque etiam ii qui in altera ſententia erant, indignarentur, opinor, ſi quis dixiſſet ſummum ſe Deum (præſertim eum eum ignem eſſe docuerint) igni comburendum tradere. Cæteris quidem de diis nulla diſputatio. Seneca Ep. IX. p. 401. *Qualis tamen futura eſt vita ſapientis, ſi ſine amicis relinquatur, in cuſtodiam conjectus? Qualis eſt Jovis cum reſoluto mundo, & diis in unum confuſis, pauliſper ceſſante natura, acquieſcit ſibi, cogitationibus ſuis traditus.* Plutarchus De oraculorum defectu p. 426. Οὗτοι (Stoici) τοὺς Θεοὺς αἰρῶν ἔξεις ποιοῦντες, καὶ ὑδάτων καὶ πυρὸς δυνάμεις ἐγκεκραμένας ἡγούμενοι, συγγεννῶσι τῷ κόσμῳ, καὶ πάλιν καταφλέγουσι. Idem περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν πρὸς τοὺς Στωϊκοὺς p. 1075. Χρύσιππος καὶ Κλεάνθης ἐμπεπλήκοτες ὡς ἔπος εἰπεῖν τῷ λόγῳ Θεῶν τὸν οὐρανὸν, τὴν γῆν, τὸν ἀέρα, οὐδένα τῶν τοσούτων ἄφθαρτον οὐδὲ ἀΐδιον ἀπολελοίπασι, πλὴν μόνου τοῦ Διὸς, εἰς ὃν πάντας καταναλίσκουσι τοὺς ἄλλους. Vide ibi plura, & apud Euſeb. P. E. XV. 14, 15, 18, 19. Cic. de N. D. II. 46. & Lipſ. Phyſiol. Stoic. II. 22.

15. Χειρῶν

τινὰ τοῖς παρ' ὑμῖν τιμωμένοις ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις λέγομεν, ἔνια δὲ καὶ μειζόνως καὶ θείως, καὶ μόνοι μετὰ ἀποδείξεως, τί παρὰ πάντας ἀδίκως μισούμεθα; τῷ γὰρ λέγειν ἡμᾶς ὑπὸ Θεοῦ πάντα κεκοσμῆσθαι καὶ γεγενῆσθαι, Πλάτωνος δόξομεν λέγειν δόγμα· τῷ δὲ ἐκπύρωσιν γενέσθαι, Στωικῶν· τῷ δὲ κολάζεσθαι, ἐν αἰσθήσει καὶ μετὰ θάνατον οὔσας, τὰς τῶν ἀδίκων ψυχὰς, τὰς δὲ τῶν σπουδαίων ἀπηλλαγμένας τῶν τιμωριῶν εὖ διάγειν, ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις τὰ αὐτὰ λέγειν δόξομεν· τῷ δὲ καὶ μὴ δεῖν χειρῶν ἀνθρώποις προσκυνεῖν, Μενάνδρῳ τῷ κωμικῷ, καὶ τοῖς ταῦτα φήσασι, ταὐτὰ φράζομεν, μείζονα γὰρ τὸν δημιουργὸν τοῦ σκευαζομένου ἀπεφήναντο· τῷ δὲ καὶ τὸν λόγον, ὅ ἐστι πρῶτον γέννημα τοῦ Θεοῦ, ἄνευ ἐπιμιξίας φάσκειν ἡμᾶς γεγεννῆσθαι, Ιησοῦν Χριστὸν τὸν διδάσκαλον ἡμῶν, καὶ τοῦτον σταυρωθέντα, καὶ ἀποθανόντα, καὶ ἀναστάντα, ἀνεληλυθέναι εἰς τὸν οὐρανὸν, οὐ παρὰ τοὺς παρ' ὑμῖν λεγομένους υἱοὺς τῷ Διὶ καινόν τι φέρομεν. πόσους γὰρ υἱοὺς φάσκουσι τοῦ Διὸς οἱ παρ' ὑμῖν τιμώμενοι συγγραφεῖς, ἐπίστασθε· Ερμῆν μὲν, λόγον τὸν ἑρμηνευτικὸν καὶ πάντων διδάσκαλον, Ασκληπιὸν δὲ καὶ θερα-

67

liter quædam cum his qui apud vos ſunt in honore poetis & philoſophis, quædam vero amplius etiam & divinius, & quidem ſoli cum demonſtratione, dicamus, cur ita ſupra omnes inique odiis ſumus expoſiti? Cum namque a Deo omnia exornata eſſe & creata dicimus, Platonis ſententiam referre videmur; cum autem exuſtionem fore, Stoicorum. Rurſum cum animas aſſerimus poſt mortem quoque ſenſu præditas eſſe, ac injuſtorum quidem excruciari, bonorum vero ſuppliciis liberas feliciter agere, cum poetis & philoſophis eadem aſſeverare videmur. Opera autem manuum hominum adoranda non eſſe cenſentes, Menandro Comico, iiſque qui eadem dixerunt, ſuffragamur. Majorem enim opificem eſſe opere facto, illi pronunciarunt. Et cum rationem & Verbum, quod primum eſt genimen Dei, abſque miſtione genitum eſſe dicimus, Jeſum videlicet Chriſtum magiſtrum noſtrum; atque hunc crucifixum, & mortuum, & redivivum aſcendiſſe in cœlum, nihil novi ab eis qui apud vos dicuntur eſſe Jovis filii, aſſerimus. Scitis enim quot Jovis liberos illi qui in precio apud vos ſunt ſcriptores, memorent. Mercurium quidem Verbum, interpretem, ac doctorem omnium: Æſculapium vero medicum,

NOTÆ.

15. *Χειρῶν ἀνθρώποις προσκυνεῖν.*] Scribendum aio *χειρῶν ἔργοις ἀνθρώπους προσκυνεῖν*, vel *ἔργοις χειρῶν ἀνθρώπων*, aut *ἀνθρωπίνων*. H. STEPHANUS.

17, 8, 9. *Μείζονα γὰρ τὸν δημιουργὸν τοῦ σκευαζομένου ἀπεφήναντο.*] Nullum memini locum Menandri quem magis crederem Juſtinum in animo habuiſſe quam quem ipſe recitat in libro de Monarchia, & Clemens Alexandrinus Cohort. p. 64. qui ſic ſe habet:

——— εἰ γὰρ ἕλκει τὸν Θεὸν
Τοῖς κυμβάλοις ἄνθρωπος εἰς ὃ βούλεται,
Ὁ τοῦτο ποιῶν μείζων ἐστὶ τοῦ Θεοῦ.

Quorum verſuum ſi ultimum tantum recordabatur, facile huc trahere potuit. Sed magis puto periiſſe verba Menandri quæ reſpexit noſter.

21, 2. *Γεγενῆσθαι.*] Lege *γεγεννῆσθαι*.

29, 30, 1. *Ερμῆν μὲν, λόγον τὸν ἑρμηνευτικὸν καὶ πάντων διδάσκαλον.*] Clem. Recogn. X. 34. *Hoc ergo modo per allegoriam Cronum quidem, qui eſt Saturnus, tempus eſſe tradunt; Mercurium, Verbum quo ratio de ſingulis quibuſque reddatur.* Ib § 41. *Mercurium verbum eſſe tradunt per quod ſenſui doctrina confertur.* Clementin. VI. 15. *Ἑρμῆς ὁ ἑρμηνευτικὸς λόγος.*

7. Τὸ

cum, qui fulminatus aſcenderit in cœlum; Bacchum dilaniatum; Herculem vero, poſtquam ſeipſum dolorum fuga uſtulaverat; ac Dioſcuros ex Leda, & Perſeum ex Danae ſuſceptos; &, qui, ex hominibus natus, ab equo Pegaſo ſublatus eſt, Bellerophontem. Quid namque dicamus Ariadnen, & quos itidem atque illam inter ſidera receptos eſſe aiunt? Porro cur morientes apud vos imperatores ſemper conſecrare dignamini, producentes quempiam qui jurejurando confirmet, vidiſſe ſe combuſtum Cæſarem e rogo in cœlum aſcendentem? Et qualia unuſcujuſque eorum qui Jovis filii dicuntur facta memoriæ produntur, apud ſcientes dicere neceſſe non eſt: niſi quod ad corruptelam & cohortationem ſive profectum diſcentium

πευτὴν γενόμενον, κεραυνωθέντα ἀνεληλυθέναι εἰς οὐρανὸν, Διόνυσον δὲ διασπαραχθέντα, Ἡρακλέα δὲ φυγῇ πόνων ἑαυτὸν πυρὶ δόντα, τοὺς ἐκ Λήδας δὲ Διοσκούρους, καὶ τὸν ἐκ Δανάης Περσέα, καὶ τὸν ἐξ ἀνθρώπων δὲ ὑφ' ἵππου Πηγάσου Βελλεροφόντην. τί γὰρ λέγομεν τὴν Ἀριάδνην καὶ τοὺς ὁμοίους αὐτῇ κατηστερίσθαι λεγομένους; Καὶ τί γὰρ τοὺς ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν αὐτοκράτορας ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦντες καὶ ὀμνύντα τινα προάγετε ἑωρακέναι ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν κατακαέντα Καίσαρα; καὶ ὁποῖαι ἑκάστου τῶν λεγομένων υἱῶν τοῦ Διὸς ἱστοροῦνται αἱ πράξεις, πρὸς εἰδότας λέγειν οὐκ ἀνάγκη, πλὴν ὅτι εἰς διαφορὰν καὶ προτροπὴν τῶν ἐκπαιδευομένων

N O T Æ.

7. Τὸ ὑφ' ἵππου Πηγάσου.] Sylburgius legit ἐφ' ἵππου, ut infra p. 89. Fallitur autem Juſtinus: Bellerophontem enim ethnici non in cœlum avolaſſe finxerunt, ſed avolare fruſtra voluiſſe. Pindarus Iſth. VII. 63. & ſeqq.

——— ὅτι πτερόεις
Ἔῤῥιψε Πάγασος
Δεσπόταν ἐθέλοντ' ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς
Ἐλθεῖν μεθ' ὁμάγυριν Βελλεροφόνταν
Ζηνός. ———

Horatius IV. 11.

——— *exemplum grave præbet ales*
Pegaſus terrenum equitem gravatus
Bellerophontem.

Dionyſius ỷ. 879, & ſeqq.

Ταρσὸν ἐϋκτιμένην ὅθι δή ποτε Πήγασος ἵππος
Ταρσὸν ἀφεὶς χώρῳ λίπεν οὔνομα, τῆμος ἀφ' ἵππου
Εἰς Διὸς ἱέμενος πέσεν ἥρως Βελλεροφόντης.
Κεῖθι δὲ καὶ πεδίον τὸ Ἀλήϊον, οὗ κατὰ νῶτα
Ἀνθρώπων ἀπάνευθεν ἀλώμενος ἐνδιάασκε.

Glaucus apud Homerum Il. Z ỷ. 200. & ſeqq. avi ſui dedecus hoc modo prudenter præterit & diſſimulat,

Ἀλλ' ὅτε δὴ κἀκεῖνος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν
Ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο
Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

V. Stephan. Byzant. in v. Ταρσὸς, & Tzetz. ad Lycophr. ỷ. 17.

9. Ὁμοίους.] F. ὁμοίως.

10, 1, 2. *Καὶ τί γὰρ τοὺς ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν αὐτοκράτορας ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦντες.*] F. αὐτοκράτορας, οὓς ἀεὶ &c.

12——15. *Ὀμνύντα τινα προάγετε ἑωρακέναι ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν κατακαέντα Καίσαρα.*] De tribus tantum hujuſmodi conſecrationibus legiſſe me memini; Romuli, in qua pejeravit Julius Proculus, Auguſti in qua Numerius Atticus, & Druſillæ in qua Livius, ſive Lucius, Geminius. Caſaubonus autem ad Sueton. p. 123. hoc loco Juſtini, ut videtur, maxime adductus, exiſtimat, *in omnibus conſecrationibus jam inde ab exemplo Romuli hoc jusjurandum fuiſſe neceſſarium.* Quod ego multis de cauſis valde vereor ut verum ſit; etſi videor mihi meminiſſe Tertullianum non uno in loco ei opinioni videri favere.

18, 9. Διαφορὰν καὶ προτροπήν.] Διαφθορὰν legendum eſſe bene monuit Billius lib. 2. Obſerv. Sacr. cap. 6. quomodo & Langus vertit, *corruptionem.* Sed mirum quod neuter horum in altera voce προτροπὴν vitium animadverterit; animadvertit vero diligens veterum ſcriptorum emendator Cotelerius in Not. ad T. II. Monument. Eccleſiæ Græcæ. col. 596. reponens παρατροπὴν, *perverſionem, depravationem.* GRABE.

5, 6. Παρο-

μύθων ταῦτα γέγραπται), μιμητὰς γὰρ Θεῶν καλὸν εἶναι πάντες ἡγοῦνται). ἀπείη δὲ σωφρονούσης ψυχῆς ἔννοια τοιαύτη περὶ Θεῶν, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν ἡγεμόνα καὶ γεννήτορα πάντων κατ' αὐτοὺς Δία, πατροφόντην τε καὶ πατρὸς τοιούτου γεγονέναι, ἔρωτί τε κακῶν καὶ αἰσχρῶν ἡδονῶν ἥττω γενόμενον, ἐπὶ Γανυμήδην καὶ τὰς πολλὰς μοιχευθείσας γυναῖκας ἐλθεῖν, καὶ τοὺς αὐτοῦ παῖδας τὰ ὅμοια πράξαντας παραδέξασθαι. ἀλλ', ὡς προέφημεν, οἱ φαῦλοι δαίμονες ταῦτα ἔπραξαν. ἀπαθανατίζεσθαι δὲ ἡμεῖς μόνους δεδιδάγμεθα τοὺς ὁσίως καὶ ἐναρέτως ἐγγὺς Θεῷ βιοῦντας, κολάζεσθαι δὲ τοὺς ἀδίκως, καὶ μὴ μεταβάλλοντας, ἐν αἰωνίῳ πυρὶ πιστεύομεν. υἱὸς δὲ Θεοῦ ὁ Ιησοῦς λεγόμενος, εἰ καὶ κοινῶς μόνον ἄνθρωπος, διὰ σοφίαν ἄξιος υἱὸς Θεοῦ λέγεσθαι, πατέρα γὰρ ἀνδρῶν τε Θεῶν τε πάντες συγγραφεῖς τὸν Θεὸν καλοῦσιν· εἰ δὲ καὶ ἰδίως παρὰ τὴν κοινὴν γένεσιν γεγεννῆσθαι αὐτὸν ἐκ Θεοῦ λέγομεν λόγον Θεοῦ, ὡς προέφημεν, κοινὸν τοῦτο ἔστω ὑμῖν τοῖς τὸν Ερμῆν λόγον τὸν παρὰ Θεοῦ ἀγ-
68 γελικὸν λέγουσιν. εἰ δὲ αἰτιάσαιτό

centium ea ſunt perſcripta. Imitatores quippe Deorum eſſe, cuncti pulchrum eſſe autumant. Abſit vero a ſana mente talis de Diis cogitatio; videlicet ducem quoque ipſum & parentem omnium ſecundum eos Jovem, parricidam, & patre tali genitum fuiſſe, & malarum fœdarumque voluptatum amore victum ad Ganymedem & permultas conſtupratas fœminas veniſſe, & liberos ſuos ſimilium facinorum patratores ſuſcepiſſe. Verum, ſicut ante diximus, pravi iſta deſignarunt Dæmones. Nos autem eos ſolos immortalitate donari didicimus, qui ſancte per virtutem ad imitationem Dei vivunt: eos autem qui injuſte abſque reſipiſcentia ætatem tranſigunt, torqueri in igne æterno credimus. At enim filius Dei Jeſus dictus etiamſi communi ſorte homo tantum eſſet, propter ſapientiam tamen digne Dei Filius diceretur; Parentem enim virumque Deumque ſcriptores cuncti Deum vocant: ſin peculiariter etiam præter communem nativitatem genitum eum ex Deo Rationem & Verbum Dei dicimus, quemadmodum ante diximus, commune hoc nobis ſit vobiſcum, qui Mercurium Verbum a Deo internuncium nuncupatis. Si quis vero objiciat

N O T Æ.

5, 6. Πατροφόντην.] Saturnum a filio ſuo Jove pulſum regno fuiſſe, multi ſcripſerunt, maxime poetæ Latini ex Ennii Euemero edocti: ſed ſcriptorum pars longe maxima, ſive Homerum, ſive famam veterem ſecuti *(impleverat enim Græciam,* ut Ciceronis verbis utar, *vetus hæc opinio, exſectum Cœlum a filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipſum a filio Jove)* non fugatum eum, ſed in vincula conjectum tradunt, alii etiam exſectum; interfectum, quod ſciam, nemo. Neque fortaſſe id voluit Juſtinus, ſed Jovem πατροφόντην vocat eadem ſignificatione, qua alii, & ipſe in Oratione, πατραλοίαν, ubi ſub finem p. 31. dicit, Ἀνέγνωτε τῷ Διῒ τὸ κατὰ πατραλοιῶν νόμον, cum paulo ante dixiſſet, Φασὶ τὸν Δία δεσμοῖς καθεῖρξαι τὸν πατέρα. Durius tamen multo dicitur πατροφόντης, quam πατραλοίας. In Recognitionibus Clementis ſæpe de parricidio poſtulatur. Cautius Lactantius I. 10. *Quid omnium horum pater Jupiter, nonne a prima ſua pueritia impius ac pene parricida deprehenditur?*

17. Ἀδίκως.] Ἀδίκους legere amat Billius loco ſæpe citato. Sed vulgata lectio retineri poteſt, ſi βιοῦντας ex præcedentibus repetens ſubintelligas. GRABE. Poteſt, inquis? Imo omnino debet, quod plane oſtendunt, quæ proxime ſequuntur verba, καὶ μὴ μεταβάλλοντας.

19. Κοινῶς.] F. κοινός. Sed lectionem vulgatam non muto.

27, 8. Τὸν Ερμῆν λόγον τὸν παρὰ Θεοῦ ἀγγελικόν.] F. leg.

ciat crucifixum eum fuiſſe, commune & hoc eſt eis quos recenſuimus, qui & ipſi paſſi ſunt, Jovis, opinione veſtra, filiis. Etenim illorum non ſimiles mortis paſſiones, ſed diverſæ commemorantur; ita ut ne paſſione quidem propria & peculiari illis videatur eſſe inferior: quin & præſtantiorem eſſe, ſicuti polliciti ſumus, oratione progrediente oſtendemus, ſeu potius id jam oſtendimus; præſtantior enim ex operibus apparet. Quod vero & ex virgine natum eſſe prædicamus, commune ſit hoc quoque propter Perſeum, vobiſcum. Quod claudos autem, & paralyticos, & ab ipſa nativitate debiles ac morboſos ſanaſſe,

τις ἐσαυρῶσθαι αὐτὸν, καὶ τοῦτο κοινὸν τοῖς προκαταλελεγμένοις παθοῦσιν υἱοῖς καθ' ὑμᾶς τοῦ Διὸς ὑπάρχει. ἐκείνων τε γὰρ οὐχ ὅμοια τὰ πάθη τοῦ θανάτου, ἀλλὰ διάφορα ἱστορεῖται, ὥστε μηδὲ τὸ ἴδιον τοῦ πάθους ἥττονα δοκεῖν εἶναι τοῦτον, ἀλλ', ὡς ὑπεσχόμεθα, προϊόντος τοῦ λόγου, καὶ κρείττονα ἀποδείξομεν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀποδέδεικται· ὁ γὰρ κρείττων ἐκ τῶν πράξεων φαίνεται. εἰ δὲ διὰ παρθένου γεγεννῆσθαι φέρομεν, κοινὸν καὶ τοῦτο πρὸς τὸν Περσέα ἔστω ὑμῖν. ᾧ δὲ λέγομεν χωλοὺς, καὶ παραλυτικοὺς, καὶ ἐκ γενετῆς πονηροὺς, ὑγιεῖς πεποιη-

N O T Æ.

F. leg. τῶν παρὰ Θεοῦ. Phurnutus De Natura Deorum p. 30. Παραδέδοται δὲ ὁ κῆρυξ Θεῶν, καὶ διαγγέλλειν αὐτὸν ἔφασαν ΤΑ ΠΑΡ' ΕΚΕΙΝΩΝ τοῖς ἀνθρώποις· κῆρυξ μὲν, ἐπεὶ διὰ φωνῆς γεγωνοῦ παριστᾷ τὰ κατὰ τὸν λόγον σημαινόμενα ταῖς ἀκοαῖς· ἄγγελος δὲ, ἐπεὶ τὸ βούλημα τῶν Θεῶν γινώσκομεν ἐκ τῶν ἐνδιδομένων ἡμῖν κατὰ τὸν λόγον ἐννοιῶν.

2, 3. Τοῖς προκαταλελεγμένοις παθοῦσιν υἱοῖς καθ' ὑμᾶς τοῦ Διός.] Euripides in Ione ℣. 507, 8, 9.

—— ἵν' ἐπὶ κερκίσιν ὕπο λόγοις
φάτιν ἄιον, δυστυχίας μετέχειν
θεόθεν τέκνα θνατοῖς.

Clem. Recogn. X. 23. *Pene omnes quos ex adulteriis genuit filios violentæ mortis conditione damnavit.*

10, 1. Ὁ γὰρ κρείττων ἐκ τῶν ἔργων φαίνεται.] Mutuatus hanc propoſitionem a Juſtino Irenæus, in alio contra hæreticos argumento ea uſus eſt, lib. 1. cap. 54. p. 182. col. 2. lin. 18. ſcribens: *Qui melior eſt, ex operibus oſtenditur.* GRABE.

11, 2. Διὰ παρθένου.] Tam Gelenius & Perionius, quam Langus διὰ παρθένου verterunt, *e virgine*, quod διὰ παρθένου errorem ſaperet Valentinianorum aliorumque, qui Chriſtum per uterum B. Virginis, tanquam aquam per canalem, tranſiiſſe, ac nihil ex ea accepiſſe ſtatuerunt. Aſt non eſt fidelis interpretis verba auctoris ob abuſum hæreticorum mutare: unde *per virginem* reponere placuit, præſertim cum S. Martyr hic & alibi ſæpius ſtudio hac phraſi uſus eſſe videatur, ut indicaret, ex virtute Divina atque Spiritu S. operatione Jeſum natum eſſe. — Neque tamen a recepto nunc loquendi genere, quo Jeſus *ex virgine* natus dicitur, prorſus abhorruit Juſtinus; quin utrumque junxit in Dial. cum Tryphone pag. 290. promittens ſe demonſtraturum, ὅτι ἐκ παρθένου γεννητὸς, καὶ διὰ παρθένου γεννηθῆναι αὐτὸν διὰ Ἡσαΐου ἐπεπροφήτευτο. Et mox non niſi Chriſtum ἀπὸ παρθένου γεγεννῆσθαι *a virgine genitum eſſe* ait. GRABE.

15. Ἐκ γενετῆς πονηρούς.] R. Stephanus *arbitratur legendum πηρούς.* Ego ſi contenderem ſcripturam MS. codicis eſſe retinendam mutato tantum accentu, ut πόνηρους, ſive etiam πονηρούς, ne accentu quidem mutato (ſunt enim inter grammaticos qui iſtam mutationem non putant eſſe neceſſariam) debiles, infirmos, morboſos ſignificet, non dubito quin ſatis multis cautam meam probare poſſem. Sed non eſt meum credulitate lectorum, plerumque incautorum & feſtinantium, abuti; & quæ mihimet perſuadere non poſſum, aliis perſuadere velle. Amplector itaque conjecturam Stephani quam Sylburgius quoque comprobavit, ſuaque etiam auctoritate commendari voluit J. E. Grabius. *Hanc* (inquit) *conjecturam maxime confirmat locus parallelus in Dial. cum Tryph. p. 295. ubi de Chriſto:* τοὺς ἐκ γενετῆς καὶ κατὰ σάρκα πηροὺς καὶ κωφοὺς καὶ χωλοὺς ἰάσατο. *Unde in verſione mutilos reponere placuit.* Mirabar equidem hoc ſi ſic abiret, ſed noluit eſſe nimis ſui diſſimilis bonus Grabius. *Confirmat* (inquit) *hanc conjecturam locus parallelus — Unde* mutilos *reponere placuit.* At ſi locus iſte parallelus conjecturam Stephani confirmat, non *mutilos* ſed *cæcos* vertendum eſt. Ecce enim quæ ibi ſequuntur, τὸν μὲν ἄλλεσθαι (τὸν χωλὸν) τὸν δὲ ἀκούειν (τὸν κωφὸν) τὸν δὲ ὁρᾷν (τὸν πηρὸν) τῷ λόγῳ αὐτοῦ ποιήσας. Tertia tantum vice, niſi fallor, utitur hac voce Juſtinus in bis libris, nempe p. 93. Παρ' ἡμῖν οὖν (inquit) ἔστι ταῦτα ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν παρὰ τῶν οὐδὲ τοὺς χαρακτῆρας τῶν στοιχείων ἐπισταμένων —— καὶ πηρῶν καὶ χήρων τινῶν τὰς ὄψεις, ὡς συνιέναι οὐ σοφίᾳ ἀνθρωπείᾳ ταῦτα γεγονέναι, ἀλλὰ δυνάμει Θεοῦ λέγεσθαι. Ubi itidem, quantumvis licet exclament

κέναι αὐτὸν, καὶ νεκροὺς ἀνεγεῖραι, ὅμοια τοῖς ὑπὸ Ἀσκληπιοῦ γεγενῆσθαι λεγομένοις καὶ ταῦτα φάσκειν δόξομεν. ἵνα δὲ ἤδη καὶ τοῦτο φανερὸν ὑμῖν γένηται, ὅτι ὁπόσα λέγομεν, μαθόντες παρὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν προελθόντων αὐτοῦ προφητῶν, μόνα ἀληθῆ ἐστὶ, καὶ πρεσβύτερα πάντων τῶν γεγενημένων συγγραφέων· καὶ οὐχὶ διὰ τὸ ταὐτὰ λέγειν αὐτοῖς παραδεχθῆναι ἀξιοῦμεν, ἀλλ' ὅτι τὸ ἀληθὲς λέγομεν· καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς μόνος ἰδίως υἱὸς τῷ Θεῷ γεγέννηται, λόγος αὐτοῦ ὑπάρχων, καὶ πρωτότοκος, καὶ δύναμις· καὶ τῇ βουλῇ αὐτοῦ γενόμενος ἄνθρωπος ταῦτα ἡμᾶς ἐδίδαξεν, ἐπ' ἀλλαγῇ καὶ ἐπαναγωγῇ τοῦ ἀνθρωπείου γένους· πρὶν ἢ ἐν ἀνθρώποις αὐτὸν γενέσθαι ἄνθρωπον, φθάσαντές τινες διὰ τοὺς προειρημένους κακοὺς δαίμονας, διὰ τῶν ποιητῶν ὡς γενόμενα εἶπον, ἃ μυθοποιήσαντες ἔφησαν, ὃν τρόπον καὶ τὰ καθ' ἡμῶν λεγόμενα δύσφημα καὶ ἀσεβῆ ἔργα ἐνήργησαν, ὧν οὐδεὶς μάρτυς, οὐδὲ ἀπόδειξίς ἐστι· τούτων ἔλεγχον ποιησόμεθα. Πρῶτον μὲν ὅτι τὰ ὅμοια τοῖς Ελλησι λέγοντες, μόνοι μισούμεθα δι' ὄνομα τοῦ

naſſe, & defunctos reſuſcitaſſe, memoramus, conſentanea his dicere videamur quæ ab Æſculapio facta eſſe feruntur. Sed ne hoc quidem vos lateat, quæcunque a Chriſto, & qui eum præceſſere prophetis ipſius accepta promulgamus, ea ſola vera eſſe, & ſcriptoribus omnibus vetuſtiora; neque nos propterea quod eadem quæ illi dicamus, ſed quod veritatem ipſam profiteamur, ſuſcipi ac probari petimus. Et Jeſus Chriſtus unus & ſolus proprie Filius Deo genitus, qui nimirum Ratio & Verbum ejus, & Primogenitus, & Virtus eſt, atque de conſilio voluntateque ejus, inſtaurandi & reſtituendi humani generis ergo homo factus nos iſta docuit. [Sed quoniam] priuſquam ille homo inter homines eſſet, nonnulli per poetas, inſtinctu quos diximus malorum geniorum iſta perinde atque jam facta eſſent, fabulis compoſitis incluſa referre occuparunt (eodem nempe modo, quo famoſa atque impia flagitia adverſus nos opera ſua publicari iidem dæmones procurarunt, quorum neque teſtis neque probatio ulla extat) refutationem hujuſmodi inſtituimus. Primo, cum congruentia cum Græcis afferamus, ſoli tamen odiis expetimur propter nomen Chriſti,

N O T Æ.

elament critici εἰς ταὐτὸν, poſtrema verba fidem faciunt πηρῶν nihil aliud ſignificare quam quod pluribus verbis, ſive id σαφηνείας χάριν, ſive quacunque alia cauſa factum ſit, poſtea dicit, nempe χήρων τὰς ὄψεις: niſi forte legere malis πωρῶν, aut πηρὸς *ſurdus* interpretari; quorum mihi neutrum ullo modo faciendum videtur.

3. Ταὐτά.] Legi poteſt etiam ταῦτα. SYLBURG.

18. Πρίν.] F. καὶ πρίν.

19—22. Φθάσαντές τινες διὰ τῶν προειρημένους κακοὺς δαίμονας διὰ τῶν ποιητῶν ὡς γενόμενα εἶπον ἃ μυθοποιήσαντες ἔφησαν.] F. φθάσαντές τινες διὰ τῶν προειρημένους κακοὺς δαίμονας τὰ προειρημένα διὰ τῶν προφητῶν ὡς γενόμενα εἶπον καὶ μυθοποιήσαντες ἔφησαν. vel φθάσαντές τινες τὰ προειρημένα διὰ τῶν προφητῶν ὡς γενόμενα διὰ τῶν προειρημένων κακῶν δαιμόνων εἶπον &c. vel φθάσαντες οἱ προειρημένοι κακοὶ δαίμονες (aut, quod tamen minus placet, φθάσαντές τινες τῶν προειρημένων κακῶν δαιμόνων) τὰ προειρημένα διὰ τῶν προφητῶν, διὰ τῶν ποιητῶν &c. Vulgata certe lectio ferri nullo modo poteſt.

24. Ἐνήργησαν.] Verbum διαθρυλλοῦσι, vel aliud ſimile, ſubintelligendum notat Sylburgius; quod tamen non adeo neceſſarium puto. GRABE.

26. Τοῦτον.] Τούτων in patrio caſu numero multitudinis aptius fortaſſis legetur, ut τούτων ſuperiora omnia demonſtret. PERIONIUS.

2—6. Ἀλλ'

Chriſti, & cum nihil injuſti committamus, tanquam peccatores ad necem rapimur, dum alii alibi & arbores, & flumina, & mures, & feles, & crocodilos, & ratione carentium animantium multa colunt; & quidem non eadem cunctis, ſed alia alibi venerantibus, ita ut in univerſum impii alii aliis ſint, propterea quod non eadem colant (quod quidem unicum habetis quod nobis criminis loco objiciatis, non eoſdem ſcilicet nos vobiſcum colere Deos, neque mortuis libamina & nidores adipum, neque ſignis & ſtatuis coronas & victimas offerre) quod namque

Χριϛοῦ, καὶ μηδὲν ἀδικοῦντες, ὡς ἁμαρτωλοὶ ἀναιρούμεθα· ἄλλων ἀλλαχοῦ καὶ δένδρα σεβομένων, καὶ ποταμοὺς, καὶ μῦς, καὶ αἰλούρους, καὶ κροκοδείλους, καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τὰ πολλά· καὶ οὐ τῶν αὐτῶν ὑπὸ πάντων τιμωμένων, ἀλλὰ ἄλλων ἀλλαχόσε, ὥστ' εἶναι ἀσεβεῖς ἀλλήλοις πάντας, διὰ τὸ μὴ τὰ αὐτὰ σέβειν (ὅπερ μόνον ἐγκαλεῖν ἡμῖν ἔχετε, ὅτι μὴ τοὺς αὐτοὺς ὑμῖν σεβόμεθα Θεοὺς, μηδὲ τοῖς ἀποθανοῦσι χοὰς, καὶ κνίσας, καὶ ἐν γραφαῖς στεφάνους, καὶ θυσίας φέρομεν) ὅτι γὰρ 69
οὐ

NOTÆ.

2—6. *Ἄλλων ἀλλαχοῦ καὶ δένδρα σεβομένων καὶ ποταμοὺς καὶ μῦς καὶ αἰλούρους καὶ ἀλόγων ζώων τὰ πολλά.*] Idem queruntur alii omnes Chriſtianæ religionis patroni, nempe quidvis impune coli præter Deum verum. Athenagoras, omnium longe modeſtiſſimus prudentiſſimuſque, Ἐν λόγῳ κατὰ ἔθνη καὶ δήμους θυσίας κατάγουσιν ἃς ἂν ἐθέλωσιν ἄνθρωποι. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι καὶ αἰλούρους καὶ κροκοδείλους καὶ ὄφεις καὶ ἀσπίδας καὶ κύνας Θεοὺς νομίζουσι. καὶ τούτοις πᾶσιν ἐπιτρέπετε καὶ ὑμεῖς καὶ οἱ νόμοι. Cyprianus ad Demetrianum p. 190. *Crocodili & cynocephali & lapides & ſerpentes a vobis coluntur: & Deus ſolus in terris aut non colitur, aut non eſt impune quod colitur.* Ubi id non ſine cauſa mireris, in media deorum Ægyptiorum turba quid faciant *lapides*, quos Ægyptii & olim nullos & nunquam niſi in ſtatuas formatos, idque rarius etiam quam multæ aliæ nationes, coluerunt. Enimvero, niſi fallor, legendum *ibides*. Ejus lectionis veſtigium ſervat codex MS. quem Fellus Bodleianum tertium vocat, in quo ſcribitur *liberides*. Nemo neſcit *ſaturam ſerpentibus ibin*, quam Ægyptios univerſos veneratos eſſe ſcribit Strabo, qui honor ei cum paucis admodum aliis, ſi vera narrat idem Strabo, contigit, nempe uno ex genere ſuo, volucri, piſcibus duobus, & terreſtribus animalibus tribus. Neque vero movere te debet, quod ibides cum ſerpentibus, ex quorum clade divinos honores nactæ ſunt, jungantur. Eodem modo Juſtinus hic μῦς καὶ αἰλούρους, ſcriptor Prædicationis Petri apud Clem. Al. p. 760. γαλᾶς καὶ μῦς, alii ichneumona & crocodilum, Ægyptiorum numina recenſentes, ſimul memorant. Nempe erant iſta omnia aliaque multa animalia apud Ægyptios ſacra, ſed non apud omnes omnia; ſive id prudenti veteris alicujus regis conſilio factum, qui hac arte conjurationes præcidere conaretur, quod nonnulli vererum tradidere; ſive, quod potius reor, quæque civitas quorum animalium aut beneficia maxime erat experta, aut injurias metuebat, ea conſecraverit: nam quæ de ſymbolica horum theologia vulgo dici ſolent nugæ ſunt, & ſacerdotum callidorum, otioque abundantium, commenta. Hinc bellum religioſum inter Ombos & Tentyra, de quo Juvenalis Sat XV. alterumque ejuſdem generis inter Oxyrynchitas & Cynopolitas cujus meminit Plutarchus De Iſ. & Oſ. p. 380. Non eſt itaque dubium quin Cyprianus ſcripſerit *ibides*, & vicinorum ſuorum Deos ſolos hic deſignaverit, quos & Juſtinus præcipue præ oculis habuit, etſi non ſolos. Arbores enim, quod ſciam, non colebant Ægyptii, niſi porrum & cepe arbores eſſe vis. Mirum tamen res tam pulchras ramque utiles effugere eorum ſuperſtitionem potuiſſe, maxime ſi verum eſt quod narrat Lucianus in Jove Trag. p. 152. nonnullos eorum eo anguſtiarum redactos fuiſſe, in tanta ſcilicet deorum penuria, ut etiam πολίχνιον κρομμύων ἢ τεύτλιον adorarent, pauperes videlicet, ut opinor, qui Deum vivum alere non poterant, ne felem quidem, aut attentiores ad rem qui ſibi ſumptui eſſe pietatem ſuam nollent, ſed religionem vilem & Deum nihil comedentem multo mallent; aut fortaſſe bibaciores edacioreſque. Theophilus Antiochenus etiam πορδὴν ἐνεργῆ eos coluiſſe ſcribit, & ἔχεις αἰχμῶνας, quod ultimum ſua quoque auctoritate confirmant patrum omnium doctiſſimi, Origenes & Hieronymus, aliique. An hos quoque Deos utilitas fecit? Aut timor, & fœdæ vocis tonitru? Aut error aliorum, Ægyptiis non magis eos colentibus quam nunc Hiberni colunt, ſed averſantibus? Dignum ſane animadverſione eſt, eorundem, Peluſiotarum ſcilicet, utramque ſuperſtitionem fuiſſe, & a cepis abſtinere, & crepitum ventris venerari. Verum ſatis ineptiarum. Plura de Ægyptiorum propudioſis diis ſacriſque ſi ſcire cupis v. Strabon. lib. XVIII. Porphyr. De abſtin. lib. IV. p. 372. & ſeqq. Philoſtrat. De vita Apollon. VI. 19. p. 257. Athanaſ. c. Gent. p. 22, 3. Philon. Jud. De decalogo p. 755, 6. Lucian. De ſacrif. p. 369, 70. Herodotum in Euterpe. Diodor. Sic. lib. I. p. 74. & ſeqq. & Plut. De Iſ. & Oſ. & Symp. IV. 5. p. 670. & περὶ δὲ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι, p. 989.

13, 4. *Ἐν γραφαῖς στεφάνους.*] Quinam illi ſunt ἐν γραφαῖς στεφάνοι? Vox illa quidem *pictas* vel per

οὐ τὰ αὐτὰ παρ᾽ οἷς μὲν Θεοὶ, παρ᾽ οἷς δὲ θηρία, παρ᾽ οἷς δὲ ἱερεῖα νενομισμένα ἐστὶν, ἀκριβῶς ἐπίστασθε. Δεύτερον δὲ, ὅτι ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων οἱ παλαιοὶ σεβόμενοι Διόνυσον τὸν Σεμέλης, καὶ Ἀπόλλωνα τὸν Λητοΐδην, οἳ διὰ ἔρωτας ἀῤῥένων ὅσα ἔπραξαν, αἶσχος καὶ λέγειν, καὶ οἱ Περσεφόνην, καὶ Ἀφροδίτην, τὰς διὰ τὸν Ἄδωνιν οἰστρηθείσας, ὧν καὶ μυστήρια ἄγετε, ἢ Ἀσκληπιὸν, ἢ τινὰ τῶν ἄλλων ὀνομαζομένων Θεῶν, καίπερ θανάτου ἀπειλουμένου, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τούτων μὲν καταφρονήσαμεν, Θεῷ δὲ τῷ ἀγεννήτῳ καὶ ἀπαθεῖ ἑαυτοὺς ἀνεθήκαμεν, ὃν οὔτε ἐπ᾽ Ἀντιόπην, καὶ τὰς ἄλλας ὁμοίως, οὐδὲ ἐπὶ Γανυμήδην δι᾽ οἶστρον ἐληλυθέναι πειθόμεθα, οὐδὲ λυθῆναι, βοηθείας τυχόντα διὰ Θέτιδος, ὑπὸ τοῦ ἑκατοντάχειρος ἐκείνου, οὐδὲ με-

namque eædem animantes apud hos quidem numina, apud alios autem feræ, apud quoſdam hoſtiæ legibus receptæ ſint, certo ſcitis. Secundo, ex omni hominum genere qui olim Bacchum colebamus Semeles filium, & Apollinem Latonæ (qui præ nefandi in maſculos amoris inſania, quanta flagitia fecerint, dicere quoque probrum eſt) & Proſerpinam, & Venerem (quarum propter Adonim libidinis furore actarum myſteria quoque celebratis) & Æſculapium, aut aliorum quenquam qui nominantur deorum; quamvis morte minis intentata, per Jeſum Chriſtum, illos quidem contempſimus, Deo autem ingenito, & perpeſſionis omnis experti nos ipſos dedicavimus; quem neque ad Antiopen aliaſve ſimiliter, neque ad Ganymedem œſtro incitatum libidinis veniſſe, neque ſuppetiis Centimani illius, quas per Thetidem obtinuerat, ſolutum eſſe, neque anxie ſolicitum

NOTÆ.

per picturam expreſſas corollas ſonat; ſed quales illæ, dum alius quæret, interea legam: ἐν ῥαφαῖς στεφάνους: Ita vocat eleganter Juſtinus *ſutiles coronas.* Ἐν ῥαφαῖς dixit pro ῥαπτούς. Sic *marmora in exemplis*, pro exemplata vel figuris ornata; & *pocula in gemmis*, pro gemmata. Anaſtaſius & neſcio quis ἄρτους ἐν τύποις, formis vel figuris impreſſos. SALMASIUS Not. in H. A. Script. p. 79. Grabio hæc conjectura Salmaſii ita arriſit, ut in verſione eam ſequi non dubitaverit: mihi neutiquam placet. Conjiciebam olim legendum eſſe ἐν τάφοις. Euripides Oreſt. 1321, 2.

Ὦ παρθέν᾽, ἥκεις τὸν Κλυταιμνήστρας τάφον
Στέψασα, καὶ σπείσασα νερτέροις χοάς;

Propertius III. xiv. 23, 4.

Afferet huc unguenta mihi, ſertiſque ſepulchrum
Ornabit cuſtos ad mea buſta ſedens.

Plura mitto, tum quod ſatis notus mos ſit, tum quod non magnopere confidam huic conjecturæ; quæ tamen multo magis placet quam Meurſii & Clerici, ἐν ταφαῖς. Langus videtur legiſſe καὶ γεγραφαῖς στεφάνους. Alii fortaſſe legent ἐγγεγραφὼς, & interpretabuntur inſcriptos. Alii aliter. Nos hic prorſus hæremus.

1. Ου τὰ αὐτά.] Rectius negativam οὐ cum interprete expungemus. SYLBURG.

5. Οἱ παλαιοὶ σεβόμενοι.] Convenientius meo quidem judicio, οἱ πάλαι σεβόμενοι, *qui olim colebamus*; ut ſupra 61. 15. (οἱ πάλαι μὲν πορνείαις χαίροντες) & infra 78. 12. (καὶ οἱ πάλαι ἀλληλοφόνται.) SYLBURG.

9, 10. Περσεφόνην καὶ Ἀφροδίτην τὰς διὰ τὸν Ἄδωνιν οἰστρηθείσας.] Sylburgius *ex mythologis perſpicuum eſſe* dicit *ita potius legendum eſſe*, τὴν μὲν διὰ τὸν Ἄδωνιν, τὴν δὲ διὰ τὸν Αἰδωνέα οἰστρηθείσας; *nam Venerem quidem Adonim deperiiſſe, Proſerpinam vero ab Aidoneo ſeu Plutone raptam fuiſſe.* Nempe ignorabat Proſerpinam quoque Adonim deperiiſſe, quod tamen ex multis, tum mythologis, tum etiam aliis ſcriptoribus poterat didiciſſe. Vide Apollod. Biblioth. III. 13. p. 224, 5. Hygin. Poet. Aſtr. II. 7. p. 372, 3. Procop. in Eſaiam p. 258. Macrob. Sat. I. 21. p. 254, 5.

15. Ἀγεννήτῳ.] Reſpicit ea quæ modo dixerat, Διόνυσον τὸν Σεμέλης καὶ Ἀπόλλωνα τὸν Λητοΐδην, & in altero epitheto, ἀπαθεῖ, quæ ibi ſequuntur de amoribus deorum.

21 & ſeqq. Οὐδὲ μεμηνυῖαν διὰ τοῦτο τὸν τῆς Θέτιδος Ἀχιλλέα διὰ τὴν παλλακίδα Βρισηΐδα ὀλέσαι πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων.] Sylburgius pro διὰ τοῦτο legendum conjicit ὄντα, *vel, majore mutatione facta*, διὰ τὸν κότον τοῦ τῆς Θέτιδος Ἀχιλλέως, *per iram Achillis filii Thetidis.* Videtur deeſſe aliquid: ſed illud

citum fuiſſe ejus rei cauſa, ut Achilles Thetidis filius propter pellicem Briſeida complures Græcorum perderet, credimus, & credentium vicem per commiſerationem dolemus, auctores autem rerum talium dæmones eſſe novimus. Tertio, etiam poſt aſcenſionem Chriſti in cœlum iidem dæmones in medium produxerunt mortales, qui ſeipſos Deos eſſe dixere; qui non modo perſecutionibus a vobis expetiti non ſunt, verum etiam honoribus dignati: Simonem nimirum quendam Samaritanum, in vico, cui Gitthon nomen eſt, natum, qui ſub Claudio

ειμνῶντα διὰ τοῦτο τὸν τῆς Θέτιδος Ἀχιλλέα διὰ τὴν παλλακίδα Βρισηίδα ὀλέσαι πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων, καὶ τοὺς πειθομένους ἐλεοῦμεν, τοὺς δὲ τούτων αἰτίους δαίμονας γνωρίζομεν. Τρίτον δ', ὅτι καὶ μετὰ τὴν ἀνέλευσιν τοῦ Χριστοῦ εἰς οὐρανὸν, προεβάλλοντο οἱ δαίμονες ἀνθρώπους τινὰς λέγοντας ἑαυτοὺς εἶναι Θεοὺς, οἳ οὐ μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν ὑφ' ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν κατηξιώθησαν· Σίμωνα μέν τινα Σαμαρέα, τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης Γιττῶν, ὃς ἐπὶ Κλαυδίου

7. Ἀνέλευσιν τοῦ Χριστοῦ. Euſeb Georgius Syncellus, Zonar. ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου. Ib. Οὐρανόν. G. Sync. οὐρανούς. 8. Προεβάλλοντο. Euſ. προεβάλοντο. G. Syncell. προσεβάλλοντο. 11. Τιμῶν. Zonar. τιμῆς Ib. Καὶ ηξιώθησαν. Euſeb. G. Syne. Zonar. ἠξιώθησαν. 11, 2. Σίμωνα κ.λ. Zonar. ὧν εἷς καὶ Σίμων ὁ Σαμαρεὺς ὁ ἀπὸ κώμης γ. 13. Γιττῶν. Euſ. Zonar. γιτθῶν, G. Syncell. γαιθῶν, Niceph. γιτθῶν.

NOTÆ.

Διὰ τοῦτο nequaquam mutandum eſt. Hanc enim Thetidi gratiam retulit Jupiter pro tempeſtivo Briarei auxilio, quod Achilles quidem fuſe commemorat Il. A ꝟ. 396. & ſeqq. ipſa autem apud Jovem modeſte reticet, ita tamen ut ſimul ei in memoriam vocet ꝟ. 503, 4.

Ζεῦ πάτερ, εἴ ποτε δή σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα
Ἢ ἔπει, ἢ ἔργῳ, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ.

Lucianus, Jov. Trag. p. 150. Εἰ δὲ μὴ τὸν Βριάρεων ἡ Θέτις ἐκάλεσεν, ἐλεήσασα τὸ γιγνόμενον, ἐπεπέδητο ἂν ἡμῖν ὁ βέλτιστος Ζεὺς συναρπασθείς. ΑΝΘ' ΩΝ καὶ ἀπομνημονεύων τῇ Θέτιδι τὴν εὐεργεσίαν ἐξαπατᾷ τὸν Ἀγαμέμνονα, ὄνειρόν τινα ψευδῆ ἐπιπέμψας, ὡς πολλοὶ τῶν Ἀχαιῶν ἀποθάνοιεν. Homerus Il. β. ꝟ. 2, 3, 4.

——Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος,
Ἀλλ' ὅγε μερμήριζε κατὰ φρένα ὡς Ἀχιλῆα
Τιμήσῃ, ὀλέσῃ δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.

Neque ſi mutari poſſet διὰ τοῦτο, ferenda tamen eſſet Sylburgii conjectura, διὰ τοῦ κότου.

6 & ſeqq. Μετὰ τὴν ἀνέλευσιν τοῦ Χριστοῦ &c] Citant hæc Georgius Syncellus in Chronographia p. 333. & Zonaras Annal. tom. 2. p. 187. ſed uterque ex Euſebio, non ex Juſtino. Syncellus hæc præponit, Ἰουστῖνος φιλόσοφος καὶ ῥήτωρ. Et ſunt quidem viri docti qui Juſtinum ſcriptorem eloquentiſſimum vocant, nos autem eum philoſophiæ laude contentum eſſe jubemus, neque agnoſcimus novum hunc titulum ῥήτωρ. Neque ita ſcripſit Syncellus ſed μάρτυρος.

7. Ἀνέλευσιν τοῦ Χριστοῦ.] Euſebius, Zonaras, Syncellus, ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου. Recte edd. Juſtini. Dial. p. 258. μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέλευσιν. Ib. p. 315. μετὰ τὴν εἰς οὐρανὸν ἀνέλευσιν αὐτοῦ. P. 308. μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ καὶ ἄνοδον τὴν εἰς οὐρανόν. Similiter ἀνελεύσεσθαι, ἀνελήλυθεν, ἀνεληλυθέναι εἰς τὸν οὐρανὸν & hic & in Dialogo ſæpe reperies, ἀνάληψιν autem nuſquam, neque quicquam ei cognatum, niſi ſemel fortaſſe, aut ſummum bis. Neque minus altera Stephani lectio Euſebianæ alteri anteferenda eſt, quod ex ipſa re videbunt quotquot aliquid in his rebus videre poſſunt.

12, 3. Ἀπὸ κώμης λεγομένης Γιττῶν.] Ita R. Stephani editio, aliæ γίττων ex Euſebio, II. 13. ubi hæc citat. Alii γιτθῶν, γιτθῶν, γετθῶν, &c. Diſtabat autem hic vicus ab urbe Samaria ſex ſchœnos, ſi verum dicit ſcriptor Clementinorum, Hom. II. §. 22. p. 626 At ſi audiamus virum doctum Stephanum Le Moyne, non in Samaria, neque in tota adeo Palæſtina, Simonis locus natalis quærendus erit, ſed in inſula Cypro. Exiſtimat enim Simeonem magum Cyprium cujus meminit Joſephus Ant. XX. 5. *eundem fuiſſe cum* hoc *Simone Mago. Nam licet* (inquit) *alicubi dicatur Simon de quo Actor. VIII.* γιτθηνὸς, *quaſi pagus Gitthicus illi patria fuiſſet, hoc nullo modo ſtringit; nam non legendum* γιτθηνὸς, *ſed* κιτιεὺς, *vel* κιτιαῖος, *ex urbe Cittium, quæ erat Cypri urbs nobiliſſima.* Prolegom. ante Var. Sac. Quis dubitaret, qui ſe ſcriptorem ſanum & ſobrium legere putaret, quin, præterquam quod Simon alicubi γιτθηνὸς diceretur, nihil aliud huic de patria ejus conjecturæ repugnaret, ſaltem quo refutato opus eſſet? At primo, neſcio quo caſu, quod ſane dolendum eſt, Simon Magus nuſquam vocatur γιτθηνὸς. Deinde, fac id aliter eſſe, quod tamen multis de cauſis minime ſuſpicamur, etſi memoriæ non valde confidimus, præſertim in hujuſmodi nugis

δίῳ Καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις ποιήσας μαγικὰς ἐν τῇ πόλει ὑμῶν βασιλίδι Ῥώμῃ, Θεὸς ἐνομίσθη, καὶ ἀνδριάντι παρ' ὑμῶν ὡς Θεὸς τετίμηται, ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ, μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην, Σίμωνι δέῳ σάγκτῳ. καὶ

dio Cæſare cum efficacium dæmonum arte magicas virtutes in urbe veſtra imperiali Roma exhibuiſſet, Deus habitus eſt, & ſtatua a vobis veluti Deus honoratus; quæ ſtatua in amne Tiberi inter duos pontes eſt erecta, Latinam hanc habens inſcriptionem, Simoni Deo Sancto: ac

1, 2. Διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης. Zonar. Διὰ τῆς τῶν δαιμόνων ἐνεργείας. 2, 3. Δυνάμεις ποιήσας μαγικάς. Euſ. G. Sync. Zonar. δυνάμεις μαγικὰς ποιήσας. 3, 4. Ἐν τῇ πόλει ὑμῶν βασιλίδι Ῥώμῃ. Euſ. ἐπὶ τῇ πόλει ὑμῶν τῇ βασιλίδι Ῥώμῃ. G. Sync. ἐν τῇ πόλει ἡμῶν, τῇ βασιλίδι πόλει Ῥώμῃ. Zon. ἐν τῇ πόλει ὑμῶν τῇ βασιλίδι Ῥώμῃ. 5 Παρ' ὑμῶν. Euſeb. Zon. παρ' ὑμῖν. Ib. Zon. omittit ὡς Θεός. 6. Euſ. G. Sync. Zon. Anaſtaſ. Bibl. omittunt ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται. 7. Τίβερι. Zon. Τιβέρεως. 8, 9. Ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην. Zon. ἰσαμβὼν, γράμμασιν ἐπιγεγραμμένον Ῥωμαϊκοῖς.

N O T Æ.

gis; fac, inquam, ita alicubi vocari Simonem. Quid tum? Pro γιτθῶν, inquies, ſcribam ilico κιτθῶν. Sed quid tum poſtea? Quid iis locis fiet ubi Simon ἀπὸ κώμης γίτθων oriundus dicitur? Num legendum ἀπὸ πόλεως κιτίου? Quid porro de verbo σαμαρεὺς ſtatuetur? Num id quoque in iiſdem locis, aliiſque multis, mutabitur in Κύπριος? Atque hæc quidem de hoc ſomnio dicta ſunto. Reſtat autem alter vir doctus, qui nobis paucis redarguendus eſt, ne Juſtino, cum quo videmur aliquam jam habere neceſſitudinem, injuria accuſato deeſſe videamur. Is eſt Samuel Baſnagius, qui de patria Simonis idem ſentit quod Stephanus Le Moyne, cum autem videret locum emendationibus nullum hic eſſe, alia via rem aggreditur, & teſtimonia patrum quæ corrumpi non poſſe perſpiciebat, elevare & de cauſa tollere conatur. Ita enim ſcribit, Exercit. Hiſtorico-Crit. p. 105. *Vero ſimilius eſt Juſtinum, qui ſectarium ſe poſteris præbuit, lapſum fuiſſe memoria; vel nominis affinitate urbis Cypriæ & vici Samaritani fuiſſe deceptum.* Videamus rem totam. Simonem Magum ego Samaritanum, tu Cyprium fuiſſe ais. Proferamus uterque rationes. Ecce noſtras. Omnes antiqui ſcriptores qui de patria ejus quicquam dicunt (ſunt autem non pauci) Samaritanum eum fuiſſe tradunt, multi, inter quos Juſtinus, qui ipſe Samaritanus erat, & Epiphanius, epiſcopus Cyprius, idemque natione Palæſtinus, etiam vicum Samaritidis, unde erat, nominant; nemo negat, nemo aliam ei patriam aſſignat. Quid tu? Nempe Joſephum citas teſtem, qui iiſdem temporibus quibus Simonem Magum Samaritanum floruiſſe fatemur, quendam refert fuiſſe Simonem Cyprium qui ſe magum eſſe profiteretur. Quaſi vero Simon rarum eſſet inter Judæos nomen, aut non plenæ eſſent omnes omnium temporum hiſtoriæ exemplis hominum quibus ætas, nomen, vitæ inſtitutum, aliaque multa communia fuerunt. Syneſius Ep. LXI. Τὄνομα μὲν δὴ καὶ τὸ ἐπιτήδευμα φθάνω δηλώσας, ἀλλὰ δεῖ πλείω προσθεῖναι γνωρίσματα· ΓΕΝΟΙΤΟ ΓΑΡ ΑΝ ΤΙΣ ΟΜΩΝΥΜΟΣ ΚΑΙ ΟΜΟΤΕΧΝΟΣ. Hoc te legiſſe oportuit, aut per te ſciviſſe quod pueri non ignorant. At veriſimile eſt, inquis, *Juſtinum, qui ſectarium ſe poſteris præbuit, lapſum fuiſſe memoria*; utpote quem *in hiſtoria non pauca peccaſſe* conſtat, *teſte portentoſo & ſupra fidem omnem errore de* τῶν *LXX. Verſione: "Ptolemæus rex Ægypti petiit " ab Herode rege Judæorum ut copiam librorum " faceret."* Profecto ſi ita ſcripſit Juſtinus quemadmodum iſte locus jam exhibetur, quod ego non nego, gravi eum culpa aut ignorantiæ, aut intolerabilis in tanta cauſa peroranda negligentiæ, non libero. Verum quid hoc ad rem? Peccaverit eo loco, peccaverit etiam alibi *in hiſtoria* pauca (aut etiam *non pauca*, quod tamen factum nego) ideone & hic quoque peccatum ab eo fuiſſe veriſimile eſt? Crederem fortaſſe, niſi eodem argumento quo ibi erraſſe probatur, hic probaretur non erraſſe, nimirum fide atque auctoritate aliorum ſcriptorum. Quod enim nos credere vult Baſnagius, reliquos hac in re Juſtinum ſecutos fuiſſe, non eſt dignum in quo refellendo tempus conteramus; neque enim ſemper opus eſt ut meris affirmationibus argumenta opponamus.

6. Ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται.] Antonius Van Dale recitans hunc locum in Diſſertatione de ſtatua Simonis omittit & damnat hæc verba. *Infarcta*, inquit, *gloſſa habet inſulſe* ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται. Apud Euſebium etiam omittuntur, ſed errore librarii, uti quidem perſuaſiſſimum habeo, quem facile fallere potuerunt ſimile principium & finis idem horum verborum, ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται, eorumque quæ præcedunt ὡς Θεὸς τετίμηται. Quis enim hæc ferre poſſit, ſive ſententiam, ſive conſtructionem ſpectes, ἀνδριάντι ὡς Θεὸς τετίμηται μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν ἔχων ἐπιγραφὴν ταύτην?

8, 9. Ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην, Σίμωνι δέῳ σάγκτῳ.] Quod hic narrat Juſtinus, ab aliis quoque patribus memoriæ proditum eſt, neque unquam, opinor, in dubium vocatum ante annum MDLXXIV. quo anno in inſula Tiberina effoſſus

ac Samaritani prope omnes, & ex aliis etiam nationibus pauci, illum quaſi primum Deum eſſe confitentes, adorant quoque, & Helenam quandam

καὶ σχεδὸν πάντες μὲν Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τὸν πρῶτον Θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες, ἐκεῖνον καὶ προσκυνοῦσι, καὶ Ἑλένην τινὰ

1, & ſeqq. Καὶ σχεδὸν κ. τ. λ. Euſeb. καὶ σχεδὸν μὲν πάντες Σαμαρεῖς —— ὡς τὸν πρῶτον Θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες προσκυνοῦσι. G. Syncell. καὶ σχεδὸν μὲν πάντες προσκυνοῦσι.

NOTÆ.

effoſſus eſt lapis cum hac inſcriptione,

SEMONI
SANCO
DEO. FIDIO
SACRUM
SEX. POMPEIUS. S. P. F.
COL. MUSSIANUS
QUINQUENNALIS
DECUR
BIDENTALIS
DONUM. DEDIT

Ex eo tempore plerique doctorum, paucis reclamantibus, Juſtinum, aut eum a quo hoc acceperit, verborum ſimilitudine in errorem inductum quod erat Semonis Sanci, Simoni attribuiſſe, atque inde ortam opinionem de Simone in numerum Deorum a Romanis relato, exiſtimaſſe videntur. In ea certe ſententia ſunt viri eruditiſſimi J. G. Voſſius, Salmaſius, Valeſius, aliique multi, inter quos eſt etiam Joannes Erneſtus Grabe, qui quomodo impetrare ab animo ſuo potuerit, ut veterum, patrum, Juſtini denique ſui, cauſam periclitantem non tantum deſereret, ſed etiam proderet, equidem ſatis mirari non queo. Nobis non eſt viſum Juſtinum indefenſum criticis tradere, neque prius quam certamen experti fuerimus, de deditione cogitare: ſed ne temere ad pugnam procedere videamur, explorandæ prius hoſtium copiæ ſunt. Quod quo facilius rectiuſque fiat, operæ pretium videtur monere (non quo id ignorare quenquam arbitrer, ſed ut ratione & via progrediatur diſputatio) nullius antiqui ſcriptoris teſtimonium, qui modo fide dignus ſit, rejici jure poſſe, multo minus quod aliorum ſcriptorum auctoritate corroboretur, niſi aut contrario teſtimonio infirmetur, aut prorſus incredibile ſit, aut ſaltem nullo modo probabile. Quod ſi verum rectumque eſt, ut certe eſt, ſimilitudo harum inſcriptionum, in qua criticorum cauſa tantopere nititur, non poteſt argumento eſſe Juſtinum per errorem ſive ſuum ſive aliorum lapſum fuiſſe, niſi res ipſa quam narrat prius improbabilis eſſe coarguatur. Quid enim abſurdius aut magis præpoſterum eſſe poteſt, quam ſcriptorem antiquum erroris ideo accuſare, quod erroris ejus, ſi modo erraverit, probabilem cauſam & rationem reddere te poſſe exiſtimes? Recte itaque & prudenter adverſarii totis viribus docere conantur narratiunculæ huic veriſimilitudinem deeſſe; qua in quæſtione ſumma diſputationis, totaque cauſa conſiſtit. Id enim ſi probant, habebit ſimilitudo inſcriptionum ſuum pondus, idque non exiguum; ſin minus, nullum. Tribus autem potiſſimum rationibus nos impugnant. Aut enim ex verbis inſcriptionis, aut ex profanorum ſcriptorum ſilentio argumenta ducunt, aut denique neutiquam credibile eſſe contendunt, *Romanos magum ac præſtigiatorem adhuc viventem conſecraviſſe*. Poſtremum argumentum, cui maxime confidunt, primum examinabimus; ac primo de hominis *adhuc viventis*, deinde de *magi* conſecratione dicemus. *Quaſi vero*, inquit Valeſius, *Romani magum adhuc viventem conſecraviſſent*. Quæro quis dixit viventem conſecraſſe? Certe non Juſtinus. At videtur ita putaſſe. Videatur, putaverit; non enim nego, præſertim cum Auguſtinum Cyrillumque Hieroſolymitanum ita putaſſe conſtet: num abſurdius eſt hominem vivum quam mortuum Deum exiſtimare? aut monſtri ſimile eſt apud Romanos hominem adhuc viventem divinos honores eſſe conſecutum? Quid, nonne Julius Cæſar, uti Suetonius refert, temporibus longe ſanioribus, *thenſum & ferculum Circenſi pompa, templa, aras, ſimulacra juxta Deos, pulvinar, flaminem, lupercos, decerni ſibi paſſus eſt?* Ejus ſucceſſor Auguſtus, quantacunque moderatione modeſtiaque fuit, aut eſſe videri voluit, quam *pertinaciſſime* licet templa ſibi Romæ decerni vetuerit (quod etiam ipſum non multo minus in rem noſtram eſt quam ſi honorem iſtum oblatum accepiſſet) Deus tamen, dum viveret, vocatus eſt, & divinis honoribus auctus. Propertius III. 3.

Arma Deus Cæſar dites meditatur ad Indos.

Horatius Ep. II. 1.

Præſenti tibi maturos largimur honores,
Jurandaſque tuum per numen ponimus aras.

Quid Caligula, ut alios mittam, nonne vivus templum habuit *numinis ſuo proprium*, & ſacerdotes, & victimas, & Dei appellationem? At hi imperatores erant. Sed adhuc in vivis. Ergo iſta parte hujus argumenti nihil efficitur, etiamſi Juſtinus hunc honorem vivo Simoni habitum fuiſſe dixiſſet, quod tamen, ut modo dixi, aliter eſt. Quærendum jam de altero argumenti membro, utrum incredibile ſit Romanos magum conſecraſſe. In qua quæſtione hoc in primis cavendum videtur, ne nimium nobis tribuamus, multoque a cognitione antiquitatis, aliiſque ſubſidiis ad ſententiam recte ferendam neceſſariis, paratiores nos inſtructioreſque eſſe putemus, quam revera ſumus, aut eſſe poſſumus. Quam volumus enim licet ipſi nos amemus, tamen vix videtur credibile, eos a quibus hoc de quo quærimus ſcriptis mandatum eſt, aut ingenio, aut ſincera veri inveſtigandi cupiditate a criticis noſtris ſuperari, aut nos poſt tot ſecula melius ſcire

poſſe

τινὰ τὴν περινοστήσασαν αὐτῷ καὶ ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, πρότερον ἐπὶ τέγους ςαθεῖσαν, τὴν ὑπ' αὐτοῦ ἔννοιαν πρώτην γενομένην λέγουσι. Μένανδρον

quandam profectionis ejus eo tempore comitem, quæ prius in lupanari proſtiterat, principem ab illo notionem & intelligentiam factam eſſe dicunt. Deinde Menandrum

1. Τὴν περινοστήσασαν. Euſeb. τὴν συμπερινοστήσασαν. G. Syncell. συμπερινοστήσασαν. 2, 3 Τέγους. G. Sync. Στέγους. 3. Σταθεῖσαν. Euſ. & G Sync. addunt ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης. 3, 4. Τὴν ὑπ' αὐτοῦ ἔννοιαν πρώτην γενομένην λέγουσι. Euſ. & G. Sync. τὴν ἀπ' αὐτοῦ πρώτην ἔννοιαν λέγουσιν.

NOTÆ.

poſſe quid fecerint aut non fecerint Romani ſub Claudio, aut quid eos feciſſe veri ſimile aut diſſimile ſit, quam Tertullianum & Auguſtinum, ut alios mittam, præſertim in rebus quæ ſpectant ad religionem cultumque deorum. Deinde illud conſiderandum, qualis fuerit magus Simon. Si circulator & ἀπατεὼν, qui ementito cum diis aut mortuorum manibus commercio fucum vulgo fecerit, non erat profecto dignus qui vel a Claudio, aut etiam cum Claudio, ſeu vivus, ſive fato perfunctus, in deorum numero reponeretur. At non hic ille Simon eſt quem omnes patres dæmonum ope miracula edidiſſe tradunt, longe ſupra artem potentiamque humanam? qui totam *gentem Samariæ* ita ἐξεςακε τῇ μαγείαις, ut ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη haberetur? Quod ſine auxilio dæmonum effici potuiſſe omnino incredibile videtur. Quid itaque tam inauditum & improbabile, ſi iidem dæmooes Romæ, in totius orbis terrarum theatro, omnes copias explicare voluerint, maximoque ibi opere per Simonem ſuum niti ut religio Chriſtiana in cunis opprimeretur? aut ſi Romani, a quo multa longe ultra bominum vires facta oculis ipſi ſuis viderant, eaque plura & mirabiliora quam quæ de nonnullis deorum ſuorum vel fando audiverant, aut ipſi poetæ fingere auſi fuerant, eum non hominem ſed deum eſſe putaverint, aut certe dignum qui pari in honore eſſet ac ii quos potentia & factis ſuperare videbatur? In omni turba deorum haud facile invenies alterum majori ſuo merito eo honore dignatum quam Æſculapium; magnis enim in homines beneficiis id conſecutus eſt, quod alii multi maleficiis & omnis generis injuriis ſceleribuſque: cum igitur conveniat inter omnes qui dæmones eſſe credunt, multo eos plus valere in medicina quam homines, & antiquiſſimi doctiſſimique Chriſtianæ religionis defenſores iſtam eos artem interdum exercuiſſe fateantur; quid eſt quod vetet credere Simonem, editis in eo quoque genere miraculis, dignum habitum fuiſſe cui in inſula Tiberina, Æſculapio ſacra, ejuſque templo nobilitata, ſimulacrum dedicaretur, ut, quemadmodum cæteri artifices, dii quoque ὁμότεχνοι eodem in loco habitarent? Paulus & Barnabas, quod Tillemontius obſervavit, uno tantum miraculo edito, dii exiſtimati ſunt qui bumana ſpecie & figura cœlo deſcendiſſent, atque hic Jupiter, ille Mercurius, appellarus eſt, neque niſi ægre & difficulter obtinuerunt ut ne ſacra ſibi fierent, victimæque cæderentur: Simon multis miraculis minores honores conſequi non potuit? At Romani Lycaonibus ſapientiores erant. Quaſi vero non utrique ſumma eſſent circa religionem inſipientia, aut quaſi in Lycaonia aut alibi gentium ullum unquam animal vixerit ſtupidius Claudio, cujus nutu, aut potius nutatione, Romani tunc regebantur. Sed de hac re ſatis. De ſilentio ſcriptorum gentilium pauca jam dicenda ſunt. Dicimus itaque, teſtimonium virorum fide dignorum, aliorum ſilentio revinci non poſſe: dubitari non poſſe quin multa facta ſint ſub Claudio memoratu ſatis digna, quæ tamen nobis prorſus incognita ſunt: paucos extare qui eorum temporum hiſtoriam conſcripſerint: eorum antiquiſſimum præcipuumque Cornelium Tacitum non niſi mancum & mutilum ad nos perveniſſe: unum ſæpe ſcriptórem, quod a viginti aliis prætermiſſum mireris, memoriæ tradere: nullam denique vim habere argumenta hujuſmodi niſi ubi aliæ non leves adſunt in eandem partem rationes; quod an in bac cauſa ita ſir, partim vidimus, partim jam videndum eſt. Reſtat enim ultimum criticorum argumentum, ex ipſa inſcriptione ductum; quod Valeſius Annot. in Euſ. II. 13. ita breviter, neque ſatis clare, concludit, *Quaſi Romani Deum adjecto epitheto ſanctum vocaverint*; Baſnagius autem Exer. Hiſt. p. 573. fuſius exponit. *Inuſitatum* (inquit) *Romanis fuit Deorum titulis vocem adhibere vice epitheti. Nullo veſtigio reperietur in nummis, aris, ſtatuis, Apollini Deo Sancto, Jovi Deo Sancto, Marti Deo Sancto. Hoc, inquam, inauditum eſt in omni memoria.* At primo nego eſſe aliud epitheton quo dii ſive ſinguli ſive univerſi ſæpius ornantur. Ennius Fragm. p. 42.

Te nunc ſancta *precor Venus, & genetrix patri' noſtrei.*

Idem p. 65.

Reſpondit Juno Saturnia ſancta *dearum.*

Idem iterum p 147.

——*Saturno* ſancte *create.*

Niſi Furii potius ea verba ſint, cujus hunc verſum citat Macrobius Sat. VI. 1.

Quod genus boc hominum, Saturno ſancte create?

Sed nibil vetat eſſe utriuſque. Catullus de nuptiis Pelei & Thetidos LXI. 268.

—— ſanctis *cœpit decedere divis.*

M Idem

drum quendam, & ipſum Samaritanum, in vico Caparetaia ortum, Simonis diſcipulum, & a dæmonibus ipſum quoque agitatum, Antiochiæ multos arte magica ſeduxiſſe ſcimus, qui ſectatoribus etiam ſuis minime morituros eſſe perſuaſit: ſuntque adeo nunc quoque ab eo reliqui non-

δρον δέ τινα, καὶ αὐτὸν Σαμαρέα, τὸν ἀπὸ κώμης Καππαρεταίας, γενόμενον μαθητὴν τοῦ Σίμωνος, ἐνεργηθέντα δὲ ὑπὸ τῶν δαιμονίων, καὶ ἐν 70
Ἀντιοχείᾳ γενόμενον, πολλοὺς ἐξαπατῆσαι διὰ μαγικῆς τέχνης οἴδαμεν. ὃς δὲ σὺν αὐτῷ ἑπομένους ὡς μηδὲ ἀποθνήσκοιεν ἔπεισε· καὶ νῦν εἰσί τινες ἀπ'

2. Καππαρεταίας. Euſeb. Καππαρεταίας. Niceph. Καππαρετέως. 3, 4. Ἐνεργηθέντα καὶ ὑπὸ τῶν δαιμονίων. Euſ. ἐνεργηθέντα καὶ αὐτὸν ὑπὸ τῶν δαιμόνων. 7, 8. Ὡς μηδὲ ἀποθνήσκοιεν. Euſ. ὡς μὴ ἀποθνήσκοιεν. Nicepb. ὡς μὴ ἀποθνήσκοντας. 8. Εἰσί τινες. Euſ. & Niceph. τινες εἰσίν.

N O T Æ.

Idem ad Manlium LXVI. 5, 6.

Quem neque ſancta *Venus molli requieſcere ſomno*
Deſertum in lecto cœlibe perpetitur.

Tibullus I. 3. 52.

Non dicta in ſanctos *impia verba deos.*

Ovidius Met. I. 372, 3.

———*flectunt veſtigia* ſanctæ
Ad delubra deæ.

Neque ſoli poetæ ita loquuntur. Cicero pro P. Sextio. c. 68. *In illo* ſanctiſſimo *Hercule.* Pro Milone c. 31. *Tuque ex tuo edito monte Latiaris* ſancte *Jupiter*, &c. In Verr. I. 19. *Tenem ipſum, qui apud Tenedios* ſanctiſſimus *deus habetur, qui urbem illam dicitur condidiſſe*, &c. In eodem V. 72. *Vos imploro & appello*, ſanctiſſimæ *deæ.* Deinde antiqui lapides pleni ſunt his inſcriptionibus, SILUANO SANCTO, APOLLINI SANCTO, AESCULAPIO SANCTO, SANCTISSIMO HERCULI, SOLI SANCTISSIMO, LIBERO PATRI SANCTO, BONAE DEAE SANCTAE, FORTUNAE SANCTAE, SANCTISSIMAE NEMESI, PROSERPINAE SANCTAE, INVICTAE ET VICTRICI SANCTAE DIANAE, aliiſque ejuſdem generis. Denique ſi quis durius nobiſcum, &, ut dici ſolet, ſummo jure agere velit, poſtuletque exempla in quibus & nomen dei, & hoc epitheton, & verbum deus, ſimul ſint, ne ea quidem deſunt. Gruter. Inſcr. XXXVIII. 7.

DEO. SANCTO
APOLLINI. PACIFERO

LXII. 8.

SILUANO. ET. HE
RCULI. SANCTISSI
MIIS. DEIS

LXXX. 5.

VIRGINI. VIC
TRICI. SANCTAE
DEAE. NEMESI

Examinavimus jam argumenta criticorum, fuſius id quidem fortaſſe quam oporteret, ita tamen ut multa, tum quæ nondum obſervata ſunt, tum quæ ab aliis dicta fortius urgeri poſſe videbantur, brevitatis cauſa omiſerimus. Si cui autem hæc res adhuc parum probabilis videatur, reputet ſecum, annon multo improbabilius ſit Juſtinum, hominem neque ſtultum neque inſanum, tantam cauſam apud Imperatorem, ſenatum, populumque Romanum agentem, nebulonem impuriſſimum in numerum deorum Romanorum aſcriptum fuiſſe affirmare, neque id ſemel, ſed bis, tempus conſecrationis definire, ut ſimulacrum ejus dejicerent orare, locum denique ipſum in quo poſitum erat nominare potuiſſe, niſi rem totam compertam exploratamque habuiſſet. In hac certe quæſtione, Utrum probabile ſit necne, id revera Romæ ſub Claudio factum fuiſſe quod refert Juſtinus, vereor ut nos, tot ſeculis elapſis, in tanta paucitate veterum ſcriptorum, ſatis idonei judices eſſe poſſimus: hominem autem ſanum, tantam rem ſuam tam negligenter agere poſſe, id vero ſemper & ubique improbabile eſſe nemo eſt omnium hominum quin videat; ipſa natura docet, ratio clamat, vita confirmat. Atque hæc quidem hactenus. Si quis autem quærat quid de hac re ipſe ſentiam, patroni me potius quam judicis partes egiſſe negare non poſſum, quæque dixi, non tam veritatis gratia, quam Juſtini, dixiſſe, cujus mihi cum editione defenſio ex veteri more neceſſario ſuſcipienda erat. Habet autem noſter defenſores multo ſinceriores, & cauſæ ſuæ magis confidentes, quorum argumenta qui videre cupit, legat Baronium XLIV. 55. & ſeqq. Petr. Halloix. Not. ad vit. Juſtini p. 381 & ſeqq. Tillemontium tom. 2. part. 1. p. 341 & ſeqq. & p. 176, 7, 8, 9. nuperæ *Defenſionis S. Auguſtini* a viro doctiſſimo mihique amiciſſimo conſcriptæ, quem, quanquam hoc pacto & cauſam Juſtini magna auctoritate, meque ipſum qui favorem ejus & amicitiam in maximis meis ornamentis numero, honore non minore defraudo, tamen quoniam ipſe in eo libro nomen ſuum inſcribi noluit, neque ego nomino. In contrariam partem copioſiſſime omnium diſputant, quantum certe vidi meminique, Samuel Baſnagius Exer. Hiſt. p. 570 & ſeqq. & Antonius Van Dale in *Diſſertatiuncula de ſtatua Simoni Mago erecta.*

7, 8. Ος καὶ σὺν αὐτῷ ἑπομένους ὡς μηδὲ ἀποθνήσκοιεν ἔπεισε] Euſeb. E. H. III. 26. p. 79. —καὶ διὰ

ἀπ' ἐκείνου τοῦτο ὁμολογοῦντες. Μαρκίωνα δέ τινα, Ποντικὸν, ὃς καὶ νῦν ἔτι ἐστὶ διδάσκων τοὺς πειθομένους, ἄλλον τινὰ νομίζειν μείζονα τοῦ δημιουργοῦ Θεόν· ὃς κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων, διὰ τῆς τῶν δαιμόνων συλλήψεως, πολλοὺς πεποίηκε βλασφημίας λέγειν, καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς Θεὸν, ἄλλον δέ τινα, ὡς ὄντα μείζονα, τὰ μείζονα παρὰ τοῦτον ὁμολογεῖν πεποιηκέναι. πάντες οἱ ἀπὸ τούτων ὁρμώμενοι, ὡς ἔφημεν, χριστιανοὶ καλοῦνται, ὃν τρόπον καὶ οἱ οὐ κοινωνοῦντες τῶν αὐτῶν δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις, τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινὸν ἔχουσιν. εἰ δὲ καὶ τὰ δύσφημα ἐκεῖνα μυθολογούμενα ἔργα πράττουσι, λυχνίας μὲν ἀνατροπὴν, καὶ τὰς ἀνέδην μίξεις, καὶ ἀνθρωπείων σαρκῶν βορὰς, οὐ γινώσκομεν· ἀλλ' ὅτι μὴ διώκονται, μηδὲ φονεύονται ὑφ' ὑμῶν, κἂν διὰ τὰ δόγματα, ἐπιστάμεθα.

nonnulli qui hoc profitentur. Tum autem Marcionem quendam Ponticum, qui etiam nunc vivit & diſcipulos ſuos docet alinm quendam hujus mundi opifice majorem opinari Deum: qui per omne quoque genus hominum, dæmonnm auxilio, plurimis auctor eſt ut blaſphema dicant, & effectorem hujus univerſitatis Deum negent, alium autem quendam, ut majorem, majora præter hunc condidiſſe profiteantur. Atque omnes qui ab his prodeunt, quemadmodum diximus, Chriſtiani vocantur; haud aliter atque philoſophis, cum eis non ſint commnnia dogmata, qnod tamen a philoſophia dicitur, commnne omnibus eſt nomen. An vero etiam hi infamia illa & fabuloſis in vulgus ſparſa ſermonibus facinora in ſe admittant, lucernæ everſionem, & promiſcuos concubitus, & humanarum carnium viſcerationes, neſcimus: perſecutione certe quidem eos non expeti, neq; occidi a vobis, ob ipſa etiam dogmata ſua, ſcimus.

Eſt

4. Νομίζειν μείζονα. Euſeb. Edit. Roberti Stephani, ὀνομάζειν μείζω, Ed. Valeſ. εἶναι νομίζειν μείζω. Niceph. εἶναι νομίζειν μείζονα. 4, 5. Τοῦ δημιουργοῦ Θεόν. Niceph. τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ. 5. Ος κατὰ. Euſ. & Niceph. ὃς καὶ κατά. 7, 8. Πεποίηκε βλασφημίας λέγειν. Euſ. πέπεικε βλάσφημα λέγειν. 8, 9. Ἀρνεῖσθαι τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς Θεόν. Euſ. ἀρνεῖσθαι τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ. 10. Τὰ μείζονα. Euſ. & Niceph. omittunt. 12. Πάντες. Euſ. καὶ πάντες. Ib. Ορμώμενοι. Euſ. & Niceph. ὁρμημένοι. 12, 3. Ως ἔφημεν. Euſ. & Niceph ὡς ἔφαμεν. 13 & ſeqq. Ον τρόπον κ.τ.λ. Euſ. & Niceph. ὃν τρόπον καὶ οὐ κοινῶν ὄντων δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις, τὸ ἐπικαλούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινόν ἐστι.

N O T Æ.

διὰ τοῦ μεμαθητευμένου πρὸς αὐτοῦ βαπτίσματος· οὐ τῶν κατηξιωμένων ἀθανασίαν ἀΐδιον ἐν αὐτῷ τούτῳ μεθέξειν τῷ βίῳ, μηκέτι θνήσκοντας, αὐτοῦ δὲ παραμένοντας εἰς τὸ ἀεὶ, ἀγήρως τινὰς καὶ ἀθανάτους ἐσομένους. Ubi pro ἀθανασίαν legendum ἀνάστασιν, quod & res ipſa clamat, & Irenæus, quem hic exſcribit Euſebius, ſatis plane teſtatur. Ejus hæc verba ſunt, I. 21. —— *Reſurrectionem enim per id quod in eum eſt baptiſma accipere ejus diſcipulos, & ultra non poſſe mori, ſed perſeverare non ſeneſcentes & immortales.*

9. Θεόν.] Loco unius iſtius vocis Euſebius habet πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ, ſed perperam, uti Valeſius in iſtum locum bene animadverrit. Grabe.

10. Τὰ μείζονα.] Hæ duæ voces occaſione præcedentis μείζονα male in Euſeb. ſunt omiſſæ. Grabe.

12, 3. Ως ἔφημεν.] Euſeb. ὡς ἔφαμεν. Dixit vero hæc Juſtinus ſupra p. 55. & 56. Grabe.

13 & ſeqq. Ον τρόπον καὶ οἱ οὐ κοινωνοῦντες &c.] Euſebius, Ον τρόπον καὶ οὐ κοινῶν ὄντων δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις, τὸ ἐπικαλούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινόν ἐστι. Juſtinus ſupra p. 56. Ον τρόπον οἱ ἐν Ἕλλησι τὰ αὐτοῖς ἀρεστὰ δογματίσαντες ἐκ παντὸς τῷ ἑνὶ ὀνόματι φιλοσοφίας προσαγορεύονται, καίπερ τῶν δογμάτων ἐναντίων ὄντων. Id. p. 55. Οἱ τὰ ἐναντία δοξάσαντες καὶ δογματίσαντες τῶν παλαιῶν τῷ ἑνὶ ὀνόματι προσαγορεύονται φιλόσοφοι.

17 & ſeqq. Εἰ δὲ καὶ τὰ δύσφημα ἐκεῖνα &c.] V. Tertull. Apol. c. 7, 8. Minuc. c. 9. Clem. Alex. Strom. III. 2. Euſ. E. H. IV. 7.

4 & ſeqq.

Eſt autem nobis liber contra omnes quæ fuerunt hæreſes compoſitus, quem ſi legere volueritis, dabimus. Nos ſane, ne quem perſequamur, neve impietatem committamus, pueros etiam recens natos exponere, improborum eſſe didicimus hominum: primum quidem quod omnes fere videamus ad quæſtum meretricium educari atque produci, non puellas modo, ſed & maſculos expoſitos. Et quemadmodum veteres dicuntur armenta & greges boum, vel caprarum, vel ovium, vel equorum armentalium aluiſſe; ita nunc & pueri ad turpem duntaxat uſum aluntur: atque itidem fœminarum, & ambigui ſexus androgynorum, & obſcœnorum familiæ, nefandi hujus piaculi gratia, per nationem omnem proſtant. Atq; horum vos mercedes, & collationes, & portoria capitis;

ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων συντεταγμένον, ᾧ εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν. ἡμεῖς δὲ, ἵνα μηδένα διώκωμεν, μηδὲ ἀσεβῶμεν, ἐκτιθέναι καὶ τὰ γεννώμενα, πονηρῶν εἶναι δεδιδάγμεθα. πρῶτον μὲν, ὅτι τοὺς πάντας σχεδὸν ὁρῶμεν ἐπὶ πορνείᾳ προάγοντας οὐ μόνον τὰς κόρας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄρσενας· καὶ ὃν τρόπον λέγονται οἱ παλαιοὶ ἀγέλας βοῶν, ἢ αἰγῶν, ἢ προβάτων τρέφειν, ἢ ἵππων φορβάδων, οὕτω νῦν καὶ παῖδας εἰς τὸ αἰσχρῶς χρῆσθαι μόνον· καὶ ὁμοίως θηλειῶν, καὶ ἀνδρογύνων, καὶ ἀρρητοποιῶν πλῆθος κατὰ πᾶν ἔθνος ἐπὶ τούτου τοῦ ἄγους ἕστηκε· καὶ τούτων μισθοὺς, καὶ εἰσφορὰς, καὶ τέλη λαμ-

2, 3. Συντεταγμένον. Euſeb. & Niceph. omittunt.

N O T Æ.

4 & ſeqq Ἡμεῖς δὲ &c.] Quid iſti faciunt, neſcimus: nos autem adeo non infantes edimus, quod nobis objectatis, ut ne exponamus quidem, quod vos ipſi facitis.

4, 5. Μηδένα διώκωμεν, μηδὲ ἀσεβῶμεν.] Μηδὲν ἀδικῶμεν, ſcribendum eſſe contendo, præſertim quum & alibi τῷ ἀδίκῳ ἀσεβὲς ſubjungat: & quidem in fine ejuſdem paginæ hæc copulet, ſed ordine inverſo. Dicit enim, ἥπερ μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστί. H. STEPHANUS. Billius legit μηδένα ἀδικῶμεν, cui lectioni favere videatur quod mox ſequitur, ἐκτιθέναι ΚΑΙ ΤΑ ΓΕΝΝΩΜΕΝΑ, niſi forte ibi potius legendum ſit, καὶ ἐκτιθέναι τὰ γεννώμενα.

5, 6. Ἐκτιθέναι καὶ τὰ γεννώμενα.] H. Steph. annotat fortaſſe poſt commation iſtud, ἐκτιθέναι καὶ τὰ γεννώμενα, deeſſe φυλαττόμεθα, aut aliud hujuſmodi verbum, & cauſalem particulam ὅτι. Sed poteſt etiam abſque illis & ſtructura conſiſtere, & ſententia. SYLBURG.

6. Πονηρῶν.] Poſſet quoque commode legi πονηρόν. GRABE.

10 & ſeqq. Ὃν τρόπον λέγονται οἱ παλαιοὶ ἀγέλας βοῶν &c.] His gemina habet Tatianus pag. 100. mentionem faciens Ῥωμαίων, παίδων ἀγέλας, ὥσπερ ἵππων φορβάδων, συναγείρειν πειρωμένων, nec non Clemens Alex. lib. III. Pædagogi cap. 4. p. 299. Οἰνοχόων τε ὅμιλος ἀσκεῖται παρ' αὐτοῖς, καὶ μειρακίων ὡραίων ἀγέλαι, καθάπερ θρεμμάτων, &c. GRABE.

14, 5, 6, 7. Καὶ ὁμοίως θηλειῶν καὶ ἀνδρογύνων καὶ ἀρρητοποιῶν πλῆθος κατὰ πᾶν ἔθνος ἐπὶ τούτου τοῦ ἄγους ἕστηκε.] Quid ſit ἐπὶ τούτου τοῦ ἄγους, ſi Juſtinus ita ſcripſit, planum facit tum quod proxime antecedit, tum res ipſa de qua loquitur; nempe εἰς τὸ αἰσχρῶς χρῆσθαι. Sed quid ſi ſic legamus? ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τέγους ἕστηκε. Hieronymus in Eſai. ii. col. 24, 5. *In tantum autem Græci & Romani hoc quondam vitio laboraverunt, ut—inter ſcorta in fornicibus ſpectaculorum pueri ſteterint publicæ libidini expoſiti.* Diogenes Laert. in Socr. p. 41. Φαίδωνα δὲ δι' αἰχμαλωσίαν ἐπ' οἰκήματος καθήμενον &c. Id. in Diog. p. 152. Περὶ παιδὸς πεπορνευκότος ἐρωτηθεὶς πόθεν εἴη, Τεγεάτης, ἔφη. Sed nihil muto.

15. Ἀνδρογύνων.] Plin. VII. 3. *Gignuntur & utriuſque ſexus, quos hermaphroditos vocamus, olim androgynos vocatos & in prodigiis habitos, nunc in deliciis.*

17 & ſeqq. Τούτων μισθοὺς καὶ εἰσφορὰς καὶ τέλη λαμβάνετε.] Sueton. in Calig. c. 40. *Pro edulis quæ tota urbe venirent, certum ſtatumque exigebatur—— Ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octava, ex capturis proſtituturum quantum quæque uno concubitu mereret. Additumque ad caput legis ut tenerentur publico & quæ meretricium & qui lenocinium feciſſent.* Lampridius in Alexandro Severo p. 121. *Lenonum vectigal, & meretricum, & exoletorum, in ſacrum ærarium inferri vetuit, ſed ſumptibus publicis ad inſtaurationem theatri, circi, amphitheatri, & ærarii deputavit.* Sublatum poſtea eſt hoc vectigal lege ult. tit. XL. lib. XI. cod. Juſt.

1, 2. Δέον

βάνεις, δέον ἐκκόψαι ἀπὸ τῆς ἡμετέ-
ρας οἰκουμένης. καὶ τῶν τούτοις χρω-
μένων τὶς, πρὸς τῇ ἀθέῳ καὶ ἀσε-
βεῖ καὶ ἀκρατεῖ μίξει, εἰ τύχοι, τέκνῳ,
ἢ συγγενεῖ, ἢ ἀδελφῷ μίγνυται. (οἱ δὲ
καὶ τὰ ἑαυτῶν τέκνα, καὶ τὰς ὁμο-
ζύγους προαγωγεύουσι), καὶ φανερῶς
εἰς κιναιδίαν ἀποκόπτονταί τινες, καὶ εἰς
μητέρα θεῶν τὰ μυστήρια ἀναφέρου-
σι, καὶ παρὰ παντὶ τῶν νομιζομένων
71 παρ' ὑμῖν θεῶν, ὄφις σύμβολον μέ-
γα καὶ μυστήριον ἀναγράφεται· καὶ τὰ
φανερῶς ὑμῖν πραττόμενα καὶ τιμώ-
μενα, ὡς ἀνατετραμμένου καὶ οὐ πα-
ρόντος φωτὸς θείου, ἡμῖν προσγρά-
φετε, ὅπερ ἀπηλλαγμένοις ἡμῖν τοῦ
πράττειν τὶ τούτων οὐ βλάβην φέ-
ρει, ἀλλὰ τοῖς πράττουσι καὶ ψευδο-
μαρτυροῦσι μᾶλλον. παρ' ἡμῖν μὲν

capitis; cum ex orbe veſtro exſcindere eos oporteret. Et aliquis cum hiſce conſueſcens, præterquam quod impio atque incontinenti a Deo prorſus averſus, ſe polluit concubitu, cum liberis etiam, ſi fors ita ferat, aut cognato, aut germano miſceatur. Nonnulli vero liberos quoque ſuos & conjuges proſtituunt, & manifeſto quidam ad obſcœna facinora abſcinduntur, & in Matrem Deorum initia & ſacra hujuſmodi inferuntur. Et apud quemque eorum qui a vobis cenſentur deorum, ſerpentem, veluti ſymbolum magnum atque myſterium, pingitis. Atque ea quæ a vobis in propatulo fiunt & in honore habentur, perinde atque everſum eſſet, neque adeſſet, divinum lumen, nobis adſcribitis; quod quidem nobis qui longe ab hujuſmodi admittendis abſumus ſceleribus, nihil affert detrimenti, ſed patratoribus ipſis & falſo teſtificantibus, plurimum. Apud nos enim

NOTÆ.

1, 2. Δέον ἐκκόψαι ἀπὸ τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης.] Ita ed. R. Stephani, ſed omnino legendum cum reliquis ὑμετέρας. Xiphilinus in Nerone p. 179. ed. R. Steph. Τὸ δὲ κήρυγμα ἦν, Νέρων Καῖσαρ νικᾷ τόνδε τὸν ἀγῶνα, καὶ στεφανοῖ τόν τε τῶν Ῥωμαίων δῆμον καὶ τὴν ἰδίαν οἰκουμένην.

2 & ſeqq. Καὶ τῶν τούτοις χρωμένων τις &c.] Clem. Alex. Pæd. lib. III p. 265. Ἀλλ' οὐδὲ συνίασιν οἱ ταλαίπωροι εἰς τὸ ἄδηλον τῆς ζωνοσίας πολλὰς ἐργάζονται τραγῳδίας. παιδὶ πορνεύσαντι καὶ μαχλώσαις θυγατράσιν ἀγνοήσαντες πολλάκις μίγνυνται πατέρες, οὐ μεμνημένοι τῶν ἐκτεθέντων παιδίων. Lactantius VI. 20. p. 371. *Quis dubitet quin impius ſit qui alienæ miſericordiæ locum non tribuit* (f. leg. *locum tribuit*) *qui etiamſi contingat ei quod voluit, ut alatur, addixit certe ſanguinem ſuum vel ad ſervitutem vel ad lupanar. Quæ autem poſſint vel ſoleant accidere in utroque ſexu vel per errorem quis non intelligit? quis ignorat? Quod vel unius Oedipodis declarat exemplum, duplici ſcelere confuſum.* Minucius c. XXXI. p. 325. & ſeqq. *Merito igitur inceſtum penes vos ſæpe deprehenditur, ſemper admittitur. Etiam neſcientes miſeri poteſtis in illicita proruere. Dum venerem promiſce ſpargitis, dum paſſim liberos ſeritis, dum etiam domi natos* alienæ miſericordiæ *frequenter exponitis, neceſſe eſt in veſtros recurrere, in filios inerrare. Sic inceſti fabulam nectitis etiam cum conſcientiam non habetis.* V. Tertull. Apol. c. IX. p. 11. & 1. ad Nat. c. XVI. p. 61.

10, 1. Παρὰ παντὶ τῶν νομιζομένων παρ' ὑμῖν θεῶν.] Pro θεῷ non minus convenienter legeris θεῶν: nempe ad genitivos illos τῶν νομιζομένων relatione facta. Niſi forte ſingulariter malis παρὰ παντὶ τῷ νομιζομένῳ παρ' ὑμῖν θεῷ. Sylburgius.

11, 2. Ὄφις σύμβολον μέγα καὶ μυστήριον ἀναγράφεται.] Sacra beſtia olim erat apud multas nationes ſerpens, & multorum myſteriorum pars non parva, ſymbolum etiam æternitatis, & ſapientiæ, & potentiæ; denique nihil in diis ineſſe arbitrabantur ethnici cujus non ſimilitudinem gereret hoc fœdum animal. Qua de cauſa, aliique quæ ad ſingulorum ſive naturam ſive artificium ſpectabant, vix quiſquam fuit deorum cui ſerpentem non appingebant, quod partim libri, maxime autem nummi, aliaque vetuſtatis monumenta, nos docent. Plutarchus in Ag. & Cleom. p. 524. Οἱ παλαιοὶ μάλιστα τῶν ζώων τὸν δράκοντα τοῖς ἥρωσι συνῳκείωσαν. Scholiaſt. ad Ariſtoph. Plut. v. 733. Κοινῶς μὲν πᾶσι τοῖς ἥρωσι δράκοντες παρετίθεντο, ἐξαιρέτως δὲ τῷ ἀσκληπιῷ. Macrob. Sat. I. 20. *Hinc eſt quod ſimulacris Æſculapii & Salutis draco ſubjungitur, quod hi ad ſolis naturam lunæque referuntur.* Artemidorus Onirocrit. II. 13. Δράκων ὁρώμενος σημαίνει καὶ θεοὺς πάντας οἷς ἐστιν ἱερὸς, εἰσὶ δὲ οἵδε· Ζεὺς σαβάζιος, ἥλιος, δημήτηρ καὶ κόρη, ἑκάτη, ἀσκληπιὸς, ἥρωες. Clem. Al. Coh. p. 11. Σημεῖον ὀργίων βακχικῶν ὄφις ἐστὶ τετελεσμένος. F. τελεσμένοις. Ib. p. 14. Σαβαζίων γοῦν μυστηρίων σύμβολον τοῖς μυουμένοις, ὁ διὰ κόλπου θεός· δράκων δέ ἐστιν οὗτος, διελκόμενος τοῦ κόλπου τῶν τελουμένων. V. Euſeb. P. E. I. 10. p. 40, 1, 2.

14, 5. Ὡς ἀνατετραμμένου καὶ μὴ παρόντος φωτὸς θείου.] Reſpicit λυχνίας ἀνατροπὴν p. 70.

dux malorum dæmonum ſerpens vocatur, & ſatanas, & diabolus, ſicuti ex libris noſtris, ſi inquiratis, cognoſcere poteſtis; quem una cum exercitu ſuo, & hominibus eum ſequentibus, in ignem miſſum & per ſeculum infinitum excruciatum iri præmonſtravit Chriſtus. Quod enim hoc nondum factum ſit a Deo, propter hominum genus, cui mora hæc datur, id accidit. Prævidet namque quoſdam ex pœnitentia ſalutem conſequuturos, quoſdam etiam qui fortaſſis necdum nati ſunt. Et ab initio ille genus humanum ita creavit, ut intelligentia præditum eſſet, & arbitrii liberi poteſtate delectum tum vera conſectandi, tum bene agendi obtineret. Quocirca excuſatione nulla defendi poſſunt mortales omnes apud Deum; rationales enim & ad contemplationem appoſiti creati ſunt. Si quis vero non credit Deum iſta curare, ille aut eum non eſſe confiteatur neceſſe eſt, aut certe ſi ſit, pravitate gaudere, aut ſaxo ſimilem manere, & neque virtutem neq; vitium quidquam eſſe, ſed opinione tantum homines hæc vel bona vel mala putare; quæ quidem ſumma impietas eſt, & injuſtitia.) Tum

γὰρ ὁ ἀρχηγέτης τῶν κακῶν δαιμόνων ὄφις καλεῖται, καὶ σατανᾶς, καὶ διάβολος, ὡς καὶ ἐκ τῶν ἡμετέρων συγγραμμάτων ἐρευνήσαντες μαθεῖν δύνασθε· ὃν εἰς τὸ πῦρ πεμφθήσεσθαι μετὰ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς καὶ τῶν ἑπομένων ἀνθρώπων, κολασθησομένους τὸν ἀπέραντον αἰῶνα, προεμήνυσεν ὁ Χριστός. καὶ γὰρ ἡ ἐπιμονὴ τοῦ μηδέπω τοῦτο πρᾶξαι τὸν Θεὸν, διὰ τὸ ἀνθρώπινον γένος γεγένηται. προγινώσκει γάρ τινας ἐκ μετανοίας σωθήσεσθαι μέλλοντας, καί τινας μηδέπω ἴσως γεννηθέντας. καὶ τὴν ἀρχὴν νοερὸν καὶ δυνάμενον αἱρεῖσθαι τἀληθῆ, καὶ εὖ πράττειν, τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον πεποίηκεν, ὡς ἀναπολόγητον εἶναι τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις παρὰ τῷ Θεῷ, λογικοὶ γὰρ καὶ θεωρητικοὶ γεγένηνται. εἰ δέ τις ἀπιστεῖ μέλειν τούτων τῷ Θεῷ, ἢ μὴ εἶναι αὐτὸν διὰ τέχνης ὁμολογήσει, ἢ ὄντα χαίρειν κακίᾳ φήσει, ἢ λίθῳ ἐοικότα μένειν, καὶ μηδὲν εἶναι ἀρετὴν μηδὲ κακίαν, δόξῃ δὲ μόνον τοὺς ἀνθρώπους ἢ ἀγαθὰ ἢ κακὰ ταῦτα ἡγεῖσθαι· ἥπερ μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστί.)

NOTÆ.

2, 3. Ὄφις καλεῖται, καὶ σατανᾶς, καὶ διάβολος.] Ita in Dialogo cum Tryphone pag. 331. de principe dæmoniorum ait: ὃν Μωυσῆς μὲν ὄφιν καλεῖ, ἐν δὲ τῷ Ἰὼβ καὶ τῷ Ζαχαρίᾳ διάβολος κέκληται, καὶ ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ σατανᾶς προσηγόρευται. GRABE.

3, 4. Ἐκ τῶν ἡμετέρων συγγραμμάτων.] Præter loca in Dialogo cum Tryphone indicata reſpexit Apocalypſin S. Joannis cap. xx. ℣. 2. ubi omnia tria iſta maligni ſpiritus nomina junctim habentur: τὸν ὄφιν τὸν ἀρχαῖον, ὅς ἐστι διάβολος καὶ σατανᾶς. GRABE.

16. Εὖ πράττειν.] Difficile eſt dicere, tum de Juſtino, tum etiam de interprete ejus Lango, utrum virtutem hic an felicitatem intelligi voluerint. Puto tamen Langum prius voluiſſe, Juſtinum autem poſterius: certe ea ſignificatio hujus phraſis, εὖ πράττειν, & elegantior eſt & multo uſitatior.

21, 2. Μὴ εἶναι αὐτὸν διὰ τέχνης ὁμολογήσει.] Grabius *Billium fruſtra* ait *conjeciſſe legendam* ἀτεχνῶς *vel* ἀτεχνῶς; *vulgatam enim lectionem optimam eſſe, ſi exponatur ex Sapient. XIII. 1.* nempe ſic, ita enim ipſe in verſione, *non confitebitur ex arte ſive opificio Dei, eum exiſtere*; quo commento nihil unquam vidi ineptius. Langus, homo haud paulo ſolertior Grabio, etiam minus eo, ſi fieri poteſt, hunc locum intellexit. Ita enim vertit, *Si quis vero non credit Deum iſta curare, aut eum non eſſe arte compoſita oratione aſſerit: aut certe ſi eſt, pravitate gaudere: aut ſaxi inſtar perſiſtere* &c. exiſtimatque *aut aliquid deeſſe aut* ἀναπόδοτον *eſſe, id quod conſequitur lectoris cogitationi relinquens.* Quanto melius bonus Perionius, *Quod ſi quis hæc Deum curare non credit, is profecto aut eum non eſſe arte & aſtutia profitebitur.* Juſtinus ad Zen. p. 517. Συμβαίνει γὰρ ἐνίους κλεπτίστους ἰδεῖν, διὰ τὸ μὴ ἐκ προθέσεως πλημμελεῖν καλλωπίζειν τὰς ὄψεις, διὰ τέχνης τοῦτο πράττειν. Si quid autem mutandum, mallem multo legere δι' ἀνάγκης, quam cum Billio ἀτεχνῶς vel ἀτεχνῶς.

22, 3. Ἢ ὄντα χαίρειν κακίᾳ φήσει.] F. κακίᾳ πάσῃ. Sed nihil muto.

Καὶ πάλιν μή τις τῶν ἐκτεθέντων μὴ ἀναληφθεὶς θανατωθῇ, καὶ ὦμεν ἀνδροφόνοι. ἀλλ' ἢ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐγαμοῦμεν εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῇ, ἢ παραιτούμενοι τὸ γήμασθαι, τέλεον ἐνεκρατευόμεθα. καὶ ἤδη τις τῶν ἡμετέρων ὑπὲρ τοῦ πεῖσαι ὑμᾶς ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν μυστήριον ἡ ἀνέδην μίξις, βιβλίδιον ἀνέδωκεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Φίληκι ἡγεμονεύοντι, ἀξιῶν ἐπιτρέψαι ἰατρῷ τοὺς διδύμους αὐτοῦ ἀφελεῖν· ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπειρῆσθαι οἱ ἐκεῖ ἰατροὶ ἔλεγον. καὶ μηδόλως βουληθέντος Φίληκος ὑπογράψαι, ἐφ' ἑαυτοῦ μείνας ὁ νεανίσκος, ἠρκέσθη τῇ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ὁμογνωμόνων συνει-
72 δήσει. οὐκ ἄτοπον δὲ ἐπιμνησθῆναι ἐν τούτοις ἡγησάμεθα καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γεγενημένου, ὃν καὶ πάντες ὡς θεὸν διὰ φόβου σέβειν ὥρμηντο, ἐπιστάμενοι τίς τε ἦν, καὶ πόθεν ὑπῆρχεν.

Tum autem, quod metuamus ne quis expoſitorum infantium, non ſublatus, morte conſumatur, & homicidæ ſiamus. Quin omnino vel matrimonium non contrahimus niſi liberorum creandorum atque educandorum gratia, vel conjugium detrectantes, perpetuo nos continemus. Et jam noſtrorum quidam, ut vobis perſuaderet non eſſe nobis myſterium, promiſcuum concubitum, libellum obtulit Alexandriæ Felici præſidi, medico permitti poſtulans, ut teſtes ſibi abſcinderet (nam ſine permiſſu præſidis id facere, loci ejus medici interdictum eſſe dicebant) Felice vero prorſus petitioni ejuſmodi ſubſcribere nolente, perſeverans in propoſito ſuo adoleſcens, in ſua, & eorum qui idem ſecum ſentiebant, conſcientia acquievit. Non abſurdum vero eſſe duco hoc loco ejus qui non ita pridem inter homines fuit meminiſſe Antinoi, quem cuncti per timorem tanquam deum colere cœperunt, ſcientes quiſnam fuerit, & unde extiterit.

Verum

19. Ἡγησάμεθα. Euſ. H. E. IV. 8. ἡγούμεθα. 20. Γεγενημένου. Euſ. & Niceph. γενομένου. Ib. Ὃν καὶ πάντες. Euſ. ed. R Steph. ὃν ἅπαντες, ed. Valeſ. ὃν καὶ ἅπαντες. Niceph. ὃν καὶ πάντες. 21. Διὰ φόβου. Euſ. & Niceph. διὰ φόβον. Ib. ὥρμηντο. Niceph. ὥρμηνται.

N O T Æ.

1, 2. Καὶ πάλιν &c.] V. p. 44. l. 4. & ſeqq. hujus editionis.

4, 5. Εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῇ.] Apte hoc & appoſite dicitur tum ad objecta Chriſtianis flagitia, ſtupra promiſcua, cædes infantium, epulaſque Thyeſteas, tum etiam ad morem exponendi liberos, quod genus infanticidii Juſtinus Gentilibus viciſſim objicit. Nullum enim horum ſcelerum in eum cadit qui voluptatem contemnit, neque niſi liberorum ſuſcipiendorum educandorumque cauſa uxorem ducit.

10—15. Φίληκι——Φίληκος.] Legendum cum Sylburgio Φήλικι—Φήλικος. Grabe.

12, 3. Ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπειρῆσθαι.] Cujacius ad Juſtinian. Novell. 142. Op. Tom. 2. col. 774, 5. *Vetus hæc eſt conſtitutio, ne eunuchi fiant, Nervæ, Adriani, Domitiani, de qua præter alios auctores Papinius,*

Qui fortem vetat interire ſexum,
Et cenſor prohibet mares adultos
Pulchræ ſupplicium timere formæ.

Sunt & eadem de re S. Conſulta quædam l. 3. & 6. ff. ad leg. Corn. de ſic. quibus omnibus hæc exceptio applicatur, niſi præſes permittat, & niſi morbus irrumpens in eam partem hoc exigat. Extat eodem titulo, qui eſt octavus libri XLVIII, reſcriptum Adriani ſuper hac re, cujus hanc partem accipe, *Nemo liberum ſervumve invitum ſinentemve caſtrare debet, neve quis ſe ſponte caſtrandum præbere. Ac ſi quis adverſus edictum meum fecerit, medico quidem, qui exciderit, capitale erit; item ipſi qui ſe ſponte excidendum præbuit.*

18—22. Οὐκ ἄτοπον δὲ ἐπιμνησθῆναι ἐν τούτοις ἡγησάμεθα καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γεγενημένου, ὃν καὶ πάντες ὡς θεὸν διὰ φόβου σέβειν ὥρμηντο, ἐπιστάμενοι τίς τε ἦν καὶ πόθεν ὑπῆρχεν.] Pro διὰ φόβου legendum διὰ φόβον cum Euſebio. Athanaſius c. Gent. p. 9. ——Καὶ ὁ νῦν Ἀδριανοῦ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως παιδικὸς Ἀντίνοος, ὃν καίπερ εἰδότες ἄνθρωπον, καὶ ἄνθρωπον οὐ σεμνὸν, ἀλλ' ἀσελγείας ἔμπλεων, διὰ φόβον τοῦ προστάξαντος σέβουσιν. Idem narrant alii

multi

Verum enimvero ne quis nobis adverſandi ſtudio objiciat, nihil obſtare quin etiam qui a nobis vocatur Chriſtus, cum homo ex hominibus fuerit, arte magica virtutes quas dicimus ediderit, atque ob id pro Dei filio habitus ſit, demonſtrationem jam aggrediemur, non dicentibus credentes, ſed prædicentibus priuſquam fierent neceſſario fidem habentes, quod oculis etiam ipſis, ita ut prædicta ſunt, facta eſſe & fieri quæque cernamus: quæ maxima & veriſſima vobis quoque, ut arbitramur, videbitur eſſe probatio. Fuere homines quidam apud Judæos, prophetæ Dei, per quos Spiritus Propheticus quæ futura erant, antequam fierent, prænunciavit; atque horum vaticinia, qui temporibus ſuis in Judæa fuere reges, ita ut cum ederentur, promulgata ſunt, vernacula Hebræorum

Ὅπως δὲ μή τις ἀντιθεὶς ἡμῖν, τί κωλύει καὶ τὸν παρ' ἡμῖν λεγόμενον Χριστὸν, ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων ὄντα, μαγικῇ τέχνῃ ἃς λέγομεν δυνάμεις πεποιηκέναι, καὶ δόξαι διὰ τοῦτο υἱὸν Θεοῦ εἶναι, τὴν ἀπόδειξιν ἤδη ποιησόμεθα, οὐ τοῖς λέγουσι πιστεύοντες, ἀλλὰ τοῖς προφητεύουσι πρὶν ἢ γενέσθαι κατ' ἀνάγκην πειθόμενοι, διὰ τὸ καὶ ὄψει ὡς προεφητεύθη ὁρᾷν γενόμενα καὶ γινόμενα, ἥπερ μεγίστη καὶ ἀληθεστάτη ἀπόδειξις καὶ ὑμῖν, ὡς νομίζομεν, φανήσεται. Ἄνθρωποι οὖν τινὲς ἐν Ἰουδαίοις γεγένηνται Θεοῦ προφῆται, δι' ὧν τὸ προφητικὸν πνεῦμα προεκήρυξε τὰ γενήσεσθαι μέλλοντα, πρὶν ἢ γενέσθαι· καὶ τούτων οἱ ἐν Ἰουδαίοις κατὰ καιροὺς γενόμενοι βασιλεῖς, τὰς προφητείας ὡς ἐλέχθησαν ὅτε προεφητεύοντο, τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν Ἑβραΐδι

NOTÆ.

multi ſcriptores, tum Chriſtiani, tum etiam ethnici. Neque fortaſſe neſciebat Juſtinus, quod hæc ipſa verba & continuatioerieſque orationis oſtendere videantur, qualis homo eſſet Antinous, ſed pium imperatorem aperta paterni flagitii commemoratione noluit nimis offendere. Neque porro cum tam late cultum eum fuiſſe ſcribit, ultra veritatem & ſermonis conſuetudinem rem verbis amplificat. Etenim non in Africa tantum, ſed in reliquis etiam duabus orbis partibus, colebatur, quod & veteres ſcriptores nos docent, & nummi confirmant. Quibus autem meritis tantos honores conſecutus ſit, inter hiſtoricos non conſtat. Dio in Adr. —παιδικά τε αὐτοῦ ἐγεγόνει, καὶ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐτελεύτησεν, εἴτ' οὖν εἰς τὸν Νεῖλον ἐκπεσὼν, ὡς Ἀδριανὸς γράφει, εἴτε καὶ ἱερουργηθεὶς, ὡς ἡ ἀλήθεια ἔχει· τά τε γὰρ ἄλλα περιεργότατος Ἀδριανὸς, ὥσπερ εἶπον, ἐγένετο, καὶ μαντείαις μαγγανείαις τε παντοδαπαῖς ἐχρῆτο. Καὶ οὕτω γε τὸν Ἀντίνοον, ἤτοι διὰ τὸν ἔρωτα αὐτοῦ, ἢ ὅτι ἐθελοντὴς ἐθανατώθη (ἑκουσίου γὰρ ψυχῆς πρὸς ἃ ἐπεράττεν ἐδέετο) ἐτίμησεν ὡς καὶ πόλιν ἐν τῷ χωρίῳ ἐν ᾧ τοῦτ' ἔπαθε συνοικίσαι, καὶ ὀνομάσαι ἀπ' αὐτοῦ· καὶ ἐκείνου ἀνδριάντας ἐν πάσῃ, ὡς εἰπεῖν, οἰκουμένῃ, μᾶλλον δὲ ἀγάλματα, ἀνέθηκε. Spartianus: *Antinoum ſuum dum per Nilum navigat, perdidit, quem muliebriter flevit. De quo varia fama eſt, aliis eum devotum pro Adriano aſſerentibus, aliis quod & forma ejus oſtentat, & nimia voluptas Adriani. Et Græci quidem volente Adriano eum conſecraverunt, oracula per eum dari aſſerentes, quæ Adrianus ipſe compoſuiſſe jactatur.* Plura de Antinoo videre potes apud Euſeb. H. E. IV. 8. Clem. Al. p. 43, 4. Orig. c. Celſ. p. 132, 3. Epiphan. Anc. p. 109. Pauſan. VIII. 9. Caſaubon. & Salmaſ. ad locum Spartiani modo recitatum, Scalig. Animadv. in Euſeb. p. 214. Spanb. de num. p. 651, & ſeqq. ed. ſecundæ, alioſque non paucos.

1. Ἀντιθεὶς.] F. ἀντιθῇ, vel ἀντιθείη.

2, 3, 4. Ἡμῖν—λεγόμενον.] Erunt fortaſſe qui legendum putent, ὑμῖν—λεγεῖς. Nos nihil mutamus. Cyril. X. c. Jul. p. 346. Μὴ καταιτιάσθω λέγων, διὰ τί μὴ προσάγομεν ἱερεῖα βωμοῖς. Similiter non raro alii.

4, 5. Μαγικῇ τέχνῃ ἃς λέγομεν δυνάμεις πεποιηκέναι.] Eidem objectioni eodem modo occurrit Irenæus lib. II. cap. 57. pag. 188. Εἰ δὲ καὶ τὸν Κύριον φαντασιωδῶς τὰ τοιαῦτα πεποιηκέναι φήσουσιν, ἐπὶ τὰ προφητικὰ ἀνάγοντες αὐτοὺς, ἐξ αὐτῶν ἐπιδείξομεν, πάντα οὕτως περὶ αὐτοῦ καὶ προειρῆσθαι, καὶ γεγονέναι βεβαίως, καὶ αὐτὸν μόνον εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Grabe. Lactantius V. 3. *Diſce igitur, ſi quid tibi cordis eſt, non idcirco a nobis Deum creditum Chriſtum, quia mirabilia fecit; ſed quia vidimus in eo facta eſſe omnia quæ nobis annunciata ſunt vaticinio prophetarum. Fecit mirabilia: magum putaſſemus, ut & vos nuncupatis* (f. l. cum editore Oxon. *nunc putatis*) *& Judæi tunc putaverunt, ſi non illa ipſa facturum Chriſtum prophetæ omnes uno ſpiritu prædixiſſent.*

6, 7. Τὴν ἀπόδειξιν ἤδη ποιησόμεθα.] V. p. 60. & 68.

8, 9. Τῷ

βραΐδι φωνῇ ἐν βιβλίοις ὑπ' αὐτῶν τῶν προφητῶν συντεταγμένας κτώμενοι περιεῖπον. ὅτε δὲ Πτολεμαῖος ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς βιβλιοθήκην κατεσκεύαζε, καὶ τὰ πάντων ἀνθρώπων συγγράμματα συνάγειν ἐπειράθη, πυθόμενος καὶ περὶ τῶν προφητειῶν τούτων, προσέπεμψε τῷ τῶν Ἰουδαίων τότε βασιλεύοντι Ἡρώδῃ, ἀξιῶν διαπεμφθῆναι αὐτῷ τὰς βίβλους τῶν προφητειῶν. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς Ἡρώδης τῇ προειρημένῃ Ἑβραΐδι αὐτῶν φωνῇ γεγραμμένας διεπέμψατο. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἦν γνώριμα τὰ ἐν αὐταῖς γεγραμμένα τοῖς Αἰγυπτίοις, πάλιν αὐτὸν ἠξίωσε πέμψας τοὺς μεταβαλοῦντας αὐτὰς εἰς τὴν ἑλλάδα φωνὴν ἀνθρώπους ἀποστεῖλαι. καὶ τούτου γενομένου, ἔμειναν αἱ βίβλοι καὶ παρ' Αἰγυπτίοις μέχρι τοῦ δεῦρο, καὶ πανταχοῦ παρὰ πᾶσίν εἰσιν Ἰουδαίοις, οἳ καὶ ἀναγινώσκοντες οὐ συνιᾶσι τὰ εἰρημένα, ἀλλ' ἐχθροὺς ἡμᾶς καὶ πολεμίους ἡγοῦνται, ὁμοίως ὑμῖν ἀναιροῦντες καὶ κολάζοντες ἡμᾶς ὁπόταν δύνωνται, ὡς καὶ πεισθῆναι δύνασθε· καὶ γὰρ ἐν τῷ νῦν γεγενημένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ, Βαρχοχέβας, ὁ τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως ἀρχηγέτης, Χριστιανοὺς μόνους εἰς τιμωρίας δεινάς, εἰ μὴ ἀρνοῖντο Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν καὶ βλασφημοῖεν, ἐκέλευεν ἀπάγεσθαι. ἐν δὴ ταῖς

bræorum lingua in libris ab ipſis prophetis ſcripta, conſervarunt. Cum autem Ptolemæus Ægyptiorum rex bibliothecam inſtitueret, & hominum omnium ſcripta comportare conaretur, de prophetiis hiſce quoque certior factus, ad Herodem Judæorum tum regem miſit, copiam ſibi fieri propheticorum librorum petens. Ac rex quidem Herodes illos, qua diximus Hebraica lingua conſcriptos, ad eum miſit. Verum cum Ægyptiis incognita eſſent, quæ in iis ſcripta erant, denuo legatione miſſa illum rogavit, ut ad ſe, qui libros eos in Græcum transferrent ſermonem, homines mitteret. Atque hoc ſic facto, libri & apud Ægyptios permanſere ad hodiernum uſque diem, & apud omnes ubique Judæos ſunt, qui eos legentes non intelligunt, ſed pro inimicis nos & hoſtibus habentes, itidem uti vos, cum poſſunt, occidunt & excruciant, quemadmodum perſuaderi poteſtis; proximo namque Judaico bello Barchochebas, defectionis Judæorum dux, ſolos Chriſtianos ad gravia ſupplicia, niſi Chriſtum abnegarent, & maledictis inceſſerent, protrahi juſſit. In his autem

27. Γεγενημένῳ. Euſeb. H. E. IV. 8. γενομένῳ. 28. Βαρχοχέβας. Euſ. Βαρχωχέβας. 32. Ἀπάγεσθαι. Euſeb. ἄγεσθαι.

N O T Æ.

2. Συντεταγμένας.] Erunt fortaſſe qui leg. putent συντεταγμένοις. Nos lectionem vulgatam non mutamus.

& Grabium, Langus enim prætermiſit hunc locum. Si quis autem vertendus potius putet, *noſtris temporibus*, quanquam hoc in tanto intervallo videatur paulo durius, non magnopere tamen repugnabo.

7, 8. Ἐκ τοῦ προειπεῖν προεγνωσμένα.] Perionius, *quod ea quæ ante ſtatuta ſunt, prædicantur.* Langus, *perinde atque quod prædicta ſint, conſtituta quoque atque decreta habeantur.* Grabius, *atque eo quod prædicta ſint prædeterminata eſſe.* Quorum nullus mentem Juſtini aſſecutus eſt. Reſpicit ad ſua ipſius verba, quæ paulo ante dixerat, τὰ πάντως ἐγνωσμένα γενησόμενα προλέγει ὡς ἤδη γενόμενα.

9. Διαλυόμεθα.] Aptius διαλυσόμεθα futuro tempore; vel, modo mutato διαλυώμεθα. SYLBURG.

11, 2. Κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἑκάστου ἀποδίδοσθαι.] F. ἑκάστῳ. Dial. p. 234. τὰ ἄξια ἑκάστῳ προσδοκιμάζων. Ib. p. 258. Καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ προσνέμειν.

16. Εἰ γάρ.] F. εἰ δέ. Sed niſi una litura nihil hunc locum emendare poteſt. Neque nos ulla lex cogit Juſtini Syllogiſmos aut præſtare aut corrigere.

17, 8, 9. Οὔθ' οὗτος ἀποδεκτὸς, οὐδὲ ἐκεῖνος μεμπτέος.] Poteſt ἀποδεκτὸς λόγος reddi etiam dictum dignum quod admittatur, ſeu recipiatur. Eſtque minus uſitatum iſtud verbale; quo tamen & alibi utitur: ut in Apologia poſteriore, ei opponens μεμπτέος· quamvis ἀποδεκτέος, ut μεμπτέος: vel μεμπτὸς, ut ἀποδεκτὸς, fuiſſe ſcribendum videri poſſit. H STEPHAN. Annot. in Epiſt. ad Diognet. p. 67.

5. Ἀπε-

κὸς ἦν καὶ πλειστάκις μετετίθετο· ἀλλ᾽
81 οὐδ᾽ ἂν οἱ μὲν ἦσαν σπουδαῖοι, οἱ δὲ φαῦλοι, ἐπεὶ τὴν εἱμαρμένην αἰτίαν φαύλων, καὶ ἐναντία ἑαυτῇ πράττουσαν ἀποφαινόμεθα· ἢ ἐκεῖνο τὸ προειρημένον δόξαι ἀληθὲς εἶναι, ὅτι οὐδέν ἐστιν ἀρετὴ, οὐδὲ κακία, ἀλλὰ δόξῃ μόνον ἢ ἀγαθὰ ἢ κακὰ νομίζεται· ὅπερ, ὡς δείκνυσιν ὁ ἀληθὴς λόγος, μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστίν. ἀλλ᾽ εἱμαρμένην φαμὲν ἀπαράβατον ταύτην εἶναι, τοῖς τὰ καλὰ ἐκλεγομένοις, τὰ ἄξια ἐπιτίμια· καὶ τοῖς ὁμοίως τὰ ἐναντία, τὰ ἄξια ἐπίχειρα. οὐ γὰρ ὥσπερ τὰ ἄλλα, οἷον δένδρα καὶ τετράποδα, μηδὲν δυνάμενα προαιρέσει πράττειν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· οὐδὲ γὰρ ἦν ἄξιος ἀμοιβῆς ἢ ἐπαίνου, οὐκ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ἑλόμενος τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τοῦτο γενόμενος· οὐδ᾽ εἰ κακὸς ὑπῆρχε, δικαίως κολάσεως ἐτύγχανεν, οὐκ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τοιοῦτος ὤν, ἀλλ᾽ οὐδὲν δυνάμενος εἶναι ἕτερον παρ᾽ ὃ ἐγεγόνει. ἐδίδαξε δὲ ἡμᾶς ταῦτα τὸ ἅγιον προφητικὸν πνεῦμα διὰ Μωσέως φῆσαν

pax eſſet, nec toties mutaretur. Sed neque alii quidem eſſent boni, alii autem mali; ſiquidem fatum malorum cauſam eſſe, atque ſibi ipſi contraria facere ſtatueremus: aut illud quod antea diximus verum eſſe videretur, virtutem & vitium nihil eſſe, & opinione tantum vel bona vel mala exiſtimari; quæ profecto, ut vera declarat ratio, ſumma eſt impietas & injuſtitia. At vero immutabile fatum eſſe dicimus, eorum qui honeſta delegerint, digna præmia; & eorum itidem qui ab illis diverſa ſint ſequuti, digna ſupplicia. Non enim ſicut alia, velut arbores & quadrupedes, quæ nihil cum delectu & judicio facere poſſunt, hominem Deus creavit: neque enim remuneratione aut laude dignus eſſet, ſi per ſeipſum bonum non eligeret, ſed bonus editus foret; neque malus ſi eſſet, juſte tormentis afficeretur, utpote qui non ex ſeipſo talis eſſet, ſed nihil aliud, præterquam quod factus eſſet, eſſe poſſet. Docuit hæc nos ſanctus propheticus Spiritus per Moſem, qui

NOTÆ.

5. Ἀποφαινόμεθα.] Congruentius ἀποφαινοίμεθα, opt. modo, ut in ſeq. membro. SYLBURG.

7. Οὐδέν ἐστιν ἀρετή] Orig. c. Celſ. p. 163. Ἀρετῆς μὲν ἐὰν ἀνέλῃς τὸ ἑκούσιον, ἀνεῖλες αὐτῆς καὶ τὴν οὐσίαν.

23,4,5. Οὐδὲν δυνάμενος εἶναι ἕτερον παρ᾽ ὃ ἐγεγόνει.] Irenæus IV. 37. p.282. ed. Maſſ. *Qui nihil aliud eſſe poſſunt præterquam quod facti ſunt.*

25 & ſeqq. Ἐδίδαξε δὲ ἡμᾶς ταῦτα &c.] *Qui Juſtinum hic memoria lapſum*, inquit Grabius, *quod Eccleſiaſtici* XV. *extat dictum, Moſi adſcripſiſſe animadvertunt, ipſi memoriam minus tenacem, aut ignorantiam S. Scripturæ produnt, neſcientes aut ſaltem non recordantes verba Moſis Deuter.* XXX. ℣. 15. *&* 19. Ἰδὲ δέδωκα πρὸ προσώπου σου σήμερον τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον, τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν.—— ἔκλεξαι τὴν ζωήν. At ſi quis *animadverterit Juſtinum, memoria lapſum*, quæ a Moſe *omnibus filiis Iſraelis* dicta ſunt, ea Adamo ab ipſo Deo dicta eſſe ſcripſiſſe, quid ille, obſecro, *prodet?* Nimirum *ignorantiam* rhetoricæ. Sic enim pergit noſter Grabius, *Quæ S. Martyr per proſopopœiam Deo hominem recens creatum alloquenti adſcripſit.* Tanti eſt tropos & ſchemata accurate percepiſſe. Hic uſus literarum eſt, uti quidem vulgo docentur. Scilicet ut quos natura tantummodo tardiores finxit, ii arte atque doctrina plane ſtulti & ridiculi evadant. Verum quidni hoc bono Grabio condonemus, cum multos etiam qui a primo tempore ætatis in evolvendis optimis ſcriptoribus omnem operam curamque conſumpſerint, in ſimili errore verſari videamus? Quos ſi audias, nihil eſt in libris veterum tam inconditum, tam inficetum, tam negligenter denique quovis modo ſcriptum, quin *per ellipſin, per pleonaſmum, hypallagen, hyperbaton, hyſterologiam*, aliaque ejuſdem generis vocabula, quaſi quædam rhetorica carmina, confeſtim non modo ſatis accuratum fiat, ſed ornatum etiam & venuſtum. Huic morbo nomen eſſe poteſt ἀρχαιομανία. Eſt aliud quoque genos hominum, quibus idem morbus in pectore eſt, licet aliter ſe indicet. Hi adeo non defendunt

qui Deum primitus formato homini
Deut. xxx. 15, 19. hoc ſic dixiſſe refert: *Ecce in conſpectu tuo bonum & malum, delige bonum.* Et item per Eſaiam prophetam alium in eandem ſententiam velut a parente rerum omnium & dominatore Deo hæc dicta profert:
Eſai. i. 16—20. *Lavamini, mundi eſtote, auferte pravitates ex animis veſtris, diſcite bene facere, judicate pupillo, & juſtificate viduam; & venite & diſceptemus, dicit Dominus. Atque ſi fuerint peccata veſtra ut veſtimentum puniceum, tanquam lanam dealbabo; & ſi fuerint ut coccinum, velut nivem candida reddam. Et ſi volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis; ſi vero non audieritis me, gladius depaſcetur vos; os enim Domini hæc loquutum eſt.* Quod autem dictum eſt, *Gladius depaſcetur vos*, non gladiis occiſum iri dixit inobedientes: verum gladius Dei, ignis eſt, cujus eſca fiunt qui mala patranda deligunt. Propterea dicit, *Gladius depaſcetur vos, os enim Domini loquutum eſt.* Quod ſi de gladio loquutus fuiſſet, qui diſſecat & confeſtim interimit, verbo *depaſcetur* uſus non fuiſſet.

φῆσαι τῷ πρώτῳ πλασθέντι ἀνθρώπῳ εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ οὕτως, Ἰδοὺ πρὸ προσώπου σου τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν, ἔκλεξαι τὸ ἀγαθόν· καὶ πάλιν διὰ Ἡσαΐου τοῦ ἑτέρου προφήτου, ὡς ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου Θεοῦ εἰς τοῦτο λεχθῆναι οὕτως, Λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν, καὶ δεῦτε καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει Κύριος· καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ· καὶ ἐὰν ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς χιόνα λευκανῶ. καὶ ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. Τὸ δὲ προειρημένον, Μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται, οὐ λέγει διὰ μαχαιρῶν φονευθήσεσθαι τοὺς παρακούσαντας, ἀλλ' ἡ μάχαιρα τοῦ Θεοῦ ἐστὶ τὸ πῦρ, οὗ βορὰ γίνονται οἱ τὰ φαῦλα πράττειν αἱρούμενοι. διὰ τοῦτο λέγει, Μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται, τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησεν· εἰ δὲ καὶ περὶ τεμνούσης καὶ αὐτίκα ἀπαλλασσούσης μαχαίρας ἔλεγεν, οὐκ ἂν εἶπε, κατέδεται.

NOTÆ.

ſendunt quicquid in ſcriptis veterum reperiunt, ut ipſi magno ſtudio quærant quod reprehendant, & ad eum finem ſingula verba moroſe expendant, ac ubi quid non amuſſitatiſſimum deprehenderint, exclament illico, Cave credas noſtrum ita ſcripſiſſe, Apage a tam culto ſcriptore tam fœdam maculam. Dein fingunt & refingunt omnia pro libitu ſuo & captu, librariis vapulare juſſis, uti loqui amat gens faceta. Quaſi vero ullus ſit ſcriptor qui nihil unquam dicat quod rectius meliuſve dici poſſet. Audiant Senecam; nam diſcere aliquid niſi ab antiquis, opinor, non dignabuntur. *Nullum*, inquit, *ſine venia placuit ingenium. Da mihi quemcunque vis magni nominis virum; dicam quid illi ætas ſua ignoverit, quid in illo ſciens diſſimulaverit. Multos dabo quibus vitia non nocuerint, quoſdam quibus profuerint. Dabo, inquam, maximæ famæ, & inter miranda propoſitos, quos ſi quis corrigit, delet; ſic enim vitia virtutibus immixta ſunt, ut illas ſecum tractura ſint.* Epiſt. CXIV. p. 649. Verum redeundum aliquando in viam.

23, 4, 5. Ἡ μάχαιρα τοῦ Θεοῦ ἐστὶ τὸ πῦρ ΟΥ ΒΟΡΑ ΓΙΝΟΝΤΑΙ οἱ τὰ φαῦλα πράττειν αἱρούμενοι.] Alii legent γίνεται, quemadmodum Clemens Al. p. 673. Ἴσως δὲ καὶ ἵνα ἀπιστῶνται ὅτι ὡς οὗτοι αὖ καίονται, οὕτως καὶ τοὺς εἰς τοῦτον τὸν βίον ταχέως ἐκλιπεῖν καὶ ΠΥΡΟΣ ΕΡΓΟΝ ΓΕΝΗΣΕΣΘΑΙ, quam etiam lectionem ipſa rei ratio poſtulare videatur. Nos autem in Juſtino nihil mutamus, in Clemente non pauca. Ita enim legimus, —— ὡς οὗτοι ΑΥΤΙΚΑ καίονται, οὕτως καὶ ΑΥΤΟΥΣ ΔΕΙ τοῦτον τὸν βίον ταχέως ἐκλιπεῖν &c. Quod ſi quis tamen αὖ in αὐτίκα minus neceſſario mutatum contenderit, de ea quidem emendatione non depugnabimus, de reliquis nemo, ut opinor, litem movebit.

1, 2. Πλάτων

τέθειται). ὥστε καὶ Πλάτων εἰπὼν, Αἰτία ἑλομένου, Θεὸς δ' ἀναίτιος, παρὰ Μωσέως τοῦ προφήτου λαβὼν εἶπε. πρεσβύτερος γὰρ Μωσῆς καὶ πάντων τῶν ἐν Ἕλλησι συγγραφέων. καὶ πάντα ὅσα περὶ ἀθανασίας ψυχῆς, ἢ τιμωριῶν
82 τῶν μετὰ θάνατον, ἢ θεωρίας οὐρανίων, ἢ τῶν ὁμοίων δογμάτων, καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιηταὶ ἔφασαν, παρὰ τῶν προφητῶν τὰς ἀφορμὰς λαβόντες καὶ νοῆσαι δεδύνηνται, καὶ ἐξηγήσαντο· ὅθεν παρὰ πᾶσι σπέρματα ἀληθείας δοκεῖ εἶναι· ἐλέγχονται δὲ μὴ ἀκριβῶς νοήσαντες, ὅταν ἐναντία αὐτοὶ ἑαυτοῖς λέγωσιν. ὥστε ὃ φαμὲν, πεπροφητεῦσθαι τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, οὐ διὰ τὸ εἱμαρμένης ἀνάγκῃ πράττεσθαι λέγομεν, ἀλλὰ προγνώστου τοῦ Θεοῦ ὄντος τῶν μελλόντων ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων πραχθήσεσθαι, καὶ δόγματος ὄντος παρ' αὐτῶν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἕκαστον ἀμείψεσθαι μέλλοντα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ κατ' ἀξίαν τῶν πραττομένων ἀπαντήσεσθαι διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος προλέγει, εἰς ἐπίτασιν καὶ ἀνάμνησιν ἀεὶ ἄγων τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, δεικνὺς ὅτι καὶ μέλον ἐστὶν αὐτῷ, καὶ προνοεῖται αὐτῶν. κατ' ἐνέργειαν δὲ τῶν φαύλων δαιμόνων, θάνατος ὡρίσθη κατὰ τῶν τὰς Ὑστάσπου, ἢ Σιβύλλης, ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων, ὅπως διὰ τοῦ φόβου ἀποστρέψωσιν ἐντυγχά-

iſſet. Proinde & Plato cum dixit, *Culpa deligentis eſt, Deus autem culpa caret*, a Moſe propheta id acceptum protulit. Moſes enim antiquior eſt etiam omnibus Græcorum ſcriptoribus. Atque omnia quæ de animæ immortalitate, aut ſuppliciis poſt mortem, aut cœleſtium rerum contemplatione, aut ſimilibus doctrinis, & philoſophi & poetæ dixerunt, a prophetis argumento ſumpto & intelligere potuerunt, & expoſuerunt. Quocirca apud omnes ſemina veritatis eſſe videntur: ſed comperiuntur non exacte eam cognoviſſe, quandoquidem ſibi ipſis contraria proferunt. Itaque quod aſſerimus quæ futura erant vaticiniis prophetarum prædicta eſſe, non per fati neceſſitatem ea fieri dicimus, ſed Deum futurorum omnium hominum factorum præſcium eſſe indicamus. Et cum opinio hominum ſit, pro operum meritis cuilibet præmium redditum iri, ipſe quoque Deus remunerationem ſuam factorum meritis reſponſuram eſſe per Propheticum Spiritum prædicit, ad animi intentionem, & recordationem ejus rei, ſemper humanum genus producens, & curæ id ſibi eſſe, ſeque ei proſpicere oſtendens. Opera autem & inſtinctu malorum dæmonum, mortis ſupplicium adverſus librorum Hydaſpis aut Sibyllæ aut prophetarum lectores conſtitutum eſt, ut homines ab illis, quo minus ſcripta ea legentes rerum bo-

narum

N O T Æ.

1, 2. Πλάτων εἰπὼν, αἰτία ἑλομένου.] Fallitur Perionius dum Platonis Timæum hic citatum —— eſſe annotat ——. Locus enim eſt lib. X. de Republ. pag. 617. edit. Henr. Stephani. GRABE.

20, 1. Δόγματος ὄντος παρ' αὐτῶν.] Perionius legit παρ' αὐτοῦ. Si recte, diſtinguendum erit infra verſ. 24. poſt ἀπαντήσεσθαι.

30, 1, 2. Θάνατος ὡρίσθη κατὰ τῶν τὰς Ὑστάσπου ἢ Σιβύλλης ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων.] V. Baron. An. 143. §. 1. Montacutii Analect. p. 154. & ſeqq. Iſ. Voſſ. De Sibyll. p. 54. & ſeqq. Caſaub. c. Bar. p. 87. & ſeqq. & J. Clerici H. E. p. 624.

14, 5. Καὶ

narum notitiam percipiant, abſterreantur, & in ſervitute eorum retineantur: quod quidem in perpetuum efficere nequiverunt. Abſque timore enim illa non tantum legimus, verum etiam vobis ad inſpiciendum quæ in eis traduntur, ut videtis, offerimus, grata acceptaque omnibus fore ſcientes. Atque etiamſi paucos tantum in ſententiam noſtram adduxerimus, maximum tamen inde feremus lucrum; nam ut boni agricolæ, mercedem a domino capiemus. Quod vero Chriſtum poſt reſurrectionem ejus a mortuis illaturus cœlo fuerit parens omnium, Deus, atque ibi retenturus donec adverſantes ei dæmones percuſſerit, & expletus fuerit numerus eorum quos bonos & virtute præditos fore prænovit, propter quos etiam nondum extremum decretum rerumque conſummationem fecit; prophetæ Davidis audite verba, quæ ſunt hujuſ-

Pſ. cix. 1, 2, 3. modi: *Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Hieruſalem, & dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principatus in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum tuorum. Ex utero ante luciferum genui te.* Per id quod dictum eſt, *Virgam virtutis emittet tibi ex Hieruſalem*, verbum illud præpotens prænunciatum eſt, quod apoſtoli ejus, Hieroſolymis egreſſi,

νοῦντας τοὺς ἀνθρώπους τῶν καλῶν γνῶσιν λαβεῖν, αὐτοῖς δὲ δουλεύοντας κατέχωσιν, ὅπερ εἰς τέλος οὐκ ἴσχυσαν πρᾶξαι· ἀφόβως μὲν γὰρ οὐ μόνον ἐντυγχάνομεν αὐταῖς, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν, ἐπιστάμενοι πᾶσιν ἀρεστὰ φανήσεσθαι. κἂν ὀλίγους δὲ πείσωμεν, τὰ μέγιστα κερδήσαντες ἐσόμεθα· ὡς γεωργοὶ γὰρ ἀγαθοὶ παρὰ τοῦ δεσπόζοντος τὴν ἀμοιβὴν ἕξομεν. ὅτι δὲ ἀγαγεῖν τὸν Χριστὸν εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ πατὴρ τῶν πάντων Θεὸς μετὰ τὸ ἀναστῆσαι ἐκ νεκρῶν αὐτὸν ἔμελλε, καὶ κατέχειν ἕως ἂν πατάξῃ τοὺς ἐχθραίνοντας αὐτῷ δαίμονας, καὶ συντελεσθῇ ὁ ἀριθμὸς τῶν προεγνωσμένων αὐτῷ ἀγαθῶν γινομένων καὶ ἐναρέτων, δι' οὓς καὶ μηδέπω τὴν ἐπικύρωσιν πεποίηται, ἐπακούσατε τῶν εἰρημένων διὰ Δαβὶδ τοῦ προφήτου. ἔστι δὲ ταῦτα, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐξ Ἱερουσαλὴμ, καὶ κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Τὸ οὖν εἰρημένον, Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι ἐξ Ἱερουσαλὴμ, προ- 83
αγγελτικὸν τοῦ λόγου τοῦ ἰσχυροῦ, ὃν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ ἐξ-

NOTÆ.

14, 5. Καὶ κατέχειν.] F. κἀκεῖ κατέχειν. Act. iii. 21. Ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων. Sed recepta lectio ferri poteſt.

19. Τὴν ἐπικύρωσιν.] Cum hæc vox ἐπικύρωσις mihi ſuſpecta eſſet, ac vicinam aliquam aptiorem exquirerem, tandem, niſi me omnia fallunt, eam inveni. Nec enim dubito quin ἐκπύρωσις legendum ſit, i. *conflagratio*; quemadmodum & legitur tum in præcedente Apologia, tum etiam in hac ipſa, pag. 91. ℣. 25. & pag. 93. ℣. 23. Vult enim Juſtinus, prædeſtinatorum cauſa, quorum nondum numerus expletus eſt, extremam illam conflagrationem adhuc differri. Billius, Obſerv. Sacr. II. 6.

1. Πανταχοῦ

ἐλθόντες, πανταχοῦ ἐκήρυξαν, καίπερ θανάτου ὁρισθέντος κατὰ τῶν διδασκόντων, ἢ ὅλως ὁμολογούντων τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, ἡμεῖς πανταχοῦ καὶ ἀσπαζόμεθα καὶ διδάσκομεν. εἰ δὲ καὶ ὑμεῖς ὡς ἐχθροὶ ἐντεύξεσθε τοῖσδε τοῖς λόγοις, οὐ πλέον τι δύνασθε, ὡς προέφημεν, τοῦ φονεύειν· ὅπερ ἡμῖν μὲν οὐδεμίαν βλάβην φέρει, ὑμῖν δὲ, καὶ πᾶσι τοῖς ἀδίκως ἐχθραίνουσι καὶ μὴ μεταθεμένοις, κόλασιν διὰ πυρὸς αἰωνίαν ἐργάζεται. ἵνα δὲ μή τινες ἀλογισταίνοντες, εἰς ἀποτροπὴν τῶν δεδιδαγμένων ὑφ' ἡμῶν, εἴπωσι, πρὸ ἐτῶν ἑκατὸν πεντήκοντα γεγεννῆσθαι τὸν Χριστὸν λέγειν ἡμᾶς ἐπὶ Κυρηνίου, δεδιδαχέναι δὲ ἃ φαμὲν διδάξαι αὐτὸν ὕστερον χρόνοις ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἐπικαλῶσιν, ὡς ἀνευθύνων ὄντων τῶν προγεγενημένων πάντων ἀνθρώπων, φθάσαντες τὴν ἀπορίαν λυσώμεθα. τὸν Χριστὸν πρωτότοκον τοῦ Θεοῦ εἶναι ἐδιδάχθημεν καὶ προεμηνύσαμεν, λόγον ὄντα οὗ πᾶν γένος ἀνθρώπων μετέσχε, καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες, χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν· οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν, Σωκράτης, καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς· ἐν βαρβάροις δὲ, Ἀβραὰμ, καὶ Ἀνανίας, καὶ Ἀζαρίας, καὶ Μισαὴλ, καὶ Ἠλίας, καὶ ἄλλοι πολλοὶ, ὧν τὰς πράξεις ἢ τὰ ὀνόματα κατα-

egreſſi, ubique locorum prædicarunt, & nos, etſi capitis pœna in eos conſtituta ſit qui docent, vel etiam profitentur Chriſti nomen, ubique & amplectimur & docemus. Quod ſi vos etiam hoſtili animo hæc legetis, nihil amplius, quemadmodum ſupra diximus, quam occidere poteſtis: quod nobis quidem nihil affert detrimenti; vobis autem, & qui injuſte nobis inimicantur, nec reſipiſcunt, omnibus, cruciatus per ignem æternos conciliat. Ne qui vero præter rationem, ad eorum quæ nos edocti ſumus everſionem, dicant, ante annos centum quinquaginta nos aſſeverare Chriſtum ſub Cyrenio natum eſſe, docuiſſe autem quæ eum docuiſſe dicimus, poſterius ſub Pontio Pilato; & proinde noxa ſolutos & inſontes eſſe objiciant, qui ante ea tempora extitere, mortales omnes; quæſtionem eam anticipantes ſolvemus. Chriſtum primogenitum Dei eſſe edocti ſumus, & rationem eſſe cujus univerſum hominum genus eſt particeps, antea oſtendimus; & quicunque cum ratione vixere, Chriſtiani ſunt, quamvis nullius numinis cultores habiti ſint: quales inter Græcos fuere Socrates, & Heraclitus, atque iis ſimiles; inter Barbaros autem Abraam, & Ananias, & Azarias, & Miſael, & Elias, & alii complures, quorum facta ſimul & nomina in præſentia recenſere, quia lon-

N O T Æ.

1 & ſeqq. Πανταχοῦ ἐκήρυξαν, καίπερ θανάτου ὁρισθέντος &c.] Hiat oratio. Addenda omnino particula καὶ, aut hic ante καίπερ, aut, quod multo minus placet, infra ante ἡμεῖς.

7, 8. Οὐ πλέον τι δύνασθε, ὡς προέφημεν, τοῦ φονεύειν.] P. 54. Ὑμεῖς δ' ἀποκτεῖναι μὲν δύνασθε, βλάψαι δ' οὔ. P. 59. Τοσοῦτον δὲ δύνανται καὶ ἄρχοντες πρὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶντες, ὅσον καὶ λῃσταὶ ἐν ἐρημίᾳ.

13, 4. Εἰς ἀποτροπὴν τῶν δεδιδαγμένων ὑφ' ἡμῶν.] Lego εἰς ἀνατροπήν. Orig. c. Celſ. p. 333. Δυνατὸν μὲν ἡμῖν οὐκ ὀλίγα εἰπεῖν ΕΙΣ ΑΝΑΤΡΟΠΗΝ τῶν περὶ τῆς πυθίας καὶ τῶν λοιπῶν χρηστηρίων λόγων. Juſtinus Dial. p. 314. ἀνατρέπειν πειρώμενον τὰ ὑπό σου λεγόμενα.

18. Χρόνοις.] F. gloſſema.

longum eſſe ſcimus, ſuperſedemus. Adeo ut qui tempore Chriſtum præceſſere, & abſque ratione ætatem exegere, *ἄχρηστοι*, hoc eſt improbi, & inimici Chriſto fuerunt, eorumq; qui ſecundum rationem vixerunt, interfectores: qui vero cum ratione vixerunt, atq; etiam nunc vivunt, Chriſtiani, & extra metum atque perturbationem omnem ſunt. Quam vero ob cauſam, per virtutem Verbi, de parentis univerſorum & domini Dei conſilio & voluntate, ex virgine homo ſit editus, & Jeſus cognominatus, atque in crucem actus & mortuus reſurrexerit, & in cœlum aſcenderit; ex his quæ prolixe dicta ſunt, cordatus homo percipere poterit. Nos ſane, quum minus neceſſaria nunc ſit ejus rei amplior tractatio, ad ea, quæ magis ad præſens pertinent argumentum, oſtendenda progrediemur. Ut itaque intelligatis terram Judæorum vaſtandam fuiſſe, quæ a Prophetico Spiritu ſint ea de re promulgata, audite. Verba autem quaſi in perſona populorum, ea quæ acciderunt admirantium, ſunt concepta

Eſai. lxiv. 10, 1, 2. ad hunc modum: *Deſerta facta eſt Sion, tanquam deſolata facta eſt Hieruſalem: in execrationem domus, ſanctuarium noſtrum: & gloria cui benedixerunt patres noſtri, igne conſumpta eſt, & omnia glorioſa ejus conciderunt. Et in his ſuſtinuiſti, & tacuiſti, & humiliaſti nos vehementer.* Atqui deſolatam eſſe Hieroſolymam, ſicuti fore prædictum fuerat, noſtis. Promulgatum vero etiam eſt de excidio ejus, ac de eo quod futurum fuit ut nemo eorum ibi habitare permitteretur,

λέγειν, μακρὸν εἶναι ἐπιστάμενοι, τανῦν παραιτούμεθα. ὥστε καὶ οἱ προγενόμενοι ἄνευ λόγου βιώσαντες, ἄχρηστοι, καὶ ἐχθροὶ τῷ Χριστῷ ἦσαν, καὶ φονεῖς τῶν μετὰ λόγου βιούντων· οἱ δὲ μετὰ λόγου βιώσαντες καὶ βιοῦντες, χριστιανοὶ, καὶ ἄφοβοι, καὶ ἀτάραχοι ὑπάρχουσι. δι᾽ ἣν δ᾽ αἰτίαν διὰ δυνάμεως τοῦ λόγου, κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς πάντων καὶ δεσπότου Θεοῦ βουλὴν, διὰ παρθένου ἄνθρωπος ἀπεκυήθη, καὶ Ἰησοῦς ἐπωνομάσθη, καὶ σταυρωθεὶς ἀποθανὼν ἀνέστη, καὶ ἀνελήλυθεν εἰς οὐρανὸν, ἐκ τῶν διὰ τοσούτων εἰρημένων ὁ νουνεχὴς καταλαβεῖν δυνήσεται. ἡμεῖς δὲ, οὐκ ἀναγκαίου ὄντος τανῦν τοῦ περὶ τῆς ἀποδείξεως τούτου λόγου, ἐπὶ τὰς ἐπειγούσας ἀποδείξεις πρὸς τὸ παρὸν 84 χωρήσωμεν. ὅτι οὖν καὶ ἐκπορθηθήσεσθαι ἡ γῆ Ἰουδαίων ἔμελλεν, ἀκούσατε τῶν εἰρημένων ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος. εἴρηνται δὲ οἱ λόγοι ὡς ἀπὸ προσώπου λαῶν θαυμαζόντων τὰ γεγενημένα. εἰσὶ δὲ οἵδε, Ἐγενήθη ἔρημος Σιὼν, ὡς ἔρημος ἐγενήθη Ἱερουσαλὴμ, εἰς κατάραν ὁ οἶκος, τὸ ἅγιον ἡμῶν, καὶ ἡ δόξα ἣν εὐλόγησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἐγενήθη πυρίκαυστος, καὶ πάντα τὰ ἔνδοξα αὐτῆς συνέπεσε· καὶ ἐπὶ τούτοις ἀνέσχου, καὶ ἐσιώπησας, καὶ ἐταπείνωσας ἡμᾶς σφόδρα. Καὶ ὅτι ἠρήμωτο Ἱερουσαλὴμ, ὡς προείρητο γεγενῆσθαι, πεπεισμένοι ἐστέ. εἴρητο δὲ καὶ περὶ τῆς ἐρημώσεως αὐτῆς, καὶ περὶ τοῦ μὴ ἐπιτραπήσεσθαι μηδένα αὐτῶν οἰ-

N O T Æ.

8, 9. Διὰ δυνάμεως τοῦ λόγου.] V. 54. 21, & ſeqq.
19. Χωρήσωμεν.] F. χωρήσομεν.
32, 3. Γεγενῆσθαι] *Aptius γενήσεσθαι, ſeu γενήσεσθαι* *temp. futuro.* SYLBURGIUS. Recte quidem. Eſſet enim quidvis hoc aptius. Sed Juſtinus nullam habet rationem temporum.

4, 5. Καὶ

κεῖν, διὰ Ησαίου τοῦ προφήτου οὕτως, Η γῆ αὐτῶν ἔρημος, ἔμπροσθεν αὐτῶν οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν αὐτὴν φάγονται, καὶ οὐκ ἔσται ἐξ αὐτῶν ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ. Ὅτι δὲ φυλάσσεται ὑφ' ὑμῶν ὅπως μηδεὶς ἐν αὐτῇ γένηται, καὶ θάνατος κατὰ τοῦ καταλαμβανομένου Ἰουδαίου εἰσιόντος ὥρισται, ἀκριβῶς ἐπίστασθε. ὅτι δὲ καὶ θεραπεύσειν πάσας νόσους, καὶ νεκροὺς ἀνεγερεῖν, ὁ ἡμέτερος Χριστὸς προεφητεύθη, ἀκούσατε τῶν λελεγμένων. ἔστι δὲ ταῦτα, Τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ ἁλεῖται χωλὸς ὡς ἔλαφος, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων· τυφλοὶ ἀναβλέψουσι, καὶ λεπροὶ καθαρισθήσονται, καὶ νεκροὶ ἀναστήσονται καὶ περιπατήσουσιν. Ὅτι τε ταῦτα ἐποίησεν, ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων αὐτῷ μαθεῖν δύνασθε. πῶς τε προμεμήνυται ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος ἀναιρεθησόμενος ἅμα τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίζουσιν ἀνθρώποις, ἀκούσατε τῶν λεχθέντων διὰ Ησαΐου. ἔστι δὲ ταῦτα, Ἴδε ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ. καὶ ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ. ἀπὸ προσώπου ἀδικίας ἦρται ὁ δίκαιος, καὶ ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ, ἦρται ἐκ τοῦ μέσου. Καὶ πάλιν πῶς δι' αὐτοῦ Ησαίου λέλεκται

ὅτι

teretur, per Eſaiam prophetam in hæc verba: *Terra eorum deſerta, in conſpectu eorum inimici ipſorum vorant eam, & non erit ex eis habitans in ea.* Cavere autem vos ne quis ibi ſit, & pœnam capitis conſtitutam eſſe adverſus Judæum eo ingredientem, probe ſcitis. Quod inſuper Chriſtum curaturum fuiſſe omnes morbos, & defunctos excitaturum, prædictum ſit, verba vaticinii audite, quæ ſunt hæc: *In adventu ipſius claudus ſaliet ſicut cervus, & diſerta erit lingua balborum: cæci reſpicient, & leproſi mundabuntur, & mortui reſurgent ac deambulabunt.* Atque hæc feciſſe illum, ex eis, qui ſub Pontio Pilato conſcripti ſunt, commentariis cognoſcere poteſtis. Quomodo vero ipſum cum ſperantibus in eum hominibus occiſum iri Propheticus Spiritus prænunciarit, audite quæ per Eſaiam dicta ſunt verba; ſunt autem hujuſmodi: *Ecce quomodo periit juſtus, & nemo percipit corde: & viri juſti tolluntur, & nemo conſiderat. A facie injuſtitiæ ſublatus eſt juſtus, & erit in pace ſepultura ejus: ſublatus eſt e medio.* Ac rurſum quomodo per eundem Eſaiam dictum

ſit,

Eſai. i. 7.

Eſ. xxxv. 4, 5, 6. xxvi. 9. Matth. xi. 5.

Eſai. lvii. 1, 2.

N O T Æ.

4, 5. Καὶ οὐκ ἔσται ἐξ αὐτῶν ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ.] Hæc verba apud Eſaiam non ſequontur ea quæ hic antecedunt, neque apud eum uſquam, aut ullum alium prophetam, quod ſciam, comparent. Hierem. L. 3. Οὐκ ἔσται ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ. ſed de Babylone.

5 & ſeqq. Ὅτι δὲ φυλάσσεται ὑφ' ὑμῶν &c.] Judæis non licuiſſe ingredi Hieroſolyma teſtantur Euſebius, Tertullianus, Hieronymus, aliique. Vetuit id Adrianus poſt extinctam rebellionem Barchocebæ. V. Euſeb. H. E. IV. 6. & not. Valeſ. & Scalig. Animadv. in Chronologica Euſebii p. 216.

18, 9. Ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων αὐτῷ.] Pro αὐτῷ nemo non videt legendum eſſe ἄκτων cum Caſaubono c. Baron. p. 770. V. 56. 17—20. & quæ ibi annotantur.

28, 9. Ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ, ἦρται ἐκ τοῦ μέσου.] Ita quoque apud LXX. interp. hic locus diſtinguitur, rectene ibi an ſecus, noſtra jam nihil intereſt; cum vero Juſtinus in Dialogo p. 324. ejus partem ſic citet, ἡ ταφὴ αὐτοῦ ἦρται ἐκ τοῦ μέσου, tanquam prædictionem reſurrectionis Chriſti, pauci, ut opinor, dubitabunt quin & hic & maxime in Dial. p. 234. ubi iterum recitatur, ad eam normam diſtinguendus ſit: quod ego tamen certis de cauſis nolo præſtare.

8, 9, 10. Εἶπον

ſir, adoraturos illum fuiſſe, qui eum non expectaverint, populos gentium; Judæos autem qui eum ſemper expectaverint, præſentem ignoraturos: verba autem, tanquam a perſona ipſius Chriſti prolara, iſtiuſmodi ſunt. *Manifeſtatus ſum iis qui me non interrogabant, inventus ſum ab eis qui me non quærebant. Dixi, Adſum, ad gentes quæ non invocabant nomen meum. Expandi manus meas ad populum infidelem & contradicentem, ad eos qui gradiuntur in via non bona, ſed poſt peccata ſua. Populus provocans ad iracundiam coram me.* Judæi namque propherias habentes, & Chriſtum adventurum ſemper expectantes, eum non modo non cognoverunt, ſed etiam interfecerunt: qui autem ex gentibus fuere (cum nihil unquam de Chriſto inaudiviſſent, quoadusque Hieroſolymis egreſſi Apoſtoli ejus res ipſius promulgarunt, & prophetias tradiderunt) gaudio & fide repleti, cum ſimulacris nuncium remiſerunt, tum ingenito Deo per Chriſtum ſeipſos conſecrarunt. Quod autem præcognita fuerint, quæ adverſus profeſſores Chriſti depromenda erant infamia verba; quodque miſeri ſinr qui maledicta hujuſmodi profundunt, quique mores veteres conſer-

Eſai. lxv. 1, 2, 3.

vare

ὅτι οἱ οὐ προσδοκήσαντες αὐτὸν λαοὶ τῶν ἐθνῶν προσκυνήσουσιν αὐτὸν, (4) οἱ δὲ ἀεὶ προσδοκῶντες Ἰουδαῖοι ἀγνοήσουσι παραγενόμενον αὐτόν. ἐλέχθησαν δὲ οἱ λόγοι ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ· εἰσὶ δὲ οὗτοι, Ἐμφανὴς ἐγενήθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν· εἶπον, ἰδού εἰμι. ἔθνη οἳ οὐκ ἐκάλεσαν τὸ ὄνομά μου. ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, ἐπὶ τοὺς πορευομένους ἐν ὁδῷ οὐ καλῇ, 85 ἀλλ᾽ ὀπίσω τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. ὁ λαὸς ὁ παροξύνων ἐναντίον μου. Ἰουδαῖοι γὰρ ἔχοντες τὰς προφητείας, καὶ ἀεὶ προσδοκήσαντες τὸν Χριστὸν παραγενησόμενον, ἠγνόησαν, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ παρεχρήσαντο· οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, μηδέποτε μηδὲν ἀκούσαντες περὶ τοῦ Χριστοῦ μέχρις οὗ οἱ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἐξελθόντες ἀπόστολοι αὐτοῦ ἐμήνυσαν τὰ περὶ αὐτοῦ καὶ τὰς προφητείας παρέδωκαν, πληρωθέντες χαρᾶς καὶ πίστεως, τοῖς εἰδώλοις ἀπετάξαντο, καὶ τῷ ἀγεννήτῳ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν. ὅτι δὲ προεγινώσκετο τὰ δύσφημα ταῦτα λεχθησόμενα κατὰ τῶν τὸν Χριστὸν ὁμολογούντων, καὶ ὡς εἶεν τάλανες οἱ δυσφημοῦντες αὐτὸν, καὶ τὰ παλαιὰ ἔθη κα-

N O T Æ.

8, 9, 10. Εἶπον, ἰδού εἰμι. ἔθνη οἳ οὐκ ἐκάλεσαν τὸ ὄνομά μου.] Ita ed. R. Steph. & Pariſ. Grabius recte, εἶπον, ἰδού εἰμι, ἔθνει. Juſtinus in Dial. p. 242. ἔθνεσιν. Ib. p. 347. τῷ ἔθνει cum LXX.

16, 7. Ἀεὶ προσδοκήσαντες τὸν Χριστὸν παραγενησόμενον, ἠγνόησαν.] Procul dubio convenientior lectio eſt, ἀεὶ προσδοκήσαντες τὸν Χριστὸν, παραγενόμενον ἠγνόησαν, ut paulo ante 84. 38. & infra 88. 29. aut ſi futurum παραγενησόμενον in præcedenti commate retineamus, aoriſtum παραγενόμενον in poſteriori ante ἠγνόησαν inſeremus. Sylburg.

17, 8. Οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ παρεχρήσαντο.] Παρεχρήσαντο pro διεχρήσαντο a Juſtino uſurpatum eſſe cenſeo. Billius.

25, 6. Τῷ ἀγεννήτῳ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν.] Notatu dignum eſt, hanc ipſam fuiſſe formulam, qua olim Catechumeni, poſt aliquod tempus baptizandi, ex eccleſia dimiſſi ſunt, Diacono inter alia proclamante: ἑαυτοὺς τῷ μόνῳ ἀγεννήτῳ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παράθεσθε, uti legitur lib. VIII. Conſtit. Apoſtol. cap. 6. Ad quam Juſtinus non hic ſolum alluſit, ſed & ſupra pag. 61. Θεῷ δὲ μόνῳ τῷ ἀγεννήτῳ διὰ τοῦ υἱοῦ ἑπόμεθα. Et pag. 69. διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τούτων (ὀνομαζομένων Θεῶν) καταφρονήσαμεν, Θεῷ δὲ τῷ ἀγεννήτῳ καὶ ἀπαθεῖ ἑαυτοὺς ἀνεθήκαμεν. Similiter infra pag. 93. edit. Pariſ. Grabe.

9, 10. Πα-

λὸν εἶναι τηρεῖν λέγοντες, ἀκούσατε τῶν βραχυεπῶς εἰρημένων διὰ Ἠσαΐου. ἔστι δὲ ταῦτα, Οὐαὶ τοῖς λέγουσι τὸ γλυκὺ πικρὸν, καὶ τὸ πικρὸν γλυκύ. Ὅτι δὲ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενος ἄνθρωπος παθεῖν καὶ ἀτιμασθῆναι ὑπέμεινε, καὶ πάλιν μετὰ δόξης παραγενήσεται, ἀκούσατε τῶν εἰρημένων εἰς τοῦτο προφητειῶν. ἔστι δὲ ταῦτα, Ἀνθ᾽ ὧν παρέδωκαν εἰς θάνατον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τῶν ἀνόμων ἐλογίσθη, αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν εἴληφε, καὶ τοῖς ἀνόμοις ἐξιλάσεται. Ἴδε γὰρ συνήσει ὁ παῖς μου, καὶ ὑψωθήσεται, καὶ δοξασθήσεται σφόδρα. ὃν τρόπον ἐκστήσονται πολλοὶ ἐπὶ σὲ, οὕτως ἀδοξήσει ἀπὸ ἀνθρώπων τὸ εἶδός σου, καὶ ἡ δόξα σου ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων· οὕτω θαυμάσονται ἔθνη πολλὰ, καὶ συνέξουσι βασιλεῖς τὸ στόμα αὐτῶν· ὅτι οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι. Κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; ἀνηγγείλαμεν ἐνώπιον αὐτοῦ ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ. οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς ἀνθρώπους. ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς

vare pulchrum eſſe dicunt; quæ paucis ab Eſaia de his rebus ſunt dicta,
cognoſcite. Ea ſic habent: *Væ qui* Eſai v. 20.
dicitis dulce amarum, & amarum dulce. Tum autem quod noſtra cauſa factus homo pati & contumeliis affici ſuſtinuerit, ac denuo cum gloria adventurus ſit; quæ de hac re ſint edita vaticinia accipite, hiſce
concepta verbis: *Pro eo quod tra-* Eſai.liii.12.
diderunt in mortem animam ejus, & cum iniquis reputatus eſt, ipſe peccata multorum ſuſcepit, & ini-
quis propitius erit. Ecce enim in- Eſai. lii. 13. —liii. 8.
telliget puer meus, & exaltabitur, & glorificabitur valde. Sicut obſtupeſcent ſuper te multi, ſic inglorius erit ab hominibus aſpectus tuus, & gloria tua ab hominibus; ita admirabuntur gentes multæ, & continebunt reges os ſuum; quia quibus non eſt annunciatum de eo, & qui non audierunt, intelligent. Domine quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui revelatum eſt? Annunciavimus in conſpectu ejus tanquam puerulus, tanquam radix in terra ſitienti. Non eſt ſpecies ei, neque gloria. Et vidimus eum, & non habuit ſpeciem neque pulchritudinem, ſed ſpecies ejus inhonorabilis ac deficiens ſupra homines. Homo plagæ ſubditus, & ſciens

N O T Æ.

9, 10. Παρέδωκαν εἰς θάνατον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.] F. leg. παρέδωκεν. Heb. הערה למות נפשו Sed lectioni receptæ favere videatur, quod Juſtinus, tum in Dialogo p. 221. tum etiam hic paulo poſt, habeat παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, cum LXX. Interp.

12, 3. Καὶ τοῖς ἀνόμοις ἐξιλάσεται.] LXX. καὶ διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν παρεδόθη. Atque ita alibi noſter, non tantum io Dialogo, verum etiam in hac ipſa Apologia, idque io pagina poſt haoc proxima.

18. Τῶν ἀνθρώπων.] Lege υἱῶν ἀνθρώπων cum LXX.

20, 1, 2. Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι.] LXX. ——ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι. Atque ita Juſtinus in Dialogo p. 230, & 346.

29, 30. Παρὰ τοὺς ἀνθρώπους.] Ita quoque Clemens Al. Pæd. III. 1. p. 252. haud ſcio an rectius, certe propius ad Hebraica, quam Romana editio Bibliorum, quæ habet παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ut & Juſtinus in Dialogo. Editio Aldi, & Clemens Strom. II. p. 440. & Curterii Eſaias, & Athanaſius p. 889. παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Codex Alexandrinus παρὰ πάντας ἀνθρώπους; atque ita Orig. c. Celſ. p. 42. & Tertull. p. 491. quorum tamen uterque alibi facit cum editiooe Romana.

ens ferre infirmitatem. Quoniam averſati ſunt homines vultum ejus, contumeliis affectus eſt, & in nullo fuit numero. Hic peccata noſtra fert, & noſtra cauſa doloribus afficitur. Et nos reputavimus eum eſſe in labore, & in plaga, & in afflictione: ille vero vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & infirmus factus propter peccata noſtra. Diſciplina pacis ſuper eum: livore ejus ſanati ſumus. Omnes quaſi oves erravimus, homo via ſua erravit, & tradidit eum peccatis noſtris. Et ipſe propter afflictionem non aperuit os ſuum. Sicut ovis ad occiſionem ductus eſt, & tanquam agnus coram tondente ſe obmuteſcens, ita non aperuit os ſuum. In humiliatione ſua judicium ejus ſublatum eſt. Itaque poſtquam in crucem eſt actus, etiam diſcipuli ejus omnes ab eo defecerunt, eumque negarunt. Deinde vero, cum a mortuis reſurrexiſſet, & viſus ab eis eſſet, atque eos prophetias, in quibus hæc omnia futura eſſe prædictum fuerat, legere docuiſſet, & illi eum in cœlum aſcendentem vidiſſent, & crediſſent, & virtutem eis cœlitus ab illo miſſam accepiſſent, ad omne mortalium genus profecti, hæc docuerunt, & Apoſtoli ſunt nominati. Ut autem nobis Spiritus Propheticus oſtenderet, illum hæc patientem inenarrabile habere genus, atque inimicis

Eſai. liii. 8—12. imperare, hoc modo infit: *Generationem ejus quis enarrabit? quia tollitur de terra vita ejus; ab iniquitatibus*

δῶς φέρειν μαλακίαν· ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη, καὶ οὐκ ἐλογίσθη. οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. παιδεία εἰρήνης ἐπ' αὐτόν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰά- 86
θημεν. πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη, καὶ παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη· καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Μετὰ οὖν τὸ σταυρωθῆναι αὐτόν, καὶ οἱ γνώριμοι αὐτοῦ πάντες ἀπέστησαν, ἀρνησάμενοι αὐτόν. ὕστερον δέ, ἐκ νεκρῶν ἀναστάντος, καὶ ὀφθέντος αὐτοῖς, καὶ ταῖς προφητείαις ἐντυχεῖν ἐν αἷς πάντα ταῦτα προείρητο γενησόμενα, διδάξαντος, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνερχόμενον ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες, καὶ δύναμιν ἐκεῖθεν αὐτοῖς πεμφθεῖσαν παρ' αὐτοῦ λαβόντες, καὶ εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων ἐλθόντες, ταῦτα ἐδίδαξαν, καὶ ἀπόστολοι προσηγορεύθησαν. ἵνα δὲ μηνύσῃ ἡμῖν τὸ προφητικὸν πνεῦμα, ὅτι ὁ ταῦτα πάσχων ἀνεκδιήγητον ἔχει τὸ γένος, καὶ βασιλεύει τῶν ἐχθρῶν, ἔφη οὕτως, Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ, ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν

NOTÆ.

9. Παιδεία εἰρήνης.] LXX. & Juſtinus in Dialogo παιδεία εἰρήνης ἡμῶν.

17. Τοῦ κείροντος αὐτόν.] Edd. LXX. interpretum non habent αὐτὸν, ut neque Juſtinus in Dialogo: agnoſcunt codex Alexandrinus, Tertullianus, Lucas Act. viii. 32. aliique.

1. Hæc

ἀνομιῶν αὐτῶν ἥκει εἰς θάνατον. καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. καὶ Κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς. ἐὰν δῶται περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον. καὶ βούλεται Κύριος ἀφελεῖν ἀπὸ πόνου τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς, καὶ πλάσαι τῇ συνέσει, δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς, καὶ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνοίσει. διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα· ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη, καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν αὐτὸς παρεδόθη. Ὡς δὲ καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἔμελλεν ἀνιέναι, καθὼς προεφητεύθη, ἀκούσατε. ἐλέχθη δὲ οὕτως, Ἄρατε πύλας οὐρανῶν, ἀνοίχθητε, ἵνα εἰσέλθῃ ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος κραταιὸς καὶ Κύριος δυνατός. Ὡς δὲ

καὶ

tibus eorum tranſit in mortem. Et dabo improbos pro ſepultura ejus, & divites pro morte ejus; quoniam iniquitatem non fecit, neque inventus eſt dolus in ore ejus. Et Dominus mundare vult eum a plaga. Si datus fuerit pro peccato, anima veſtra videbit ſemen longævum. Et vult Dominus auferre a labore animam ejus, oſtendere illi lucem, & fingere eum intelligentia, ut juſtificet juſtum, bene ſervientem multis. Et peccata noſtra ipſe portabit. Propterea ipſe hæreditate acquiret multos, & fortium dividet ſpolia, pro eo quod tradita eſt in mortem anima ejus, & inter iniquos reputatus eſt, & ipſe peccata multorum tulit, & propter iniquitates eorum traditus eſt. Ut vero & in cœlum aſcenſurus fuerit, quomodo vaticinio eſt promulgatum, audite. Id ſic ſe habet: *Tollite portas cœlorum, pateant illæ, ut ingrediatur rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus fortis & Dominus potens.* Quomodo autem Pſ. xxiii. 7, 8.

&

N O T Æ.

1. Ἥκει εἰς θάνατον.] Ita etiam Clemens Romanus c. XVI. p. 155. & noſter in Dialogo p. 230. qui tamen ib. p. 261. habet ἤχθη, quemadmodum edd. Bibliorum, ut opinor, omnes. Nihilominus multa ſunt quæ me fere inducunt ut LXX. Int ἥκει ſcripſiſſe credam cum viro docto Chriſtiano Schotano, cujus v. Diatr. c. Voſſ. p. 173, 4. Quod autem dicit Grabius *De vitiis LXX.* p. 39. in Dial. p. 261. reponendum ἥκει, vereor ut ſatis certum ſit. Incredibilis enim eſt Juſtini in recitandis ſcripturis inconſtantia, quod & jam aliqua ex parte vidimus, & ſingulæ fere paginæ quæ ſequuntur magis magiſque confirmabunt. Quinetiam ipſe nos ab iſta lectione manus abſtinere jubet his verbis, Εἰ μὲν μὴ ἔμελλε πάσχειν ὁ Χριστὸς, μηδὲ προεῖπον οἱ προφῆται ὅτι ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ ΑΧΘΗΣΕΤΑΙ εἰς θάνατον, Dial. p. 317.

4, 5. Οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.] Edd. LXX. Int. οὐδὲ δόλον aut δόλος (quæ Complutenſis editionis lectio, eaque, niſi fallor, verior, eſt) ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Sed cum Juſtino conſentiunt codex egregius Alexandrinus, & Clemens Romanus, aliique Patrum non pauci, ut & S. Petrus 1 Ep. ii. 22. cujus unius auctoritati, conjunctæ cum Juſtini, tantum tribuit Perionius, ut *corrigenda eſſe noſtra exemplaria* affirmare non dubitet. Verum is haud paulo præproperus criticus eſt. Quid igitur? Falſumne eſt quod temere pronuntiavit judicium? Id vero ego non dico. Non eſt ſane facile dijudicatu utrum ex Petro huc traductum ſit illud εὑρέθη, an germanum ſit, ſed ab altera interpretatione, quod in hac Verſione ſæpe accidit, loco pulſum. Certe magis videtur redolere libertatem LXX. interpretum.

7. Ἐὰν δῶται.] Ed. Sixtina τῶν LXX. habet ἐὰν δῶτε, quæ corrupta eſt lectio. At Juſtinus cum quibuſdam codicibus habet ἐὰν δῶται, quæ genuina eſt lectio. Cappellus, Crit. Sac. p. 529, 30.

10. Τὴν ψυχήν.] LXX. & noſter in Dialogo τῆς ψυχῆς.

3. Διὰ

& e cœlis cum gloria adventurus ſit, quæ de hoc per Jeremiam prophetam ſint dicta, cognoſcite. Sunt autem hæc: *Ecce quomodo filius hominis venit in nubibus cœli, & angeli ejus cum eo.* Verum enimvero quoniam quæ jam facta ſunt omnia, priuſquam fierent, a prophetis prænunciata eſſe oſtendimus, neceſſe eſt ut ea quoque quæ pariter a prophetis prædicta ſunt, nondum autem facta ſunt, omnino futura credantur. Ad quem namque modum ea quæ jam facta ſunt, prænunciata, & non agnita, evenerunt: ad eundem modum & quæ reliqua ſunt, quamvis non agnita nec credita fuerint, evenient. Duos enim ejus adventus prænunciarunt prophetæ: unum quidem, jam præteritum, ut deſpecti & paſſionibus ſubjecti hominis; ſecundum autem, quando e cœlis cum gloria & angelico exercitu ſuo adventurus prædicitur: cum omnium etiam qui unquam extitere mortalium corpora excitabit, atque dignorum quidem, immortalitate induet, injuſtorum autem, in perpetuo ſenſu una cum malis dæmonibus in ignem mittet ſempiternum. Ut vero & hæc fore ſint prædicta, declarabimus.

Dan. vii. 13. Matt. xxv. 31.

καὶ ἐξ οὐρανῶν παραγίνεσθαι μετὰ δόξης μέλλει, ἀκούσατε καὶ τῶν εἰρημένων εἰς τοῦτο διὰ Ἰερεμίου τοῦ προφήτου. ἔστι δὲ ταῦτα, Ἰδοὺ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἔρχεται ἐπάνω τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ σὺν αὐτῷ. 87 Ἐπειδὴ τοίνυν τὰ γενόμενα ἤδη πάντα ἀποδείκνυμεν πρὶν ἢ γενέσθαι προκεκηρύχθαι διὰ τῶν προφητῶν, ἀνάγκη καὶ περὶ τῶν ὁμοίως προφητευθέντων, μελλόντων δὲ γίνεσθαι, πίστιν ἔχειν ὡς πάντως γενησομένων. ὃν γὰρ τρόπον τὰ ἤδη γενόμενα προκεκηρυγμένα καὶ ἀγνοούμενα ἀπέβη, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ λείποντα, κἂν ἀγνοῆται καὶ ἀπιστῆται, ἀποβήσεται. δύο γὰρ αὐτοῦ παρουσίας προεκήρυξαν οἱ προφῆται· μίαν μέν, τὴν ἤδη γενομένην, ὡς ἀτίμου καὶ παθητοῦ ἀνθρώπου· τὴν δὲ δευτέραν, ὅταν μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν μετὰ τῆς ἀγγελικῆς αὐτοῦ στρατιᾶς παραγενήσεσθαι κεκήρυκται, ὅτε καὶ τὰ σώματα ἀνεγερεῖ πάντων τῶν γενομένων ἀνθρώπων, καὶ τῶν μὲν ἀξίων ἐνδύσῃ ἀφθαρσίαν, τῶν δ' ἀδίκων ἐν αἰσθήσει αἰωνίᾳ μετὰ τῶν φαύλων δαιμόνων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψει. ὡς δὲ καὶ ταῦτα προείρηται γενησόμενα, δηλώσομεν. ἐρρέθη δὲ διὰ Ἰε-

Dictum ſane a propheta Ezechiele

NOTÆ.

3. Διὰ Ἱερεμίου.] Non Jeremiæ locus eſt, ſed Danielis, ex cap. vii. SYLBURG.

24, 5. Τῶν μὲν ἀξίων ἐνδύσῃ.] Poſt ἀξίων repetere ἀπὸ κοινοῦ oportet τὰ σώματα, & ἐνδύσει ſcribere. H. STEPHANUS.

25, 6, 7. Ἐν αἰσθήσει αἰωνίᾳ—εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψει.] Supra p. 66. κολάζεσθαι ἐν αἰσθήσει καὶ μετὰ θάνατον οὔσας τὰς τῶν ἀδίκων ψυχάς. Et mox infra in ſequenti pagina ἐν οἷᾳ δὲ αἰσθήσει καὶ κολάσει γίνεσθαι μέλλουσιν οἱ ἄδικοι. Similiter Judith. xvi 17. Κύριος παντοκράτωρ ἐκδικήσει αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, δοῦναι πῦρ καὶ σκώληκας εἰς σάρκας αὐτῶν, καὶ ΚΛΑΥΣΟΝΤΑΙ ΕΝ ΑΙΣΘΗΣΕΙ ἕως αἰῶνος. Mirum vero ſi ἐν αἰσθήσει ſunt qui flent, aut ſi flent qui vivi ſentienteſque igne perenni uruntur. Lege καύσονται, non κλαύσονται.

29 & ſeqq. Ἐρρέθη δὲ διὰ Ἰεζεκιὴλ τοῦ προφήτου οὕτως &c.] Ezech. xxxvii. 5, 6, 7, 8. Τάδε λέγει Κύριος τοῖς ὀστέοις τούτοις, Ἰδοὺ ἐγὼ φέρω ἐφ' ὑμᾶς πνεῦμα ζωῆς, καὶ δώσω ἐφ' ὑμᾶς νεῦρα, καὶ ἀνάξω ἐφ' ὑμᾶς σάρκα, καὶ ἐκτενῶ ἐφ' ὑμᾶς δέρμα, καὶ δώσω πνεῦμά μου εἰς ὑμᾶς, καὶ ζήσεσθε, καὶ γνώσεσθε ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος. Καὶ προεφήτευσα καθὼς ἐνετείλατό μοι, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐμὲ προφητεῦσαι, καὶ ἰδοὺ σεισμός, καὶ προσήγαγε τὰ ὀστᾶ ἑκάτερον πρὸς τὴν ἁρμονίαν αὐτοῦ· καὶ ἴδον, καὶ ἰδοὺ ἐπ' αὐτὰ νεῦρα καὶ σάρκες ἐφύοντο. Eſai. xlv. 23. Ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ ὀμεῖται πᾶσα γλῶσσα τὸν Θεόν. Philip ii. 10, 1. Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστός.

10. Παυθή-

ζεκιὴλ τοῦ προφήτου οὕτως, Συναχθήσεται ἁρμονία πρὸς ἁρμονίαν, καὶ ὀστέον πρὸς ὀστέον, καὶ σάρκες ἀναφυήσονται, καὶ πᾶν γόνυ κάμψει τῷ Κυρίῳ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ. Ἐν οἵᾳ δὲ αἰσθήσει καὶ κολάσει γενέσθαι μέλλουσιν οἱ ἄδικοι, ἀκούσατε τῶν ὁμοίως εἰς τοῦτο εἰρημένων. ἔστι δὲ ταῦτα, Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ παυθήσεται, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ τότε μετανοήσουσιν, ὅτε οὐδὲν ὠφελήσουσι. Ποῖα δὲ μέλλουσιν οἱ λαοὶ τῶν Ἰουδαίων λέγειν καὶ ποιεῖν, ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν ἐν δόξῃ παραγενόμενον, διὰ Ζαχαρίου τοῦ προφήτου προφητευθέντα ἐλέχθη οὕτως· Ἐντελοῦμαι τοῖς τέσσαρσιν ἀνέμοις συνάξαι τὰ ἐσκορπισμένα τέκνα· ἐντελοῦμαι τῷ Βορρᾷ φέρειν, καὶ τῷ νότῳ μὴ προσκόπτειν. καὶ τότε ἐν Ἰερουσαλὴμ κοπετὸς μέγας, οὐ κοπετὸς στομάτων ἢ χειλέων, ἀλλὰ κοπετὸς καρδίας· καὶ οὐ μὴ σχίσωσιν αὐτῶν τὰ ἱμάτια, ἀλλὰ τὰς διανοίας. κόψονται φυλὴ πρὸς φυλήν, καὶ τότε ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, καὶ ἐροῦσι, Τί Κύριε ἐπλάνησας ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου; ἡ δόξα ἣν εὐλόγησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἐγενήθη ἡμῖν εἰς ὄνειδος. Πολλὰς μὲν οὖν καὶ ἑτέρας προφητείας

φητείας

chiele eſt hoc modo: *Coagmentabitur junctura ad juncturam, & os ad os, & carnes denuo ſuccreſcent. Et genu omne curvabitur Domino, & omnis lingua confitebitur ei.* Ezech. xxxvii. 6, 7, 8. Eſai. xlv. 23. Rom. xiv. 11. In quo autem ſenſu & cruciatu futuri ſint injuſti, conſimiliter de hoc dicta animadvertite. Sunt autem talia: *Vermis eorum non ceſſabit, & ignis eorum non extinguetur.* Eſai. lxvi. 24. Et tunc reſipiſcent, cum id eis nihil proderit. Quæ vero populi Judæorum dicturi facturique ſint, cum illum in gloria videbunt advenientem, Zacharias propheta præloquutus eſt ad hunc modum: *Præcipiam quatuor ventis ut congregent diſperſos liberos; præcipiam Boreæ ut ferat, & Auſtro ut ne impingat.* Zacch. ii. 6. Eſai. xliii. 5, 6. *Et tum in Hieruſalem erit planctus ingens, non planctus oris aut labiorum, ſed planctus cordis; & non ſcindent veſtimenta ſua, ſed mentes: & plangent tribus ad tribum. Et tunc videbunt in quem pupugerint, ac dicent: Cur Domine aberrare nos feciſti a via tua? Gloria cui benedixerunt patres noſtri, converſa nobis eſt in ignominiam.* Zacch. xii. 10, 1, 2. Joel. ii. 3. Eſai. lxiii. 17. lxiv. 11. Habemus nos quidem permulta quoque alia propheta-

rum

NOTÆ.

10. Παυθήσεται.] LXX. τελευτήσει, atque ita noſter in Dialogo p. 263. Id. ib. p. 369. παύσεται.

16—30. Ἐντελοῦμαι——ὄνειδος.] Hæc omnia tanquam Zachariæ verba citantur; ſunt autem partim Eſaiæ, partim Zachariæ, partim ipſius Juſtini.

16—20. Ἐντελοῦμαι τοῖς τέσσαρσιν ἀνέμοις συνάξαι τὰ ἐσκορπισμένα τέκνα· ἐντελοῦμαι τῷ Βορρᾷ φέρειν, καὶ τῷ νότῳ μὴ προσκόπτειν.] Zach. ii. 6. Φεύγετε ἀπὸ γῆς Βορρᾶ, λέγει Κύριος· διότι ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων τοῦ οὐρανοῦ συνάξω ὑμᾶς. Eſ. xliii. 5, 6. Μὴ φοβοῦ, ὅτι μετὰ σοῦ εἰμι· ἀπὸ ἀνατολῶν ἄξω τὸ σπέρμα σου, καὶ ἀπὸ δυσμῶν συνάξω σε. Ἐρῶ τῷ Βορρᾷ, Ἄγε, καὶ τῷ λιβί, Μὴ κώλυε, ἄγε τοὺς υἱούς μου ἀπὸ τῆς πόρρωθεν, καὶ τὰς θυγατέρας μου ἀπ' ἄκρων τῆς γῆς. Id. xi. 12. Καὶ συνάξει τοὺς ἀπολομένους Ἰσραήλ, καὶ τοὺς διεσπαρμένους Ἰούδα συνάξει ἐκ τῶν τεσσάρων πτερύγων τῆς γῆς.

20, 1, 2, 3, 4. Καὶ τότε ἐν Ἰερουσαλὴμ——ἀλλὰ τὰς διανοίας.] Zach. xii. 10, 1. Καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὸν κοπετόν, ὡς ἐπ' ἀγαπητῷ, καὶ ὀδυνηθήσονται ὀδύνην ὡς ἐπὶ τῷ πρωτοτόκῳ. ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ μεγαλυνθήσεται ὁ κοπετὸς ἐν Ἰερουσαλὴμ ὡς κοπετὸς ῥοῶνος ἐν πεδίῳ ἐκκοπτομένου. Joel. ii. 13. Διαῤῥήξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ μὴ τὰ ἱμάτια ὑμῶν.

24, 5, 6. Κόψονται φυλὴ πρὸς φυλήν, καὶ τότε ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν.] Zach. xii. 10, 12.

26 & ſeqq. Καὶ ἐροῦσι——εἰς ὄνειδος.] Eſ. lxiii. 17. Τί ἐπλάνησας ἡμᾶς Κύριε ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου; lxiv. 11. Ὁ οἶκος τὸ ἅγιον ἡμῶν, ἡ δόξα ἣν εὐλόγησαν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐγενήθη πυρίκαυστος, καὶ πάντα τὰ ἔνδοξα ἡμῶν συνέπεσε.

rum vaticinia, quæ proferre poſſemus, verum ea commemorare omittimus, hæc ſatis eſſe rati ad perſuadendos eos quibus idoneæ ad audiendum & intelligendum ſunt aures, eoſque percipere poſſe ducentes, non ſimiliter iis qui fabulas de Jovis, ut putantur, filiis componunt, nos qnoque dicere duntaxat, & demonſtrare non poſſe. Nam qua tandem ratione homini crucifixo fidem haberemus, primogenitum eum ingeniti Dei eſſe credentes, & ab eo humanum genus univerſum judicatum iri; niſi teſtificationes ante de eo quam homo factus advenit promulgatas inveniremus, & rem ita actam eſſe videremus? Deſolatam namque terram Judæorum, & ex omni hominum genere per Apoſtolorum doctrinam ad fidem, qui veteres in quibus errabundi verſabantur conſuetudines rejecerint, adductos eſſe nos ipſos cernimus, ac plures & veriores ex gentibus, quam ex Judæis & Samaritanis, Chriſtianos novimus. Nam cuncta alia hominum genera a Prophetico Spiritu gentes vocantur; Judaicæ autem & Samaritanæ tribus, Iſrael & domus Jacob nominantur. Vaticinii autem ejus, quo prædictum eſt plures ex gentibus quam Judæis & Samaritis fore credentes, verba, ad hunc prolata modum, referre viſum eſt:
Esai. liv. 1. *Lætare ſterilis, quæ non paris; erumpe & clama, quæ non parturis: quoniam plures ſunt liberi deſertæ, quam ejus quæ habet virum.* Deſertæ namque erant a Deo vero gentes omnes, manuum opera colentes:

φιλείας ἔχοντες εἰπεῖν, ἐπαυσάμεθα, αὐτάρκεις καὶ ταύτας εἰς πεισμονὴν τοῖς τὰ ἀκουστικὰ καὶ νοερὰ ὦτα ἔχουσιν εἶναι λογισάμενοι, καὶ νοεῖν δύνασθαι αὐτοὺς ἡγούμενοι, ὅτι οὐχ ὁμοίως 88
τοῖς μυθοποιηθεῖσι περὶ τῶν νομισθέντων υἱῶν τοῦ Διὸς καὶ ἡμεῖς μόνον λέγομεν, ἀλλ' οὐκ ἀποδεῖξαι ἔχομεν. τίνι γὰρ ἂν λόγῳ ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι ἐπειθόμεθα, ὅτι πρωτότοκος τῷ ἀγεννήτῳ Θεῷ ἐστι, καὶ αὐτὸς τὴν κρίσιν τοῦ παντὸς ἀνθρωπείου γένους ποιήσεται, εἰ μὴ μαρτύρια πρὶν ἐλθεῖν αὐτὸν ἄνθρωπον γενόμενον κεκηρυγμένα περὶ αὐτοῦ εὕρομεν, καὶ οὕτως γενόμενα ὁρῶμεν; γῆς μὲν Ἰουδαίων ἐρήμωσιν, καὶ τοὺς ἀπὸ παντὸς ἔθνους ἀνθρώπων διὰ τῆς παρὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ διδαχῆς πεισθέντας, καὶ παραιτησαμένους τὰ παλαιά, ἐν οἷς πλανώμενοι ἀνεστράφησαν, ἔθη, ἑαυτοὺς ἡμᾶς, ὁρῶντες, πλείονάς τε καὶ ἀληθεστέρους τοὺς ἐξ ἐθνῶν τῶν ἀπὸ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρέων Χριστιανοὺς εἰδότες· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα γένη ἀνθρώπεια ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος καλεῖται ἔθνη, τὸ δὲ Ἰουδαϊκὸν καὶ Σαμαρειτικὸν φῦλον, Ἰσραὴλ καὶ οἶκος Ἰακὼβ κέκληνται. ὡς δὲ προεφητεύθη ὅτι πλείονες οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πιστεύοντες τῶν ἀπὸ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρέων, τὰ προφητευθέντα ἀπαγγελοῦμεν. ἐλέχθη δὲ οὕτως, Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. Ἔρημα γὰρ ἦν πάντα τὰ ἔθνη ἀληθινοῦ Θεοῦ, χειρῶν ἔργοις λατρεύοντα·

Judæi

NOTÆ.

37, 8. Ἔρημα γὰρ ἦν πάντα τὰ ἔθνη ἀληθινοῦ Θεοῦ.] Omnes, quos vidi, interpretes vertunt, *deſertæ a Deo.* Minus recte: Gentes enim non a Deo vero deſertas & derelictas fuiſſe voluit Juſtinus, ſed

Ἰουδαῖοι δὲ καὶ Σαμαρεῖς, ἔχοντες τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγον διὰ τῶν προφητῶν παραδοθέντα αὐτοῖς, καὶ ἀεὶ προσδοκήσαντες τὸν Χριστὸν, παραγενόμενον ἠγνόησαν, πλὴν ὀλίγων τινῶν, οὓς προεῖπε τὸ ἅγιον προφητικὸν πνεῦμα διὰ Ἡσαΐου σωθήσεσθαι. εἶπε δὲ ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, Εἰ μὴ Κύριος ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα καὶ Γόμορρα ἂν ἐγενήθημεν. Σόδομα γὰρ καὶ Γόμορρα, πόλεις τινὲς ἀσεβῶν ἀνδρῶν ἱστοροῦνται ὑπὸ Μωσέως γενόμεναι, ἃς πυρὶ καὶ θείῳ καύσας ὁ Θεὸς κατέστρεψε, μηδενὸς τῶν ἐν αὐταῖς σωθέντος, πλὴν ἀλλοεθνοῦς τινὸς, Χαλδαίου τὸ γένος, ᾧ ὄνομα Λώτ· σὺν ᾧ καὶ θυγατέρες διεσώθησαν. καὶ τὴν πᾶσαν αὐτῶν χώραν, ἔρημον καὶ κεκαυμένην οὖσαν, καὶ ἄγονον μένουσαν, οἱ βουλόμενοι ὁρᾷν ἔχουσιν. ὡς δὲ καὶ ἀληθέστεροι οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν καὶ πιστότεροι προεγινώσκοντο, ἀπαγγελοῦμεν τὰ εἰρημένα διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου. ἔφη δὲ οὕ-
89 τως, Ἰσραὴλ ἀπερίτμητος τὴν καρδίαν, τὰ δὲ ἔθνη τὴν ἀκροβυστίαν. Τὰ τοσαῦτα γοῦν ὁρώμενα, πειθὼ καὶ πίστιν τοῖς τἀληθὲς ἀσπαζομένοις καὶ μὴ φιλοδοξοῦσι, μηδὲ ὑπὸ παθῶν ἀρχομένοις, μετὰ λόγου ἐμφορῆσαι δύναται· οἱ δὲ παραδιδόντες τὰ μυθοποιηθέντα ὑπὸ τῶν ποιητῶν, οὐδεμίαν ἀπόδειξιν φέρουσι τοῖς ἐκμανθάνουσι νέοις, καὶ ἐπὶ ἀπάτῃ καὶ ἀπαγωγῇ τοῦ ἀνθρωπείου γένους εἰρῆσθαι ἀποδείκνυμεν, κατ' ἐνέργειαν τῶν φαύλων δαιμόνων.

21, 2. Μουσώνιον δὲ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς.] Muſonii multi fuerunt: vix tamen dubium eſſe poteſt quin hic noſter Muſonius, Tyrrhenus ille philoſophus Stoicus ſit, quem Suidas διὰ τὴν παῤῥησίαν καὶ τὸ ἐλεγκτικὸν καὶ τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἐλευθερίας a Nerone interfectum narrat. Non enim audiendum puto virum doctum Gottfridum Olearium qui ad Philoſtrat. vit. Apoll. IV. 35. verbo ἀναιρεῖσθαι exilio eum multatum eſſe, ſignificare Suidam voluiſſe contendit. Cum eo ſimul occiſum Cornutum, Stoicum & ipſum, uti ſcriptor vitæ Perſii refert, idem Suidas tradit. Οὗτος ὁ Κορνοῦτος (inquit) Λεπτίτης φιλόσοφος· ἡ δὲ Λέπτις πόλις Λιβύης· γεγονὼς ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος, καὶ πρὸ αὐτοῦ, ἀναιρεθεὶς σὺν τῷ Μουσωνίῳ. Qui locus ita legendus eſt, & ab iis quæ antecedunt divellendus; de duobus enim Cornutis loquitur. Κορνοῦτος Λεπτίτης. Οὗτος ὁ Κορνοῦτος Λεπτίτης, φιλόσοφος· ἡ δὲ Λέπτις πόλις Λιβύης· γεγονὼς ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος, καὶ ΠΡΟΣ αὐτοῦ ἀναιρεθεὶς σὺν τῷ Μουσωνίῳ, vel minori mutatione ſic, Κορνοῦτος. Οὗτος ὁ Κορνοῦτος &c. Πρὸς autem in πρὸ mutari poterat & facile caſu, atque etiam de induſtria, propter ea quæ dicta erant de altero Cornuto hiſtorico, æquali & æmulo Titi Livii. Sed redeundum ad Muſonium, quem Philoſtratus a Nerone, non interfectum, ut Suidas, ſed in inſulam Gyaram relegatum fuiſſe ſcribit; quod fortaſſe verius, uti certe veriſſimum eſt ſi hic idem ſit Muſonius de quo Xiphilinus p. 183. Ῥοῦφος μέντοι Μουσώνιος ὁ φιλόσοφος ἐπὶ τούτοις ἐφυγαδεύθη. Quod ipſum improbabile non eſt. Tacitus An. XV. p. 175. *Verginium & Rufum* (ita enim legendum, vel cum Lipſio *Verginium & Muſonium Rufum*, non *Verginium Rufum*) *claritudo nominis expulit. Nam Verginius ſtudia juvenum eloquentia, Muſonius præceptis ſapientiæ fovebat.* Idem An. XIV. p. 156. *Sunt qui alios a ſocero nuntios veniſſe ferant, tanquam nihil atrox immineret,* doctoreſque ſapientiæ, *Ceranum Græci,* Muſonium Tuſci generis, *conſtantiam opperiendæ mortis pro* (ſ. præ) *incerta & trepida vita ſuaſiſſe.* Verum utcunque ea ſe res habeat, certum eſt hæc verba ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς non religionem hominis, quod Grabii ſomnium eſt, ſed ætatem deſignare. Eſt autem operæ pretium audire quam ſubtiliter interpretationem ſuam tueatur Grabius. *Non* (inquit) *ejuſdem ævi vel loci homines, uti Langus in verſione poſuit, ſed religione ſimiles, & quodammodo Chriſtianos intelligendos eſſe, is, quem Juſtinus hic allegat, locus Apolog.* 1. p. 83. *planiſſime oſtendit, ſiquidem ibi expreſſe ait,* Χριστιανοὶ εἰσι, *Heraclitum nominatim, perinde ut hoc loco, laudans.* Dixin' ego vobis coryphæum criticorum eſſe hunc?

4 & ſeqq.

ἐσημήναμεν, πάντας τοὺς κἂν ὁπωσδήποτε κατὰ λόγον βιοῦν σπουδάζοντας, καὶ κακίαν φεύγειν, μισεῖσθαι ἀεὶ ἐνήργησαν οἱ δαίμονες. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ τοὺς κατὰ σπερματικοῦ λόγου μέρος, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ παντὸς λόγου, ὅ ἐστι Χριστοῦ, γνῶσιν καὶ θεωρίαν, πολὺ μᾶλλον μισεῖσθαι οἱ δαίμονες ἐλεγχόμενοι ἐνεργοῦσιν· οἳ τὴν ἀξίαν κόλασιν καὶ τιμωρίαν κομίσονται, ἐν αἰωνίῳ πυρὶ ἐγκλεισθέντες. εἰ γὰρ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἤδη διὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡττῶνται, δίδαγ-

Nam ut omnes, quemadmodum ſignificavimus, qui qualicunque pacto juxta rationem vivere & pravitatem fugere ſtuduerunt, odiis exagitarentur, dæmones ſemper vi ſua & opera effecerunt. Minime igitur mirandum eſt, ſi eos qui non juxta partem aliquam ſeminariæ rationis, verum ſecundum univerſæ rationis & Verbi, quod Chriſtus eſt, notitiam & contemplationem vivunt, dæmones, ab eis convicti, in longe majora odia opera ſua conjiciunt: qui ſane pœnas & ſupplicia condigna, ſempiterno incluſi igne, perferent. Quod namque nunc ab hominibus per nomen Jeſu Chriſti ſuperantur, documentum

4 & ſeqq. Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν εἰ τοὺς κατὰ &c.] Langus hæc ſic vertit: *Minime vero id mirandum videtur, ſi eos qui juxta partem aliquam ſeminariæ rationis mores ſuos conformant, periculis objiciunt: verum quod ſecundum univerſæ rationis & Verbi, quod Chriſtus eſt, notionem & contemplationem viventes, in longe majora odia ope & opera ſua conjicere dæmones coarguuntur, id demum admirationem excedit.* Perionius ſic, *Nihil autem mirum eſſet ſi operam darent ut ii invisi eſſent, qui ex rationis ſeminis parte degunt: ſed eos qui totius rationis ac Verbi, id eſt Chriſti, cognitionem & contemplationem in vita ſequuntur ducem, ac multo etiam magis, inviſos reddere inveniuntur.* Idem *articulum* τοὺς *deeſſe* dicit *poſt* ἀλλὰ, idque *verba quæ proxime antecedunt declarare.* Similiter Sylburgius, *Si poſt* ἀλλὰ, inquit, *repetatur articulus* τοὺς, *& poſt* θεωρίαν *ex præcedentibus ſubaudiatur* βιοῦν σπουδάζοντας, *liquida erit ſententia.* Nimirum in eodem errore, eoque ſane perridiculo, omnes verſantur. Qualis enim eſt hæc *liquida ſententia?* Scilicet, mirum non eſſe ſi dæmones hominum odia ſemper in eos concitaverint qui κἂν ὁπωσδήποτε recte vivere conati fuerint, qui vel tantillum quidem ab imperio ſuo ad ſtudium virtutis defecerint, a quibus denique nihil ſibi metuendum eſſe viderint: Chriſtianos autem, qui & ipſi ab iis penitus deſciverant, alioſque multos quotidie abſtrahebant, quorum tota vita virtuti & rationi prorſus erat conſentanea, eorumque proinde voluntati & commodia non minus contraria, hos, inquam, hoſtes tam capitales tamque potentes, majori opere ab iis oppugnatos fuiſſe, id vero omnem omnino admirationem excedere. Habet autem Sylburgius conjecturam alteram. *Alioqui*, inquit, *& hoc modo legi poſſet*, οἱ οὐ κατὰ σπερματικοῦ λόγου μέρος, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ παντὸς λόγου γνῶσιν καὶ θεωρίαν βιοῦν σπουδάζοντας, πολὺ μᾶλλον μισεῖσθαι. Atque hæc quidem longe eſt priore melior, attingit enim veram loci ſententiam, cui illa plane adverſatur: ſed neque carere poſſumus illo τοὺς quod ejicit, quæque adjicit verba βιοῦν σπουδάζοντας, repetenda potius eſſe ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, quam ex mera conjectura infarcienda videntur. Grabius, recitata Sylburgii annotatione, *Antequam*, inquit, *hæc Sylburgii legerem, ſolum Juſtini textum inſpiciens, particulam negativam deeſſe animadvertebam, indeque conjiciebam pro* εἰ τοὺς κατὰ *legendum* εἴτ' οὐ κατὰ *&c. ſicut ſupra habet* εἴτε γὰρ καθ' εἱμαρμένην *&c. & deinde* εἴτε γὰρ μὴ ἐντυχοῖεν. *Sed poſtea vidi* τοὺς *omnino retineri debere, &* τοὺς κατὰ τὴν τοῦ παντὸς λόγου, ὃ (ὅς) ἐστι Χριστοῦ (Χριστὸς) γνῶσιν *Chriſtianos dici, ſicuti paulo ante* τοὺς ἀπὸ τῶν Στωϊκῶν δογμάτων *Stoicos vocavit; ut adeo non opus ſit* σπουδάζοντας *ex præcedenti periodo addere vel repetere. Negativa vero particula neceſſario* τοὺς *præcedere debet.* Hæc Grabius, cujus ſane infelicitatem non poſſum non dolere. Adeo enim verum non eſt *negativam particulam præcedere debere*, ut, ſi cætera ſana ſunt, omnino ſequi debeat. Nihilo pluris eſt alterum ejus commentum. Stoicos Juſtinus τοὺς ἀπὸ τῶν Στωϊκῶν δογμάτων recte vocavit & ex conſuetudine linguæ Græcæ: ideone autem Chriſtiani vocabuntur οἱ κατὰ τὴν τοῦ παντὸς λόγου γνῶσιν καὶ θεωρίαν? Scilicet quia Græci dicunt οἱ ἀπὸ Στωϊκῶν δογμάτων, οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς, οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου, &c. putabat vir bonus quamlibet hominum ſectam articulo & qualibet præpoſitione cum ſuo caſu recte deſignari poſſe.

7. Ὁ ἐστι Χριστοῦ.] Perionius mavult, ὅς ἐστι Χριστὸς, ut pag. 48. ℣. 24. Sed mutatione nihil opus eſt, cum ὅ ἐστι idem hic ſit quod τουτέστι, δηλονότι, vel ſimile quodpiam declarativum. SYLBURG.

9. Ἐλεγχόμενοι ἐνεργοῦσιν.] Idem tranſmutatis orationis partibus legit ἐλέγχονται ἐνεργοῦντες, *convincuntur facere.* Sed neque hic mutatione opus eſt. Senſus eſt, ἐνεργοῦσι μισεῖσθαι διὰ τὸ ὑπ' αὐτῶν ἐλέγχεσθαι, *efficiunt ut odiis malorum expetantur, propterea quia per ipſos coarguuntur ſuæ improbitatis. Nam veritas odium parit.* SYLBURG.

6, 7, 8. Κἀγὼ

tum id eſt futurorum, qui eos cultoreſque eorum manent, in æterno igne cruciatuum. Hoc enim ita tum prophetæ omnes prædixerunt, tum & ipſe doctor noſter Jeſus Chriſtus docuit eſſe futurum. Ego quidem inſidias & fuſtuarium, crucisve ſupplicium, a quopiam expecto, qui aliquo ſit numero & nomine, vel ab ipſo etiam Creſcente philopſopho & philocompo, hoc eſt ſtrepitus popularis & inſolentis arrogantiæ amatore; indignus namque eſt qui philoſophus & ſapientiæ amator dicatur, propterea

μαί ἐστι τοῖς καὶ μελλούσης αὐτοῖς, καὶ τοῖς λατρεύουσιν αὐτοῖς, ἐσομένης ἐν πυρὶ αἰωνίῳ κολάσεως. οὕτως γὰρ καὶ οἱ προφῆται πάντες προκεκηρύχασι γενήσεσθαι, καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος, ἐδίδαξε. κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆναι, καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι, ἢ κἂν ὑπὸ Κρίσκεντος τοῦ φιλοψόφου καὶ φιλοκόμπου, οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν ἄξιον τὸν ἄνδρα,

7, 8. Ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων. Chron. Paſch. ὡς εἷς τῶν προωνομασμένων. 8, 9. Καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι. Euſeb. ed. Valeſ. κἂν ξύλῳ ἐντιναχθῆναι. Euſ. ed. R. S. & Niceph. καὶ ξύλῳ ἐντιναχθῆναι. Chron. Paſch. καὶ ξύλῳ ἐντιναχθῆναι. 9. Κἂν. Euſ. & Niceph. καί. Ib Κρίσκεντος. Niceph. Κρήσκεντος. 9, 10. Τοῦ φιλοψόφου. Euſ. τοῦ ἀφιλοσόφου.

7, 8, 9. Κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆναι] Valeſius vertit, *ab aliquo eorum qui philoſophi vocantur.* Perionius, *eorum qui ſunt in nomine & gloria.* Similiter Halloixius, *ab aliquo clarorum virorum*, & Langus, *a quopiam qui aliquo ſit numero & nomine.* Ed. Pariſ. *ab aliquo eorum qui nomine ſunt philoſophi.* Quarum verſionum nulla mihi ullo modo placet. Multo potius crediderim τοὺς ὠνομασμένους eos eſſe quos in principio apologiæ memoraverat, mulieris Chriſtianæ virum, centurionem, Urbicum, quos ſe ſatis iratos habiturum non poterat non videre. Apte dein ſubjungit Creſcentem, quem a ſe diſputando ſuperatum, & ſatis aſpere proculdubio tractatum, ultionem meditari crediſſe videtur, ſortaſſe etiam ſatis certo ſcivit. Favet interpretationi noſtræ Euſebius qui H. E. IV. 17. citata hiſtoriola trium martyrum quæ in his verbis deſinit, Καὶ ἄλλος δὲ τρίτος ἐπελθὼν κολασθῆναι προσετιμήθη, ita pergit, Τούτοις ὁ Ἰουστῖνος εἰκότως καὶ ἀκολούθως ἃς προεμνημονεύσαμεν αὐτοῦ φωνὰς ἐπάγει λέγων· Κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆναι, καὶ τὰ λοιπά. Quem locum eo lubentius advocavi quod majus aliquid primo ſaltem aſpectu, docere nos poſſe videatur, nempe in eo exemplari hujus apologiæ quo Euſebius uſus eſt, totum hoc caput quod eſt de Creſcente proxime ſecutum fuiſſe iſta verba, καὶ ἄλλος δὲ τρίτος ἐπελθὼν κολασθῆναι προσετιμήθη, ut jam ea de quibus nunc agimus, eo quo nos volumus non modo referenda, ſed transferenda etiam & reducenda eſſe videantur. Certe hoc capite ſublato, quæ nunc id antecedunt, quæque ſequuntur, ita congruere deprehendes, ut non niſi vi aliqua ſeparata putes. Quæ præcedunt hæc ſunt, —— διδασμά ἐστι τῆς μελλούσης αὐτοῖς καὶ τοῖς λατρεύουσιν αὐτοῖς ἐσομένης ἐν πυρὶ αἰωνίῳ κολάσεως. Quæ ſequuntur, hæc: Ἵνα δὲ μή τις εἴπῃ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν νομιζομένων φιλοσόφων, ὅτι κόμποι καὶ φόβητρά ἐστι τὰ λεγόμενα ὑφ' ἡμῶν, ὅτι κολάζονται ἐν αἰωνίῳ πυρὶ οἱ ἄδικοι, &c. Verum non tam facile ibi inſeritur, quam hinc amovetur. Arcte ibi cohæret oratio, neque divelli ſe patietur. Sic ſe habet: Ὁ δὲ καὶ χαίρειν εἰδέναι ὡμολόγει, ποιηρῶν δεσποτῶν τῶν τοιούτων ἀπηλλάχθαι γινώσκων καὶ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ καὶ βασιλέα τῶν οὐρανῶν (Euſebius legit ΠΑΡΑ ἀγαθὸν πατέρα καὶ βασιλέα ΤΟΝ ΘΕΟΝ) ΠΟΡΕΥΕΣΘΑΙ. καὶ ἄλλος δὲ τρίτος ἐπελθὼν κολασθῆναι προσετιμήθη. Ὅπως δὲ μή τις εἴπῃ, Πάντες ΟΥΝ ἑαυτοὺς φονεύσαντες ΠΟΡΕΥΕΣΘΕ ΗΔΗ ΠΑΡΑ ΤΟΝ ΘΕΟΝ, &c. Vides inter narrationem & anteoccupationem nihil intrudi poſſe. Alia multa dici poſſent in utramque partem, ſed nihil neceſſe eſt. Puto paucos fore qui eam, quam memoravi ſententiam verborum Euſebii neceſſariam aut etiam veram eſſe exiſtimabunt, pauciores quibus aliquid hic luxatum videbitur, qui ſpuria cenſebit quæ a finita narratione ad initium hujos capitis intercedunt, neminem. Non eſt autem ſilentio prætereunda, etſi nec amplectenda, lectio quam ſuppeditat Chronicon Paſchale, quod pro ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων habet ὡς εἷς τῶν προωνομασμένων. Cyril. c. Jul. l. VII. p. 220. τοὺς ὠνομασμένους, *ſupra memoratos.*

8, 9. Καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι.] Euſeb. IV. 16. κἂν ξύλῳ ἐντιναχθῆναι. V. not. Valeſii.

9, 10. Τοῦ φιλοψόφου.] H. Stephanus & Grabius jure præferunt hanc lectionem ei quæ apud Euſebium eſt, τοῦ ἀφιλοσόφου, qua nihil poteſt eſſe languidius aut inconcinnius. Sylburgius in ſubſidium, ut videtur, lectionis Euſebianæ citat ex Tatiano τῶν φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων πανηγύρεις. Sed & ibi legendom φιλοψόφων. Τίς γὰρ ἂν ἐπιμαρτυρήσαι (inquit) τῇ Κράτητος κενοδοξίᾳ, καὶ οὐ μᾶλλον παραιτησάμενος τὴν ΕΝΤΥΦΟΝ τῆς ὁμοίας αὐτοῦ ΓΛΩΣΣΟΜΑΝΙΑΝ, ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὸ κατ' ἀλήθειαν σπουδαῖον τρέψεται; διόπερ μὴ παρασυρέτωσαν ὑμᾶς αἱ τῶν φιλοψόφων (ita enim lego, ut modo dicebam) καὶ οὐ φιλοσόφων πανηγύρεις, οἵτινες ἐναντία μὲν ἑαυτοῖς δογματίζουσι, ΚΑΤΑ ΔΕ ΤΟ ΕΠΕΛΘΟΝ ΕΚΑΣΤΟΣ ΕΚΠΕΦΩΝΗΚΕ. p. 14, 5, 6.

3, 4, 5. Πρὸς

47 ὅς γε περὶ ἡμῶν ἃ μὴ ἐπίσταται δημοσίᾳ καταμαρτυρεῖ, ὡς ἀθέων καὶ ἀσεβῶν χριστιανῶν ὄντων, πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν τῶν πολλῶν τῶν πεπλανημένων ταῦτα πράττων. εἴτε γὰρ μὴ ἐντυχὼν τοῖς τοῦ Χριστοῦ διδάγμασι κατατρέχει ἡμῶν, παμπόνηρός ἐστι, καὶ ἰδιωτῶν πολὺ χείρων, οἳ φυλάττονται πολλάκις περὶ ὧν οὐκ ἐπίστανται διαλέγεσθαι καὶ ψευδομαρτυρεῖν· ἢ εἰ ἐντυχὼν τῷ ἐν αὐτοῖς μεγαλείῳ, ἢ ξυνεὶς, πρὸς τὸ μὴ ὑποπτευθῆναι τοιοῦτος ταῦτα ποιεῖ, πολὺ μᾶλλον ἀγεννὴς καὶ παμπόνηρος, ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου δόξης καὶ φόβου ἐλάττων ὤν.

propterea quod publice de rebus quas ignorat, videlicet quod Chriſtiani athei prorſuſque ſine Deo & impii ſint, aſſeverat; ad gratiam & libidinem eorum qui ſunt in errorem ſeducti, id faciens. Si enim, non lectis Chriſti doctrinis in nos invehitur, improbiſſimus eſt, & idiotis multo deterior, qui ſæpe de rebus quas ignorant loqui & falſum teſtimonium dicere cavent: ſin Chriſtianam profeſſionem legit, aut amplitudinem ejus non intellexit, aut ſi intellexit, ne vero in ſuſpicionem perveniat nobiſcum ſentiendi, id facit, longe adhuc abjectior & pejor eſt, utpote inepta & abſurda opinione vir, timorique ſordido obnoxius. Sane

1. Ος γε περὶ ἡμῶν ἃ μὴ ἐπίσταται. Euſeb. ed. Valeſ. ὡς (Euſ. ed. R. S. & Niceph. ὅς) γε περὶ ὧν μὴ ἐπίσταται. Chron. Paſch. ὡς γε δημοσίᾳ καταμαρτυρεῖ ὡς ἀθέων ἡμῶν καὶ ἀσεβῶν χριστιανῶν ὄντων. 4, 5. Ηδονὴν τῶν πολλῶν τῶν πεπλανημένων. Chron. Paſch. ἡδονὴν πολλῶν τῶν πεπλανημένων. Niceph. ἡδονὴν τῶν πεπλανημένων. Euſeb. ed. Valeſ. ἡδονὴν τῶν πολλῶν, πεπλανημένως. 5. Ταῦτα. Euſeb. τοῦτο. 8. Πολύ. Euſeb. πολλῷ. Niceph. πολύ. 11, 2. Η εἰ ἐντυχὼν τῷ ἐν αὐτοῖς μεγαλείῳ, ἢ ξυνείς. Euſeb. καὶ εἰ ἐντυχὼν μὴ ξυνῆκε τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον, ἢ ξυνείς. Niceph. ἢ εἰ ἐντυχὼν, ἢ ξυνῆκε τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον· ἢ ξυνείς. 14. Αγεννής. Euſeb. ed. Valeſ. ἀγενής.

3, 4, 5. Πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν τῶν πολλῶν τῶν πεπλανημένων.] H. Valeſius ad hæc verba, ab Euſebio ſuo citata, hæc annotat: *Longe elegantior eſt lectio quam in tribus noſtris codicibus reperimus. Sic autem habet:* πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν τῶν πολλῶν, πεπλανημένως τοῦτο πράττων. *Quæ emendatio adeo neceſſaria eſt, ut niſi ita ſcripſeris, quæ ſequuntur Juſtini verba cum præcedentibus nullatenus cohæreant. Poſtquam enim dixit Juſtinus Creſcentem indignum eſſe philoſophi vocabulo propterea quod de rebus loqueretur quas penitus ignorabat, & Chriſtianos impios vocabat, ut gratiam captaret imperitæ multitudinis; addit deinde, illum in eo graviter erraſſe,* πεπλανημένως τοῦτο πράττων. *Rationem inde ſubjungit,* εἴτε γὰρ μὴ ἐντυχὼν *&c.* Hæc ibi Valeſius, in quibus eum ratio prorſus fugit. Nam quod ad elegantiam attinet, ea, ſi qua hic ſit, admiſſa hac inſaceta lectione, penitus peribit. Quid enim habere poteſt elegantiæ verbum tam molle, tam lene, de tali viro, de tanto crimine, in oratione tam acri tamque vehementi? Neque magis neceſſaria eſt hæc lectio, quam elegans. Recte enim jam inter ſe cohærent verba Juſtini, multoque melius quam ſi ad mentem Valeſii refingerentur & explicarentur. Qualis enim erit hic cohærentia, ſi Juſtinus dum ſubjungit εἴτε γὰρ μὴ ἐντυχὼν &c. rationem reddat cur ante dixiſſet πεπλανημένως τοῦτο πράττων, atque ita Creſcentem erraſſe hoc argumento probet, quod ſcilicet erat homo nequiſſimus? Quid multa? Hæc verba εἴτε γὰρ μὴ ἐντυχὼν & quæ ſequuntur, referuntur ad id quod dixerat in ea periodo quæ proxime antecedit, οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν ἄξιον τὸν ἄνδρα, indeque eſt quod in primo argumenti membro dicit παμπόνηρός ἐστι καὶ ΙΔΙΩΤΩΝ πολὺ χείρων, & in ſecundo ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου δόξης καὶ φόβου ἐλάττων ὤν. Rufinus, *eorum quos in errore poſitos ipſe majoribus erroris laqueis involvit.* Nicephorus, τῶν πεπλανημένων.

11, 2. Η εἰ ἐντυχὼν τῷ ἐν αὐτοῖς μεγαλείῳ, ἢ ξυνείς.] Euſeb. καὶ εἰ ἐντυχὼν μὴ ξυνῆκε τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον, ἢ ξυνείς. Fortaſſe ſic non male legeris, Η εἰ ἐντυχὼν, μὴ ξυνῆκε τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον, ἢ εἰ ξυνείς. ad quam fere ſententiam verſionem Langi refinximus.

14, 5. Ιδιωτικῆς καὶ ἀλόγου δόξης καὶ φόβου ἐλάττων ὤν.] Perionius vertit, *quem opinione rationis aliena & cautione idiotæ ſuperent.* Halloixius, *nimirum imperitæ atque a ratione alienæ opinioni cedens, ac timori ſuccumbens.* Valeſius, *quippe qui abſurdis atque popularibus opinionibus metuque inferiorem ſe eſſe fateatur.* Langi verſionem habes ſupra. Nempe locum minime obſcurum nullus horum intellexit. Ιδιωτικὴ καὶ ἄλογος δόξα nihil aliud eſt quam quod alibi in hac apologia τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξαν vocat. P. 51. Καὶ γὰρ ἐγὼ μαθὼν περίβλημα πονηρὸν εἰς ἀποτροπὴν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων περιτεθειμένον ὑπὸ τῶν φαύλων δαιμόνων τοῖς χριστιανῶν θείοις διδάγμασι, καὶ ψευδολογουμένων ταῦτα, καὶ τοῦ περιβλήματος καταγέλασα, καὶ τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξης. Ib. p. 48, 9. Χριστῷ οὐ φιλόσοφοι οὐδὲ φιλολόγοι μόνον ἐπείσθησαν, ἀλλὰ καὶ χειροτέχναι, καὶ παντελῶς ἰδιῶται, καὶ ΔΟΞΗΣ

Sane ſcire vos volo, me, qui quæſtiones hujus generis quaſdam illi propoſuerim, cognoviſſe atque reviciſſe, eum vere nihil ſcire. Atque ut intelligatis verum me dicere, ſi ad vos colloquia diſputationum relata non ſunt, paratus ſum cum eo apud vos de eis denuo ſermonem conferre: & eſſet profecto id quoque imperio dignum opus. Sin cognitæ vobis ſunt interrogationes meæ, atque illius reſponſiones, perſpicuum vobis eſt, nihil eum ſcire. Aut certe ſi ſcit, propter auditores autem eloqui non audet ſimiliter Socrati, ſicut antea dixi, non philoſophus, non ſapientiæ, ſed gloriæ, amator eſſe declaratur, qui nimirum Socraticum illud, omnium comprobatione dignum, non obſervet; *Nullum eſſe veritati præferendum virum.* Sed impoſſibile eſt homini Cynico, qui indifferentiam finem ſtatuit, bonum noſſe præter indifferentiam. Ne vero quiſpiam dicat, id quod a philoſophis, ut eſſe putantur, jactatur, voces eſſe inanes & terricula, quæ a nobis de injuſtis in igne perpetuo torquendis referuntur, ac nos ut propter timorem

καὶ γὰρ προτεθέντα με καὶ ἐρωτήσαντα αὐτὸν ἐρωτήσεις τινὰς τοιαύτας, καὶ μαθεῖν καὶ ἐλέγξαι ὅτι ἀληθῶς μηδὲν ἐπίσταται, εἰδέναι ὑμᾶς βούλομαι. καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω, εἰ μὴ ἀνηνέχθησαν ὑμῖν αἱ κοινωνίαι τῶν λόγων, ἕτοιμος καὶ ἐφ' ὑμῶν κοινωνεῖν τῶν ἐρωτήσεων πάλιν· βασιλικὸν δ' ἂν καὶ τοῦτο ἔργον εἴη. εἰ δὲ καὶ ἐγνώσθησαν ὑμῖν αἱ ἐρωτήσεις μου καὶ αἱ ἐκείνου ἀποκρίσεις, φανερὸν ὑμῖν ἐστιν ὅτι οὐδὲν ἐπίσταται. ἢ εἰ καὶ ἐπίσταται, διὰ τοὺς ἀκούοντας δὲ οὐ τολμᾷ λέγειν ὁμοίως Σωκράτει, ὡς προέφην, οὐ φιλόσοφος, ἀλλὰ φιλόδοξος ἀνὴρ δείκνυται, ὅς γε μηδὲ τὸ Σωκρατικὸν ἀξιέραστον ὂν τιμᾷ, Ἀλλ' οὔτι γε πρὸ τῆς ἀληθείας τιμητέος ἀνήρ. ἀδύνατον δὲ Κυνικῷ, ἀδιάφορον τὸ τέλος προθεμένῳ, τὸ ἀγαθὸν εἰδέναι πλὴν ἀδιαφορίας. ἵνα δὲ μή τις εἴπῃ, τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν νομιζομένων φιλοσόφων, ὅτι κόμποι καὶ φόβητρά ἐστι τὰ λεγόμενα ὑφ' ἡμῶν ὅτι κολάζονται ἐν αἰωνίῳ πυρὶ οἱ ἄδικοι, καὶ διὰ φόβον, καὶ οὐ

1. Προταθέντα. Euſeb. προθέντα. 2, 3. Καὶ μαθεῖν. Euſeb. μαθεῖν. 7. Ἕτοιμος. Chron. Paſch. ἕτοιμός εἰμι. 8. Δ' ἄν. Chron. Paſch. γὰρ ἄν. 12. Οὐδὲν ἐπίσταται. Euſeb. οὐδὲν τῶν ἡμετέρων ἐπίσταται. 12, 3. Η εἰ καὶ ἐπίσταται. Euſeb. ἢ εἰ ἐπίσταται. 14. Ὁμοίως Σωκράτει. Euſeb. non habet. 14, 5. Ὡς προέφην. Euſeb. ὡς πρότερον ἔφην.

καὶ ΦΟΒΟΥ καὶ θανάτου καταφρονήσαντες. Dial. p. 224. μὴ ἠπατημένοι δόξης.

12—16. Η εἰ καὶ ἐπίσταται, διὰ τοὺς ἀκούοντας δὲ οὐ τολμᾷ λέγειν ὁμοίως Σωκράτει, ὡς προέφην, οὐ φιλόσοφος, ἀλλὰ φιλόδοξος ἀνὴρ δείκνυται.] Horum triplex eſſe poteſt ſententia. Aut enim voluit Creſcentem in eo eſſe ſimilem Socrati quod non auderet verum dicere; aut Socratis eſſe diſſimilem, neque quod ille fecit, audere facere; vel denique, poſita cum R. Stephano nota diſtinctionis poſt λέγειν, ſic hæc interpretanda ſunt, Ut Socrates magis erat φιλόδοξος quam φιλόσοφος, ita & Creſcens. Favere interpretationi primæ fortaſſe videatur, quod proxime ſequitur, ὅς γε ΜΗΔΕ τὸ σωκρατικὸν τιμᾷ, & quæ paulo poſt tanquam Socratis verba recitat, Τὸν δὲ πατέρα καὶ δημιουργὸν πάντων οὔθ' εὑρεῖν ῥᾴδιον, οὔθ' εὑρόντα εἰς πάντας εἰπεῖν ΑΣΦΑΛΕΣ. Multis tamen de cauſis neque eam neque ſecundam ullo modo probo; tertiam multo minus. Unde pene inducor ut credam veram eſſe lectionem Euſebii, qui non habet iſta ὁμοίως Σωκράτει quæ tantum nobis negotii faceſſunt.

14, 5. Ὡς προέφην.] Euſeb. πρότερον ἔφην. Juſtinus ſcripſit προέφην.

18, 9. Ἀλλ' οὔτι γε πρὸ τῆς ἀληθείας τιμητέος ἀνήρ.] Plato De rep. lib. X. p. 595. Ἀλλ' οὐ γὰρ πρό γε τῆς ἀληθείας τιμητέος ἀνήρ.

9—13. Ἀλλ'.

διὰ τὸ καλὸν εἶναι καὶ ἄρεστον, ἐναρέτως βιοῦν τοὺς ἀνθρώπους ἀξιοῦμεν· βραχυεπῶς πρὸς τοῦτο ἀποκρινοῦμαι ὅτι εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν, οὔτε ἔστι Θεός, ἢ εἰ ἔστιν, οὐ μέλει αὐτῷ τῶν ἀνθρώπων, καὶ οὐδέν ἐστιν ἀρετή, οὐδὲ κακία, καί, ὡς προέφημεν, ἀδίκως τιμωροῦσιν οἱ νομοθέται τοὺς παραβαίνοντας τὰ διατεταγμένα καλά. ἀλλ'
48 ἐπεὶ οὐκ ἄδικοι ἐκεῖνοι, καὶ ὁ αὐτῶν πατὴρ τὰ αὐτὰ αὐτῷ πράττειν διὰ τοῦ λόγου διδάσκων, οἱ τούτοις συντιθέμενοι οὐκ ἄδικοι. ἐὰν δέ τις τοὺς διαφόρους νόμους τῶν ἀνθρώπων προβάλληται, λέγων ὅτι παρ' οἷς μὲν ἀνθρώποις τάδε καλά, τὰ δὲ αἰσχρὰ νενόμισται, παρ' ἄλλοις δὲ τὰ παρ' ἐκείνοις αἰσχρὰ καλά, καὶ τὰ καλὰ αἰσχρὰ νομίζεται, ἀκουέτω καὶ τῶν εἰς τοῦτο λεγομένων. καὶ νόμους διατάξασθαι τῇ ἑαυτῶν κακίᾳ ὁμοίους τοὺς πονηροὺς ἀγγέλους ἐπιστάμεθα, οἷς χαίρουσιν οἱ ὅμοιοι γενόμενοι ἄνθρωποι· καὶ ὀρθὸς λόγος παρελθὼν οὐ πάσας δόξας, οὐδὲ πάντα δόγματα καλὰ ἀποδείκνυσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν φαῦλα, τὰ δὲ ἀγαθά· ὥστε μοι καὶ πρὸς τοὺς τοιούτους τὰ αὐτὰ καὶ τὰ ὅμοια εἰρήσεται καὶ λεχθήσεται διὰ πλειόνων ἐὰν χρεία ᾖ. τανῦν δὲ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἀνέρχομαι. μεγαλειότερα μὲν οὖν πάσης ἀνθρωπείου διδασκαλίας φαίνεται τὰ ἡμέτερα διὰ τοῦ λογικὸν τὸ ὅλον τὸν φανέντα δι' ἡμᾶς Χριστὸν γεγονέναι καὶ σῶμα καὶ λόγον καὶ ψυχήν. ὅσα γὰρ καλῶς ἀεὶ ἐφθέγξαντο καὶ εὗρον οἱ

timorem coacti, non autem propter honeſtatem libentes, homines in vita virtutem ſequantur, praecepta dare; paucis ad hoc ſic reſpondebo: hoc ſi non ſit, neque Deum eſſe, aut ſi ſit, nihil illi curæ eſſe res humanas, atque nec virtutem eſſe nec vitium, & injuſte, prout diximus, legiſlatores, eos qui honeſtatem conſtitutionibus ordinatam tranſgrediuntur, pœnis afficere. Sedenim quoniam illi injuſti non ſunt, eorumque parens eadem quæ ipſe facit, facere per Rationem & Verbum docet; neque qui doctrinis illis obſecundantes conſentiunt, injuſti ſunt. Quod ſi quis diverſitatem legum humanarum variantium inter ſe objiciat, allegans apud nonnullos hæc quidem honeſta, illa autem turpia; apud alios autem, quæ apud illos turpia honeſta, quæ honeſta turpia, cenſeri; audiat quæ de hac quoque re dicamus. Leges etiam improbitati ſuæ congruentes angelos pravos conſtituiſſe ſcimus, quibus illorum ſimiles gaudent homines. Verum recta accedens ratio non omnes ſententias, neque decreta omnia honeſta eſſe commonſtrat, ſed hæc quidem prava, illa autem bona. Quocirca adverſus hoſce hæc ipſa & ſimilia a me dicentur atque diſſerentur pluribus, cum uſus tulerit: nunc ad propoſitum redeo. Ampliora eſſe noſtra doctrinis humanis omnibus, conſtat ob id quod, qui noſtra cauſa apparuit, Chriſtus rationalis ex parte omni factus eſt corpore, ratione & anima. Quæcunque enim recte quovis tempore dixerunt & invenerunt philo-

9—13. Ἀλλ'——ἄδικοι.] Pro αὐτῷ Grabius legit αὐτὸν vel αὐτῶν, Sylburgius αὐτοῖς. Nos majus ulcus latere ſuſpicamur.

34, 5. Διὰ τοῦ λογικὸν τὸ ὅλον τὸν φανέντα δι' ἡμᾶς Χριστὸν γεγονέναι.] Corruptus eſt hic locus, quem ſic corrigemus, διὰ τὸ λογικὸν ὅλον τὸ φανέντα &c. Perionius.

philoſophi aut legum latores, juxta partem rationis, inventionis & contemplationis, elaborata illis ſunt. Quia autem non omnia quæ rationis ſunt & Verbi (id quippe Chriſtus eſt) perviderunt, diverſa a ſeipſis & contraria perſæpe dixerunt. Et qui ante Chriſtum fuere, & ratione pro captu humano innixi res contemplari, explorare & arguere contenderunt, tanquam impii & curioſi ad judicum tribunalia ſunt protracti. Qui autem ad hoc omnium inter eos fuit vehementiſſimus, Socrates, ejuſdem nobiſcum accuſatus eſt criminis. Nam illum, dictum eſt, nova dæmonia inferre; & quos civitas cenſeret eſſe, ipſum non putare Deos. At ille dæmones quidem malos, & probrorum quæ poetæ deſcripſerunt patratores ex republica ſua exegit, hominesque ut Homerum & poetas alios vitarent, docuit, & ad ignoti eis Dei cognitionem per rationis inquiſitionem cohortatus eſt, dicens: *Parentem autem & opificem univerſorum neque invenire facile, neque inventum in vulgus indicare tutum eſt.* Quæ Chriſtus noſter potentia

φιλοσοφήσαντες ἢ νομοθετήσαντες, κατὰ λόγου μέρος εὑρέσεως καὶ θεωρίας ἐστὶ πονηθέντα αὐτοῖς. ἐπειδὴ δὲ οὐ πάντα τὰ τοῦ λόγου ἐγνώρισαν, ὅς ἐστι Χριστὸς, καὶ ἐναντία ἑαυτοῖς πολλάκις εἶπον. καὶ οἱ προγεγραμμένοι τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον λόγῳ πειραθέντες τὰ πράγματα θεωρῆσαι καὶ ἐλέγξαι, ὡς ἀσεβεῖς καὶ περίεργοι εἰς δικαστήρια ἤχθησαν. ὁ πάντων δὲ αὐτῶν εὐτονώτερος πρὸς τοῦτο γενόμενος Σωκράτης, τὰ αὐτὰ ἡμῖν ἐνεκλήθη. καὶ γὰρ ἔφασαν αὐτὸν καινὰ δαιμόνια εἰσφέρειν, καὶ οὓς ἡ πόλις νομίζει Θεοὺς μὴ ἡγεῖσθαι αὐτόν. ὁ δὲ δαίμονας μὲν τοὺς φαύλους, καὶ τοὺς πράξαντας ἃ ἔφασαν οἱ ποιηταὶ, ἐκβαλὼν τῆς πολιτείας, καὶ Ὅμηρον καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς παραιτεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐδίδαξε, πρὸς Θεοῦ δὲ τοῦ ἀγνώστου αὐτοῖς διὰ λόγου ζητήσεως ἐπίγνωσιν προὐτρέπετο εἰπὼν, Τὸν δὲ πατέρα καὶ δημιουργὸν πάντων οὔθ' εὑρεῖν ῥᾴδιον, οὔθ' εὑρόντα εἰς πάντας εἰπεῖν ἀσφαλές. ἃ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς

6, 7. Οἱ προγεγραμμένοι τοῦ Χριστοῦ.] Fortaſſe ſcribendum προσγεγραμμένοι. Dial. p. 264. ὁμοίως τοῖς προσγεγραμμένοις αὐτῶν δικαίοις. V. etiam Apol. I. p. 83.

13, 4, 5. Καὶ γὰρ ἔφασαν αὐτὸν καινὰ δαιμόνια εἰσφέρειν &c.] Plato Apol. Socr. p. 24. Σωκράτη φησὶν ἀδικεῖν τούς τε νέους διαφθείροντα, καὶ Θεοὺς οὓς ἡ πόλις νομίζει οὐ νομίζοντα, ἕτερα δὲ δαιμόνια καινά. Xenoph. Ἀπομνημ. I. p. 412. Ἡ μὲν γὰρ γραφὴ κατ' αὐτοῦ τοιάδε τις ἦν, Ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς ἡ πόλις νομίζει Θεοὺς, οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέρων.

15 & ſeqq. Ὁ δὲ δαίμονας &c.] V. Plat. De rep. l. II. p. 377. & ſeqq. & l. X. p. 595. & ſeqq.

20, 1. Θεοῦ δὲ τοῦ ἀγνώστου.] Reſpicit niſi fallor, inſcriptionem aræ apud Athenienſes, *Ignoto Deo*; quam Paulus Apoſtolus memorat Act. xvii. 23. Grabe.

22 & ſeqq. Εἰπὼν, Τὸν δὲ πατέρα &c.] Platonis locus eſt in Timæo. ubi tamen non Socrati, ſed Timæo, tribuuntur hæc verba, ut notat Arcerius. Sylburg. Platonis verba ſunt, Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. p. 28.

24, 5. Οὐδ' εὑρόντα εἰς πάντας εἰπεῖν ἀσφαλές.] Plato, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν, quæ Cicero ſic vertit, *& quum jam inveneris, indicare in vulgus nefas.* Minucius, *in publicum dicere impoſſibile.* Lactantius, *ut eam neque mente concipere, neque verbis enarrare quiſquam poſſit.* Tertullianus, *neque inveniri facilem, & inventum enarrari in omnes difficilem.* Clemens etiam Alexandrinus, Origenes, aliique multi legunt ἀδύνατον, nemo quod ſciam οὐκ ἀσφαλὲς, ut dubium nemini eſſe poſſit quænam apud Platonem vera lectio ſit. Et quidem dum verba proxime ſequentia contemplor, ἃ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς διὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἔπραξε, pene animum inclinant ut Juſtinum quoque ſcripſiſſe credam καὶ εὑρόντα —ἀδύνατον. Rem enim periculoſam aggredi perficereque, non tam potentiæ eſt quam fortitudinis & conſtantiæ: ardua autem & difficilia facere, potentis; τὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀδύνατα, Dei. Veruntamen minime quicquam mutandum cenſeo.

25. ἃ.] Sunt, opinor, quibus facile perſuadere poſſem Juſtinum non ἃ ſcripſiſſe ſed ὃ. Verum nihil muto.

2. Οὐδεὶς

στὸς διὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἔπραξε. Σωκράτει μὲν γὰρ οὐδεὶς ἐπιστεύθη ὑπὲρ τούτου τοῦ δόγματος ἀποθνήσκειν· Χριστῷ δὲ, τῷ καὶ ὑπὸ Σωκράτους ἀπὸ μέρους γνωσθέντι (λόγος
49 γὰρ ἦν καὶ ἔστιν ὁ ἐν παντὶ ὢν, καὶ διὰ τῶν προφητῶν προειπὼν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ δι᾽ ἑαυτοῦ ὁμοιοπαθοῦς γενομένου καὶ διδάξαντος ταῦτα) οὐ φιλόσοφοι οὐδὲ φιλολόγοι μόνον ἐπείσθησαν, ἀλλὰ καὶ χειροτέχναι, καὶ παντελῶς ἰδιῶται, καὶ δόξης καὶ φόβου καὶ θανάτου καταφρονήσαντες· ἐπειδὴ δύναμίς ἐστι τοῦ ἀῤῥήτου πατρὸς, καὶ οὐχὶ ἀνθρωπείου λόγου τὰ σκεύη. οὐκ ἂν δὲ οὐδὲ ἐφονευόμεθα, οὐδὲ δυνατώτεροι ἡμῶν ἦσαν οἵ τε ἄδικοι ἄνθρωποι καὶ δαίμονες, εἰ μὴ πάντως παντὶ γεννωμένῳ ἀνθρώπῳ καὶ θανεῖν ὠφείλετο· ὅθεν καὶ τὸ ὄφλημα ἀποδιδόντες, εὐχαριστοῦμεν. καίτοι γε καὶ τὸ Ξενοφώντειον ἐκεῖνο νῦν πρός τε Κρίσκεντα, καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῷ ἀφραίνοντας, καλὸν καὶ εὔκαιρον εἰπεῖν ἡγούμεθα. τὸν Ἡρακλέα ἐπὶ τρίοδόν τινα ἔφη ὁ Ξενοφῶν βαδίζοντα, εὑρεῖν τήν τε ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν ἐν γυναικῶν μορφαῖς φαινομένας, καὶ τὴν μὲν κακίαν, ἁβρᾷ ἐσθῆτι, καὶ ἐρωτοπεποιημένῳ καὶ ἀνθοῦντι ἐκ τῶν τοιούτων προσώπῳ, θελκτικήν τε εὐθὺς πρὸς τὰς ὄψεις οὖσαν, εἰπεῖν πρὸς τὸν Ἡρακλέα, ὅτι ἢν αὐτῇ ἕπηται, ἡδόμενόν τε, καὶ κεκοσμημένον τῷ λαμπροτάτῳ, καὶ ὁμοίῳ τῷ περὶ αὐτὴν, κόσμῳ διαιτήσειν ἀεὶ ποιήσει·

tentia ipſe ſua præſtitit & fecit. Socrati enim nemo tantum fidei habuit, ut pro placito ejuſcemodi mortem perferret: Chriſto autem, qui & a Socrate ex parte eſt agnitus (Ratio enim & Verbum fuit & eſt in omnibus exiſtens: qui & per prophetas quæ futura erant vaticinatus eſt, & per ſeipſum hæc, par nobis perpeſſionibus factus, docuit) non philoſophi & philologi tantum, ſed etiam opifices, hominesque prorſus indocti, gloriam & metum & mortem floccifacientes, crediderunt; quandoquidem is virtus eſt Patris quem verbis exprimere non eſt, & non humanæ rationis vaſa. Verum enimvero neque ita cæderemur, neque potentiores nobis eſſent injuſti homines & dæmones, niſi quilibet qui ortus eſt homo omnino mortis etiam debito eſſet implicatus. quocirca nos debitum id perſolventes, gratias agimus. Cæterum & Xenophontis illud in præſentiarum apud Creſcentem, & eos qui pariter cum illo inſaniunt, recte atque tempeſtive me allegaturum puto. Herculem Xenophon ait in trivio quodam deambulantem, virtutem & pravitatem mulierum ſpecie ſibi oblatas inveniſſe: ac pravitatem quidem molliter veſtitam, ac proinde floreſcente illicibilique ad amorem, atque aſpectu ſtatim ſolo ad demulcendum compoſito, vultu, ei dixiſſe; Si ſe ſequeretur, effecturam eſſe ut lætus, & ſplendidiſſimo eique pari quem ipſa geſtaret mundo exornatus, omnem exigeret ætatem

2. Οὐδεὶς ἐπιστεύθη.] In ἐπιστεύθη confuſa videtur duplex lectio, ἐπίστευσεν, & ἐπείσθη, quæ & conjungi alicubi ab hoc ſcriptore ſolent. Ejuſdem vero generis ſententia eſt apud Theodoretum noſtrum 135.4. SYLBURGIUS.

23. Τὸ Ξενοφώντειον ἐκεῖνο.] Locus hic extat apud Xenophontem in lib. 2. cap. 21, 2. memorabilium. Eadem fabula exhibetur a Cicerone lib. 1. c. 32. de Officiis, & Max. Tyr. Diſſert. 4. HUTCHIN.

ætatem: virtutem autem, vultu & veſtitu ſqualido, ita verba feciſſe; *At ſi mihi obſequere, non ornatu hujuſmodi neque pulchritudine fluxa & evaneſcenti teipſum condecorabis, ſed æternis atque honeſtis ornamentis.* Et perſuaſum nobis eſt, quemvis, fugiendo ea quæ pulchra videntur, atque ea quæ dura & inepta putantur, conſectando, beatitudinem adipiſci poſſe. Pravitas namque operibus ſuis velamentum, ea quæ virtutis ſunt, & revera pulchra ſunt, per corruptibilium æmulationem, obtendens (nihil enim quod corruptioni non ſubjaceat, nec habet, nec facere poteſt) & quæ ei propria ſunt mala virtuti imponens, in ſervitutem adigit humi repentes homines. Verum qui mentis ſunt compotes, cum vera virtutis bona intelligunt, tum illius beneficio ſunt æterni. Quod & de Chriſtianis, & athletis, & de iis opinari oportet mortalibus qui talia factis ſuis deſignarunt qualia de diis, ut habentur, poetæ cecinerunt. Omnia igitur propter res [& expetendas] & fugiendas,

ποιήσει· καὶ τὴν ἀρετὴν, ἐν αὐχμηρῷ μὲν τῷ προσώπῳ καὶ τῇ περιβολῇ οὖσαν, εἰπεῖν· Ἀλλ' ἐὰν ἐμοὶ πείθῃ, οὐ κόσμῳ οὐδὲ κάλλει τῷ ῥέοντι καὶ φθειρομένῳ ἑαυτὸν κοσμήσεις, ἀλλὰ τοῖς ἀϊδίοις καὶ καλοῖς κόσμοις. καὶ πάνθ' ὁντινοῦν πεπείσμεθα, φεύγοντα τὰ δοκοῦντα καλὰ, τὰ δὲ νομιζόμενα σκληρὰ καὶ ἄλογα μετερχόμενον, εὐδαιμονίαν ἐκδέχεσθαι. ἡ γὰρ κακία, πρόβλημα ἑαυτῆς τῶν πράξεων τὰ προσόντα τῇ ἀρετῇ καὶ ὄντως ὄντα καλὰ, διὰ μιμήσεως φθαρτῶν, περιβαλλομένη (ἄφθαρτον γὰρ οὐδὲν ἔχει, οὐδὲ ποιῆσαι δύναται) δουλαγωγεῖ τοὺς χαμαιπετεῖς τῶν ἀνθρώπων, τὰ προσόντα αὐτῇ φαῦλα ἀρετῇ περιθεῖσα. οἱ δὲ νενοηκότες τὰ προσόντα τῷ ὄντι καλὰ καὶ ἄφθαρτοι τῇ ἀρετῇ· ὃ καὶ περὶ Χριστιανῶν, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἄθλου τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν 50
τοιαῦτα πραξάντων ὁποῖα ἔφθασαν οἱ ποιηταὶ περὶ τῶν νομιζομένων Θεῶν, ὑπολαβεῖν δεῖ· πάντα οὖν ἔχει ἐκ

7 & ſeqq. Καὶ πάνθ' ὁντινοῦν πεπείσμεθα &c.] Langus, Hallois, Grabe, Hutchin, Virtutis hæc verba eſſe putant; neque quiſquam hactenus bono Perionio, ſemel recta monenti, & Juſtinum loqui diſerte docenti, auſcultavit.

9, 10. Τὰ δὲ νομιζόμενα σκληρὰ καὶ ἄλογα μετερχόμενον.] Sylburgius pro ἄλογα legendum putat ἀλγεινὰ ſeu ἀλγηρά. Neque quidem male. Nolo tamen temere damnare lectionem codicis MS. præſertim tam acute a Grabio defenſam & expoſitam, cujus notam vide ſi ſapis & largum riſum exiguæ operæ pretium putas. — Sed quin ego potius tibi eam operam compendifacio? Audi itaque ſoſpitatorem patrum. *ἀλγεινὰ ſeu ἀλγηρὰ, Sylburgius mavult legere; ſed per ἄλογα Juſtinus deſignare videtur mala, quæ virtute præditis citra rationem a pravis hominibus inferuntur; quomodo Apolog. 1. pag. 53. ait Chriſtianos ab Ethnicis vexari ἀλόγῳ ὁρμῇ, & pag. 55. ἀλόγῳ πάθει. Atque tunc μετερχόμενοι verto ſuperantes.* Hæc ille. quæ ſi ſine riſu legiſti, miretur me ſane gravitatis & triſtitiæ tuæ.

10, 1. Εὐδαιμονίαν ἐκδέχεσθαι.] F. εὐδαιμονεῖν ἐκδέχεσθαι. Sed nihil muto.

19 & ſeqq. Οἱ δὲ νενοηκότες τὰ προσόντα τῷ ὄντι καλὰ &c.] Locus hic corruptus eſt multis modis. Eſt ἄφθαρτοι cum legendum ſit in neutro ἄφθαρτα, ut τὰ καλά. ἔφθασαν etiam ſcriptum eſt, cum ἔφασαν, id eſt, dixerunt, legendum ſit. Hoc autem totum, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἄθλου τῶν ἀνθρώπων, corruptum eſt illud quidem, ſed quomodo corrigendum ſit, non poſſum dicere. Legendum eſt autem hoc modo potius, καὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν ἀπὸ τοῦ ἄθλου, ſi ἄθλου legendum eſt. Perionius.

21 & ſeqq. Καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἄθλου τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν τοιαῦτα &c.] F. leg. Καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἄθλου, καὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν τοιαῦτα πραξάντων ὁποῖα ἔφασαν οἱ ποιηταὶ περὶ τῶν νομιζομένων Θεῶν.

25 & ſeqq. Ὑπολαβεῖν δεῖ· πάντα οὖν ἔχει ἐκ τοῦ καὶ &c.] Ita ed. R. Stephani, reliquæque quas vidi omnes, niſi quod in his plena diſtinctio ponitur inter δεῖ & πάντα. neque aliter diſtinguunt interpretes. Perionius *legendum arbitratur pro* ἔχει, ἴσει, *ut ad* ἴλαροντα *referatur*; & proinde ita vertit,

ἐκ τοῦ καὶ τοῦ φευκτοῦ καταφρονεῖν ἡμᾶς θανάτου, λογισμὸν ἕλκοντα. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ, τοῖς Πλάτωνος χαίρων διδάγμασι, διαβαλλομένους ἀκούων Χριστιανοὺς, ὁρῶν δὲ ἀφόβους πρὸς θάνατον, καὶ πάντα τὰ ἄλλα νομιζόμενα φοβερὰ, ἐνενόουν ἀδύνατον εἶναι ἐν κακίᾳ καὶ φιληδονίᾳ ὑπάρχειν αὐτούς. τίς γὰρ φιλήδονος, ἢ ἀκρατὴς, καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν βορὰν ἀγαθὸν ἡγούμενος, δύναιτο ἂν θάνατον ἀσπάζεσθαι, ὅπως τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν στερηθῇ, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκ παντὸς ζῆν μὲν ἀεὶ τὴν ἐνθάδε βιοτὴν, καὶ λανθάνειν τοὺς ἄρχοντας ἐπειρᾶτο, οὐχ ὅτι γε ἑαυτὸν κατήγγειλε φονευθησόμενον; ἤδη καὶ τοῦτο ἐνήργησαν οἱ φαῦλοι δαίμονες διά τινων πονηρῶν ἀνθρώπων πραχθῆναι. Φονεύοντες γὰρ αὐτοί τινας ἐπὶ συκοφαντίᾳ τῇ εἰς ἡμᾶς, καὶ εἰς βασάνους εἵλκυσαν οἰκέτας τῶν ἡμετέρων, ἢ παῖδας, ἢ γύναια, καὶ δι᾽ αἰκισ-

fugiendas, rationem & cogitationem illam ſecum trahunt, ut magno mortem contemnamus animo. Nam & ego ipſe cum Platonis diſciplina delectarer, audiremque criminationes quæ in Chriſtianos jactabantur, mortem autem, cæteraque omnia quæ terribilia putantur, minime eos formidare viderem, ſtatui ipſe mecum fieri haudquaquam poſſe, ut in vitiorum pravitate & voluptatum amore viverent. Quis etenim voluptatis ſectator, aut intemperans, & humanarum carnium dapes pro bono ducens, mortem libenter complecti queat, ut bonis ſuis privetur, ac non potius modis omnibus contendat ut hanc vitam ſemper agat & magiſtratus lateat; nedum ſeipſum deferat & cædi offerat? Jam vero & illud, ut a malis quibuſdam hominibus fieret, pravi effecerunt genii. Nam ad ſycophanticam adverſus nos calumniam nonnullos necantes, ad tormenta protraxerunt noſtrorum ſervos, aut pueros, aut mulierculas, & per cruciatus

5. Ἀφόβους. Euſeb. καὶ ἀφόβους. 6. Ἄλλα. Euſeb. omittit. 7. Ἐνενόουν. Niceph. ἐνενόουν. 9, 10. Ἢ ἀκρατής. Niceph. καὶ ἀκρατής. 10. Ἀνθρωπίνων. Euſeb. ἀνθρωπείων. 11. Ἀγαθὸν ἡγούμενος. Euſeb. ἡγούμενος ἀγαθόν. 12, 3. Τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν στερηθῇ. Euſeb. τοῦ ἑαυτοῦ στερηθεὶν ἐπιθυμιῶν. 14. Ζῆν μὲν ἀεί. Euſeb. ζῆν ἀεί. 16. Γε. Euſeb. omittit. Ib. Κατήγγειλε. Euſeb. Κατήγγελλε.

vertit, *Omnia igitur rationem animosque hominum diſtrahunt eo, quod nos mortem quæ fugienda ſit contemnamus ac pro nihilo putamus.* Langi verſionem ſupra deſcripſimus. Halloixius aliam commentus eſt, non deteriorem illam quidem prioribus (qui enim potuit?) ſed neque multo meliorem. Ita enim vertit, *Atque iſta quidem expetendarum aut fugiendarum rerum conſideratio facile nos ad contemnendam mortem inducit.* Nimirum hujus loci explicandi laus integra Grabio reſervabatur, cujus notam accipe. *Rejecta* (inquit) *omnino conjectura Sylburgii, forte legendum putantis* δικτοῦ καὶ οὐ φευκτοῦ, *nec Perionio adſentior, pro* ἕλκει *reponenti* ἔστι, *ita ut cum ſequente participio pluralis numeri* ἕλκοντα *conſtruatur. Verum* ἕλκει ἕλκοντα *recte dicitur ſermone Græco pro* ἕλκει, *&* λογισμὸν ἕλκειν *hic ſignificat* ratiocinando argumentum capere. *Id enim dicit Juſtinus*, Omnes ratiocinando veritatem Chriſtianæ religionis ex eo colligere, quod illius ſectatores ipſam mortem, quam natura fugit, intrepide contemnant. *Quem ſenſum nullus interpretum vidit, licet immediate ſequentia,* καὶ γὰρ αὐτὸς *&c. eum apertiſſime confirment.* Hæc Grabius, qui fruſtra ſane & malis ominibus iſta *immediate ſequentia* advocat. Neque enim oſtendere poſſunt Juſtinum id dixiſſe quod neutiquam dixit, neque hunc aut alium quemvis verum eſſe ſenſum hujus loci, in quem nullus omnino ſenſus cadit. Neque porro ibi quicquam dicitur de veritate Chriſtianæ religionis (ut neque hic) ſed de vita & moribus Chriſtianorum, quorum perſpecta conſtantia mortiſque contemptione, inde collegit, non ſtatim eos recte de religione ſentire (quod plane ineptum foret) verum non eſſe deditos vitiis aut voluptatibus, & injuria maxima graviſſimorum ſcelerum vulgo accuſari. Quid verbis opus eſt? Locus corruptus eſt, atque ita refingendus, —— ἀπολαβεῖν δεῖ πάντα ΝΟΤΝΕΧΗ, ἐκ τοῦ &c. Similiter Tatianus p. 131. Καὶ χρὴ τὸ τεχνῇ-συνεῖναι &c.

22. Εἵλκυσαν.] F. ἕλκουσι.

ciatus horrendos eorum quæ ſermonibus vanis atque fabuloſis feruntur flagitiorum confeſſionem extorſerunt; quæ flagitia ipſi manifeſto faciunt: nos autem, quoniam nihil ad nos pertinent, non curamus, Deum ingenitum & ineffabilem teſtem cogitationum & factorum habentes. Quanam enim de cauſa non iſta quoque bona publice profiteremur, & divinam ea philoſophiam eſſe oſtenderemus, dicendo, Saturni nos operari myſteriis, hominibus jugulandis, & in eo quod ſanguine noſmet expleamus, ut dicitur, idem nos facere atque ſimulacrum illud quod apud vos

μῶν φοβερῶν ἐξαναγκάζουσι καταειπεῖν ταῦτα τὰ μυθολογούμενα, ἃ αὐτοὶ φανερῶς πράττουσιν· ὧν ἐπειδὴ οὐδὲν πρόσεστιν ἡμῖν, οὐ φροντίζομεν, Θεὸν τὸν ἀγέννητον καὶ ἄρρητον μάρτυρα ἔχοντες τῶν τε λογισμῶν καὶ τῶν πράξεων. τίνος γὰρ χάριν οὐχὶ καὶ ταῦτα δημοσίᾳ ὡμολογοῦμεν ἀγαθά, καὶ φιλοσοφίαν θείαν αὐτὰ ἀπεδείκνυμεν, φάσκοντες Κρόνου μὲν μυστήρια τελεῖν ἐν τῷ ἀνδροφονεῖν, καὶ ἐν τῷ αἵματος ἐμπίπλασθαι, ὡς λέγεται, τὰ ἴσα τῷ παρ' ὑμῖν τιμωμέ-

10, 1. *Φάσκοντες Κρόνου μὲν μυστήρια τελεῖν ἐν τῷ ἀνδροφονεῖν.*] Paucos arbitror fuiſſe Deos utriuſvis ſexus, quibus non aliquando aliquo in loco humanæ hoſtiæ immolabantur. Præ aliis autem omnibus hoc nomine infamis eſt Saturnus. Is puerorum ſanguine maxime gaudebat, eoque aptius hic a Juſtino memoratur; nam, & quos Chriſtiani mactare dicebantur, pueri erant. Hunc Deum iis victimis complures gentes colebant, maxime autem Phœnices eorumque coloniæ. Idem enim procul omni dubio erat qui in ſacra ſcriptura vocatur *Moloc*, quod viri docti dudum obſervarunt. Earum coloniarum nobiliſſima Carthago metropolin ſuam hac impietate ſuperavit. Q. Curtius IV. 15. *Sacrum quoque, quod quidem diis minime cordi eſſe crediderim, multis ſæculis intermiſſum, repetendi auctores quidam erant* (Tyriis ſc. ab Alexandro obſeſſis) *ut ingenuus puer Saturno immolaretur: quod ſacrilegium verius quam ſacrum Carthaginenſes a conditoribus traditum uſque ad excidium urbis ſuæ feciſſe dicuntur.* Neque tantum ſortius retinuerunt hoc ſacrum execrabile, ſed numerum etiam victimarum auxerunt, ſi Tyriorum morem vere & accurate deſcripſit Curtius, cui conſentiunt Philo Byblius apud Euſeb. P.E. IV. 16. & Porphyrius De Abſt. p. 224. Lactantius l. 21. *Peſcennius Feſtus in libris hiſtoriarum per ſatyram refert Carthaginenſes Saturno humanas hoſtias ſolitos immolare; & quum victi eſſent ab Agathocle rege Siculorum iratum ſibi Deum putaviſſe; itaque, ut diligentius piaculum ſolverent, ducentos nobilium filios immolaſſe.* Eandem rem fuſius accuratiuſque narrat Diodorus Siculus l. XX. p. 756. quem ibi vide. Eſt enim locus admodum memorabilis. Obſervatu porro dignum eſt, miſeros homines, ſæpius licet coactos barbarum hunc morem renuntiare, ut a Gelone (teſtibus Theophraſto ἐν τῷ περὶ Τυρρηνῶν a Scholiaſta Pindari citato ad Pyth. II. 3, 4. & Plutarcho περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων p. 552.) ab Iphicrate, teſte Porphyrio De Abſt. p. 225. a Dario, teſte Juſtino Hiſt. XIX. 1. ſemper tamen renovaſſe, & cupidius fortaſſe, ut ingenium eſt hominum, amplexos eſſe; atque ad urbis uſque ſuæ excidium conſervaſſe, quod præter Curtium Dionyſius etiam Halicarnaſſenſis nos docet Ant. Rom. I. 38. Sed ne ſic quidem extinctum eſt hoc ſcelus, verum etiam poſt everſam Carthaginem, vetitamque Romanis legibus humanarum hoſtiarum immolationem, immo poſt *ſacerdotes in arboribus templi ſui obumbratricibus, crucibus expoſitos*, Afri nihilominus eadem ſacrificia *in occulto* faciebant, uti Tertullianus, ipſe Afer, memoriæ prodidit.

13 & ſeqq. *Τῷ παρ' ὑμῖν τιμωμένῳ εἰδώλῳ* &c.] Locus notatu digniſſimus, ſed nimis obſcurus; ita tamen ut nemo rerum Romanarum vel modice peritus non primo aſpectu ſuſpicetur aliquid latere de circi ludorumque ritibus. Eam non vanam eſſe ſuſpicionem ſatis oſtendet geminus plane locus in epiſtola de ſpectaculis Cypriano olim aſcripta, p. 3. *Plura proſequi quid eſt neceſſe, vel ſacrificiorum in ludis genera monſtroſa deſcribere? inter quæ nonnunquam & homo fit hoſtia latrocinio ſacerdotis; dum cruor etiam de jugulo calidus acceptus patera, dum adhuc fervet, quaſi ſitienti idolo in faciem jactatus propinatur.* Utrobique viri docti Jovem Latiarem intelligendum eſſe arbitrantur; neque profecto ſine cauſa. Ecce enim quæ de iſto Jove alii ſcriptores Chriſtiani tradiderunt. Tatianus p. 100, 1. Εὗρον δὲ αὐτὸν μὲν Ῥωμαίους τὸν Λατιάριον Δία λύθροις ἀνθρώπων καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀνδροκτασιῶν αἵμασι τερπόμενον, Ἄρτεμιν δὲ οὐ μακρὰν τῆς μεγάλης πόλεως τῶν αὐτῶν πράξεων ἐπανῃρημένην τὸ εἶδος. Ubi verba poſtrema (ut id obiter moneam) non de Diana Hymnia intelligenda ſunt, ut opinatus eſt eruditus editor Tatiani; ſed (quod olim docuit Scaliger in Euſeb. p. 56.) de Aricina Diana, ejuſque ſacerdote, Nemorenſi rege appellato, modoque ſane joculari, ſi quid eſſe poteſt in tanta immanitate joculare, quo regnum iſtud ſuum comparabat, conſervabatque, de quo v. Pauſan. Corinth. c. XXVII. p. 173, 4. Serv. ad Æn. VI. 136. Strabon. l. V. p. 239. & Sueton. in Calig. c. XXXV. Verum ut Aricia ad montem Albanum & Jovem Latiarem revertamur. Lactantius l. 21. p. 68.

νῳ εἰδώλῳ, ᾧ οὐ μόνον ἀλόγων ζώων αἵματα προσραίνεται), ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπεια, διὰ τοῦ παρ' ὑμῖν ἐπισημοτάτου

vos colitur, cui non modo ratione carentium animantium, ſed hominum quoque ſanguis aſpergitur, viro apud

p. 68. *Nec Latini quidem hujus immanitatis expertes fuerunt; ſiquidem Latialis Jupiter etiam nunc ſanguine colitur humano.* Tertullianus Apol. c. IX. p. 13. *Remitto Tauricas fabulas theatris ſuis: Ecce in illa religioſiſſima urbe Æneadarum piorum eſt* Jupiter quidam quem ludis ſuis humano proluunt ſanguine. *Sed beſtiarii, inquitis. Hoc opinor minus quam hominis. An hoc turpius, quod mali hominis? Certe tamen de homicidio funditur.* Id. De Spect. c. VI. p. 92. *Sed enim Scytharum Dianam, aut Gallorum Mercurium, aut Afrorum Saturnum, hominum victima placari apud ſeculum licuit; & Latio ad hodiernum Jovi medio in urbe humanus ſanguis* inguſtatur: *nec quiſquam retractat, aut non rationem præſumit aliquam, aut inæſtimabilem Dei ſui voluntatem.* Minucius c. XXI. p. 217, 8, 9. *Quid ipſe Jupiter veſter? modo imberbis ſtatuitur, modo barbatus locatur; & cum Hammon dicitur, habet cornua; & cum Capitolinus, tunc gerit fulmina; & cum Latiaris, cruore* perfunditur. Idem c. XXX. p. 315. *Hodieque ab ipſis* (Romanis) *Latiaris Jupiter homicidio colitur, &, quod Saturni filio dignum eſt,* mali & noxii hominis *ſanguine ſaginatur.* Theophilus ad Aut. l. III. p. 217. Ἢ Διὸς τοῦ Λατιαρίου διψῶντος αἵματος ἀνθρωπείου, ἢ ὅτι ὁ Ζεὺς ὁ καλούμενος Τραγῳδὸς καταλλείσας (ed. Par. καταλλύσας, lege κατακαύσας vel ὁ καὶ καύσας) τὰς ἑαυτοῦ χεῖρας, ὥς φασι, νῦν παρὰ Ῥωμαίοις Θεὸς (f. ὡς Θεὸς) τιμᾶται. Epiphanius Anc. p. 108: Ζῆνες μὲν οὐχ εἷς ἢ δύο, ἀλλὰ καὶ τρεῖς καὶ τέσσαρες γεγόνασι τὸν ἀριθμόν. ὁ μὲν γὰρ εἷς αὐτῶν Κρονίδης ὁ προειρημένος, ὁ δ' ἄλλος πατρικός γενόμενος (Scaliger in Euſ. p. 56. pro πατριαρχικὸς legit Λατιάριος, ſi recte, uti ſine dubio rectiſſime, pro ſequenti verbo γενόμενος legendum erit λεγόμενος) ἐξ ὑπὲρ οἱ μονομάχοι γεγόνασιν· ἄλλος δὲ ὁ Τραγῳδὸς, ὁ καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ καύσας. τάχα δὲ Θεὸς ὢν ἐπελάθετο ὅτι διάκονοι τὸ πῦρ. Athanaſius c. Gent. p. 24. Καὶ οἱ πάλαι δὲ Ῥωμαῖοι τὸν καλούμενον Λατιάριον Δία ἀνθρωποθυσίαις ἐθρήσκευον. Firmicus De errore prof. rel. p. 456. —— *& Latiaris templi cruore, vel ara Carthaginis, rabies tua & ſiccarum faucium venena nutrita ſunt.* Agmen claudat Prudentius, cui Jupiter hic non eſt ille *qui ſceptra tenet radiantis olympi*, ſed *infernalis* ſive Stygius. Sic igitur ille, 1. c. Symmach. ℣. 380. & ſeqq.

Reſpice terrifici ſcelerata ſacraria Ditis,
Cui cadit infauſta fuſus gladiator arena,
Heu male luſtratæ Phlegethontia victima Romæ.
Nam quid veſani ſibi vult ars impia ludi?
Quid mortes juvenum? quid ſanguine paſta voluptas?
Quid pulvis caveæ ſemper funebris, & illa
Amphitheatralis ſpectacula triſtia pompæ?
Nempe Charon jugulis miſerorum ſe duce dignas
Accipit inferias, placatus crimine ſacro.
Hæ ſunt deliciæ Jovis infernalis, in iſtis
Arbiter obſcuri placidus requieſcit Averni.

Et paucis verſibus interjectis,

Incaſſum arguere jam Taurica ſacra ſolemus;
Funditur humanus Latiari in munere ſanguis,
Conſeſſuſque ille ſpectantum ſolvit ad aram
Plutonis fera vota ſui. Quid ſanctius ara
Quæ bibit egeſtum per myſtica tela *cruorem?*

Atque hæc quidem fere ſunt quæ Chriſtiani antiquiores de Jove Latiari memoriæ tradiderunt: *hujus* autem *immanitatis*, id quod olim obſervavit vir doctus Xyſtus Betuleius, *pertinax eſt apud gentilium ſcriptores ſilentium.* Eſt tamen unus excipiendus, Porphyrius ſcilicet, cujus hæc ſunt verba l. II. De Abſt. p. 226. Ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ σφαζόμενον ἄνθρωπον; Hugo Grotius, vir magnus & omni laude dignus, viſus eſt ſibi ſcire cujates eſſent hæ victimæ. Ἀνθρωποθυσίαν enim *Romanas leges non ſuſtuliſſe apparere* dicit *ex iis quæ de Græco & Græca, Gallo & Galla, mactatis Jovi Latiari legimus*, lib. II. De veritate Rel. Chriſt. Quod tu tamen cave credas eum uſquam legiſſe, quantacunque erat, uti erat ſane maxima, tum eruditione, tum etiam fide; niſi forte apud Scaligerum qui eundem errorem erravit, præpropere ſcilicet conjunctis ſacris Jovis Latiaris cum defoſſione Galli & Gallæ, Græci & Græcæ, in foro boario. Quibus itaque, ſi non his, hoſtiis colebatur iſte Jupiter? Nempe ex genere quadrupedum, quibus alii cognominum ſuorum, tauris, iiſque, ſi Arnobio fides, primum albis, poſtea autem ex ſenatuſconſulto etiam rufulis; hominibus autem an ullis, id vero non ita liquet. Quid enim? Nonne Plinius nos docet (XXX. 1.) ducentos annos antequam hæc a Patribus ſcripta ſunt, *ſenatuſconſultum factum eſſe ne homo immolaretur?* Nonne audito Bletoneſios, populum barbarum, hominem Diis immolaſſe, Romani continuo magiſtratus eorum evocarunt, & legem qua id ſcelus perpetratum erat abrogari juſſerunt; licet ipſi non multis ante annis Græcum & Græcam, Gallum & Gallam, vivos defodiſſent? quod quidem contra nos facere videatur, revera autem contra Patres facit; oſtendit enim, quantumvis licere ſibi putarent, graviſſimis reipublicæ temporibus, ipſis Diis, quibus ſumma in omnes mortales vitæ neciſque poteſtas, per Sibyllina oracula præcipientibus, *ſacrificia aliquot extraordinaria & minime Romana* (utor verbis Livii) facere, ſtatam tamen eos & voluntariam hominum immolationem ſummum eſſe ſcelus exiſtimaſſe. Audi Plutarchum in Marcello p. 299. (cui etiam debemus quæ ſupra de Bletoneſiis dicta ſunt, Q. R. LXXXII.) Βαρβαρικὸν μὲν οὐδὲν οὐδ' ἔκφυλον ἐπιτηδεύοντες, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα ταῖς δόξαις ἑλληνικῶς διακείμενοι καὶ πρᾴως πρὸς τὰ θεῖα, τότε δὲ τοῦ πολέμου συμπεσόντος ἠναγκάσθησαν εἶξαι λογίοις τισὶν ἐκ τῶν σιβυλλείων, δύο (f. καὶ δύο) μὲν Ἕλληνας, ἄνδρα καὶ γυναῖκα, δύο δὲ Γαλάτας ὁμοίως ἐν τῇ καλουμένῃ βοῶν ἀγορᾷ κατορύξαι ζῶντας. Deinde, unde quæſo tam altum apud ſcriptores gentiles de hac re ſilentium? Num ignorabant? Non poterant. Honori patriæ religioniſque ſuæ conſultum voluerunt? Alias ſemper, quæ facta a ſuis hominibus ſunt, & vere narrant, & libere, ubi reprehenſione digna putant, reprehendunt. At in hac re tanti momenti, quæque

apud vos clariſſimo & generoſiſſimo ſanguinis cæſorum aſperſionem procurante; & Jovis alirorumque Deorum

16. Ὡς τὰ ἄλλα ζῶα.] *Ἄλλα non reddidi*, inquit Perionius, *quod additum ab aliquo magis eſſe arbitrer, quam a Juſtino poſitum, præſertim cum τὸ θεῖον pro Deo poſitum eſſe exiſtimem, & nefas ſit Deum animal ab illo dictum credere.* Laudo equidem viri pietatem & reverentiam divini nominis: judicium in eo, ut fere ſemper, deſidero. Juſtinus hic non Chriſtianus eſt ſed Platonicus. Nota autem Platonicorum definitio Dei, Ζῶον ἀθάνατον αὐτάρκες πρὸς εὐδαιμονίαν. Ipſe Plato Tim. p. 77. Πᾶν γὰρ ὅτι περ ἂν μετάσχῃ τοῦ ζῆν, ζῶον μὲν ἂν ἐν δίκῃ λέγοιτο ὀρθότατα. Idem in Epinomide p. 984, 5. Deos vocat ζῶα. Sed γεννητὸς, inquies, neque ſummum Deum dixiſſet μετέχειν τοῦ ζῆν. Aliter itaque Juſtinum defendet idem, quandoquidem præ manibus eſt. Theæt. p. 174. Εἰ ἄνθρωπός ἐστιν ἤ τι ἄλλο θρέμμα. I. Alcibiad. p. 112. Τοῖς τε Ἀχαιοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις Τρωσίν. XI. de leg. p. 916. Ἀλλαττόμενος ἢ νόμισμα ἀντὶ νομίσματος, ἢ καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὁτιοῦν, ἢ καὶ μὴ ζώων. Similiter alii, neque eſt quicquam uſitatius quam hoc relativum ἄλλος in imperfecta & impropria relatione uſurpatum. Idem in aliis quoque linguis uſu venit. Quod autem animalium hic mentionem facit Juſtinus, id propter ſenis animal Indicum factum eſt, cui exemplo hic reſpondet.

18—21. Ἔστιν οὖν, φησὶ, τῷ νῷ ἡμῶν τοιαύτη τὶς καὶ τοσαύτη δύναμις, ὃ μὴ τάχιον δι' αἰσθήσεως ἔλαβεν.] Interpretes ita nihil hic vident ut ne id ipſum quidem videant. Locus eſt aut, quod opinor, mutilus, aut certe corruptus. Atque utinam tam facile verba Juſtini revocare poſſem, quam mentem ejus & ſententiam plane mihi videor videre; qua tamen perſpecta, non eſt quod de verbis magnopere laboremus, quæ jam quivis pro ſuo libitu ſupplere & reſarcire poterit. Quod autem quærere vult ſenex, hoc, niſi valde fallor, eſt; ſitne in mente noſtra ea facultas ut contemplari aliquid complectique cogitatione poſſit, cujus notitiam ſenſus ei prius non invexiſſent. Reſpicitur notum illud, *Quicquid animo cernimus, id omne oritur a ſenſibus*; dogma ſane pervetus, quod tamen apud nos hic in Anglia, neſcio quomodo, ſimul & novum videri & in pretio haberi nuper cœpit. Bene autem factum, quod vani homines, ſuæ gloriolæ ſtudentes, falſa commendatione novitatis muniverunt veritati viam in animos noſtrorum hominum, qui profecto hoc placitum, niſi antiquum eſſe ignoraſſent, antiquatum manere facile ſiviſſent.

5, 6, 7. Ὡς

θρώπου νοῦς ὄψεταί ποτε, μὴ ἁγίῳ πνεύματι κεκοσμημένος; Φησὶ γὰρ Πλάτων, ἦν δ' ἐγὼ, αὐτὸ τοιοῦτον εἶναι τὸ τοῦ νοῦ ὄμμα, καὶ πρὸς τοῦτο ἡμῖν δεδόσθαι, ὡς δύνασθαι καθορᾷν αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ ὂν εἰλικρινεῖ αὐτῷ ἐκείνῳ, ὃ τῶν νοητῶν ἁπάντων ἐστὶν αἴτιον, οὐ χρῶμα ἔχον, οὐ σχῆμα, οὐ μέγεθος, οὐδὲ οὐδὲν ὧν ὀφθαλμὸς βλέπει, ἀλλά τι ὂν τοῦτ' αὐτὸ, φημὶ, ὂν ἐπέκεινα πάσης οὐσίας, οὔτε ῥητὸν, οὔτε ἀγορευτὸν, ἀλλὰ μόνον καλὸν καὶ ἀγαθὸν, ἐξαίφνης ταῖς εὖ πεφυκυίαις ψυχαῖς ἐγγινόμενον διὰ τὸ συγγενὲς καὶ ἔρωτα τοῦ ἰδέσθαι. Τίς οὖν ἡμῖν, ἔλεγε, συγγένεια πρὸς τὸν Θεόν ἐστιν; ἦ καὶ ἡ ψυχὴ θεία καὶ ἀθάνατός ἐστι, καὶ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ βασιλικοῦ νοῦ μέρος· ὡς δὲ ἐκεῖνος ὁρᾷ τὸν Θεὸν, οὕτω καὶ ἡμῖν ἐφικτὸν τῷ ἡμετέρῳ νῷ συλλαβεῖν τὸ Θεῖον, καὶ τοὐντεῦθεν ἤδη εὐδαιμονεῖν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφην. Πᾶσαι δ' αὐτοῦ διὰ πάντων αἱ ψυχαὶ χωροῦσι τῶν ζώων, ἠρώτα, ἢ ἄλλη μὲν ἀνθρώπου, ἄλλη δὲ ἵππου καὶ ὄνου; Οὐκ, ἀλλ' αἱ αὐταὶ ἐν
222 πᾶσίν εἰσιν, ἀπεκρινάμην. Ὄψονται ἄρα, φησὶ, καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι, ἢ εἶδόν ποτε, τὸν Θεόν; Οὐκ, ἔφην, οὐδὲ γὰρ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, εἰ μή τις ἐν δίκῃ βιώσαιτο, καθηράμενος δικαιοσύνῃ καὶ τῇ ἄλλῃ

Spiritu Sancto non exornata? Dicit etenim Plato, intuli ego, ipſum mentis oculum talem eſſe, & ad hoc nobis datum, ut hoc ipſo ſincero ipſum illud quod ſit conſpicere queamus, quod omnium eorum quæ intelligentia percipiuntur cauſa eſt, neque colorem obtinens, neque formam, neque magnitudinem, neque quidquam quod oculus cernit. Sed idipſum quod ſit, quiddam eſſe dico longe ſupra omnem eſſentiam, ineloquibile, ineffabile, ſolumque pulchrum & bonum, illico bene natis animis inſitum propter cognationem, atque eum quo videri cupit amorem. Quæ vero, dixit ille, nobis eſt cum Deo cognatio? num & ipſa anima divina & immortalis eſt, & illius imperantis mentis particula? atque ut illa Deum videt, ſic & nobis permiſſum eſt mente noſtra Divinitatem complecti, & exinde jam nunc beatis eſſe? Omnino, inquam. Percontabatur poſtea ille: In omnibuſne animantibus omnes ad mentem eam animæ accedunt, an alia eſt hominis, alia equi anima, & aſini? Minime, ſed eædem in omnibus ſunt; ego reſpondi. Videbunt ergo, ait, aut viderunt aliquando, Deum & equi & aſini? Non, inquam; neque enim plerique hominum, niſi quis legitime vixerit, juſtitia & reliqua virtute omni

5, 6, 7. Ὡς δύνασθαι καθορᾷν αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ ὂν εἰλικρινεῖ αὐτῷ ἐκείνῳ.] Plato in Phædone p. 65, 6. Ἆρ' οὖν ἐκεῖνος ἂν τοῦτο ποιήσειε καθαρώτατα, ὅστις ὅτι μάλιστα αὐτῇ τῇ διανοίᾳ ἴοι ἐφ' ἕκαστον, μήτε τὴν ὄψιν παρατιθέμενος ἐν τῷ διανοεῖσθαι, μήτε ἄλλην αἴσθησιν ἐφέλκων μηδεμίαν μετὰ τοῦ λογισμοῦ, ἀλλ', αὐτῇ καθ' αὑτὴν εἰλικρινεῖ τῇ διανοίᾳ χρώμενος, αὐτὸ καθ' αὑτὸ εἰλικρινὲς ἕκαστον ἐπιχειροῖ θηρεύειν τῶν ὄντων, —— ἆρ' οὐχ οὗτός ἐστιν, ὦ Σιμμία, εἴπερ τις ἄλλος, ὁ τευξόμενος τοῦ ὄντος;

10, 1, 2. Ἀλλά τι ὂν τοῦτ' αὐτὸ, φημὶ, ὂν ἐπέκεινα πάσης οὐσίας.] F. ἀλλὰ τὸ ὂν τὸ αὐτὸ, vel τοῦτ' αὐτὸ. Supra αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ ὄν. Aliis fortaſſe magis placeat legere ἀλλὰ τί; vel ἀλλὰ τί ὂν τοῦτ' αὐτό φημι;

24, 5. Πᾶσαι δ' αὐτοῦ διὰ πάντων αἱ ψυχαὶ χωροῦσι τῶν ζώων;] Non magna erit mutatio ſi legas, πᾶσαι δ' αὐτὸ καὶ πάντων &c. Si vulgata lectio vera eſt, illud αὐτοῦ exponendum erit, Platoni, id eſt, ſecundum Platonem.

2, 3. Οὐδ'

omni luſtratus. Ibi ille, Proinde Deum videt, non propter cognationem, neque eo quod mens ſit, verum quod caſtus & juſtus. Etiam, inquam, & ob id quoque quod habeat quo Deum intelligat. Quid porro? committuntne per injuriam capræ & oves in quenquam aliquid? In neminem prorſus quidquam, dixi ego. Videbunt igitur, intulit ille, ſecundum rationem tuam, & animantia iſta. Non; corpus enim eis, quod hujuſmodi ſit, impedimento eſt. Tum ſubdens ille, Si vocem, ait, animalia hæc reciperent, rectiore illa, crede mihi, ratione in corpus noſtrum convicium dicerent. Verum in præſentia hoc omittamus, ac tibi id ſicuti dicis concedatur: illud autem mihi ediſſere, Animuſne dum in corpore eſt, an ab hoc liberatus, videt? Quoad in humana eſt ſpecie poſſe illi dixi per mentem videndi vim ineſſe: corpore vero is ſolutus, cum ſecum ipſe eſt, omni ex parte ejus quem adamavit quovis tempore potitur.

ἀρετῇ πάσῃ. Οὐκ ἄρα, ἔφη, διὰ τὸ συγγενὲς ὁρᾷ τὸν Θεὸν, οὐδ' ὅτι νοῦς ἐστιν, ἀλλ' ὅτι σώφρων καὶ δίκαιος. Ναὶ, ἔφην, καὶ διὰ τὸ ἔχειν ᾧ νοεῖ τὸν Θεόν. Τί οὖν; ἀδικοῦσί τινα αἶγες ἢ πρόβατα; Οὐδὲν οὐδένα, ἦν δ' ἐγώ. Ὄψονται ἄρα, φησὶ, κατὰ τὸν σὸν λόγον καὶ ταῦτα τὰ ζῷα. Οὔ· τὸ γὰρ σῶμα αὐτοῖς, τοιοῦτον ὄν, ἐμπόδιόν ἐστιν. Εἰ λάβοιεν φωνὴν τὰ ζῷα ταῦτα, ἀποτυχὼν ἐκεῖνος, εὖ ἴσθι ὅτι πολὺ εὐλογώτερον ἐκεῖνα τῷ ἡμετέρῳ σώματι λοιδοροῖντο. νῦν δ' ἐάσωμεν οὕτω, καὶ σοὶ ὡς λέγεις συγκεχωρήσθω· ἐκεῖνο δέ μοι εἰπὲ, Ἕως ἐν τῷ σώματί ἐστιν ἡ ψυχὴ βλέπει, ἢ ἀπαλλαγεῖσα τούτου; Καὶ ἕως μέν ἐστιν ἐν ἀνθρώπου εἴδει δυνατὸν αὐτῇ, φημὶ, ἐγγενέσθαι διὰ τοῦ νοῦ· μάλιστα δὲ ἀπολυθεῖσα τοῦ σώματος, καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν γενομένη, τυγχάνει οὗ ἤρα πάντα τὸν χρόνον πάντων.

Num

2, 3. Οὐδ' ὅτι νοῦς ἐστιν.] Obſecro quid eſt hoc quod νοῦν eſſe dicit? Num ψυχή? At ψυχὴ & νοῦς & re ipſa & in ſchola Platonis res longe diverſæ ſunt. Plato Tim. p. 30. νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι συνιστάς. Num itaque homo ille juſtus & bonus? Eſſet id quidem melius, neutiquam tamen placet. Fortaſſe legendum, νοῦν ἔχει, quod Juſtini reſponſum non parum confirmat, Ναὶ, καὶ διὰ τὸ EXEIN Ὧι NOEI τὸν Θεόν.

5, 6. Τί οὖν; ἀδικοῦσί τινα αἶγες, ἢ πρόβατα;] Οὐδὲν οὐδένα, reſpondet Juſtious. Apage itaque priorem notam ioterrogaodi, commentum ineptum homuncionis alicujus ſemidocti, qui in diſputatione Socratica nunquam ſatis eſſe poſſe interrogationum exiſtimabat. Quid cenſetis? Nonne nimis jucundum eſt videre Criticum ſtrenue cum Punctis belligerantem? Nihil tamen mutandum,

——— ſi modo ego & vos
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto.

Τί οὖν; ἀδικοῦσί τινα αἶγες ἢ πρόβατα; elegans eſt & vividum: τί οὖν ἀδικοῦσί τινα, languidum & frigidum.

9, 10, 1. Τὸ γὰρ σῶμα αὐτοῖς, τοιοῦτον ὄν, ἐμπόδιόν ἐστιν.] Eadem dixere Plato & Pythagoras, autore Plutarcho lib. 5. cap. 20. de placitis philoſophorum; nempe brutis ineſſe animas rationales, quo minus vero rationem illam naturalem exerant, corporum organa eſſe impedimento: Πυθαγόρας, Πλάτων, λογικὰς μὲν εἶναι καὶ τῶν ἀλόγων ζώων καλουμένων τὰς ψυχὰς, οὐ μὴν λογικῶς ἐνεργούσας παρὰ τὴν δυσκρασίαν τῶν σωμάτων καὶ τὸ μὴ ἔχειν φραστικόν. Jebb.

18, 9. Ἕως μέν ἐστιν ἐν ἀνθρώπου εἴδει.] Plato Phædon. p. 72, 3. τοῦτο δὲ ἀδύνατον, εἰ μὴ ἦν που ἡμῶν ἡ ψυχὴ πρὶν ἐν τῷδε τῷ ἀνθρωπίνῳ εἴδει γενέσθαι. Ib. p. 76. ἦσαν ἄρα, ὦ Σιμμία, αἱ ψυχαὶ καὶ πρότερον, πρὶν εἶναι ἐν ἀνθρώπου εἴδει. Ib. p. 92. εἶναι τὴν ψυχὴν πρὶν καὶ εἰς ἀνθρώπου εἶδός τε καὶ σῶμα ἀφικέσθαι. Id. Phædr. p. 249. διάγουσιν ἀξίως οὗ ἐν ἀνθρώπου εἴδει ἐβίωσαν βίου.

20. Ἐγγενέσθαι.] F. συγγίνεσθαι.

21, 2, 3. Μάλιστα δὲ ἀπολυθεῖσα τοῦ σώματος, καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν γενομένη, τυγχάνει οὗ ἤρα πάντα τὸν χρόνον πάντων.] Plato Phædon. p. 66. ——ὅτι ἕως ἂν τὸ σῶμα ἔχωμεν καὶ ξυμπεφυρμένη ᾖ ἡμῶν ἡ ψυχὴ μετὰ τοῦ τοιούτου κακοῦ, οὐ μήποτε κτησόμεθα ἱκανῶς οὗ ἐπιθυμοῦμεν. Et mox ibidem p. 66, 7. Ἀλλὰ τῷ ὄντι ἡμῖν δέδεικται ὅτι εἰ μέλλομέν ποτε

καθαρῶς

Ἢ καὶ μέμνηται τούτου, πάλιν ἐν ἀνθρώπῳ γενομένη; Οὔ μοι δοκεῖ, ἔφην. Τί οὖν ὄφελος ταῖς ἰδούσαις, ἢ τί πλέον τοῦ μὴ ἰδόντος ὁ ἰδὼν ἔχει, εἰ μηδὲ αὐτὸ τοῦτο ὅτι εἶδε μέμνηται; Οὐκ ἔχω εἰπεῖν, ἦν δ᾽ ἐγώ. Αἱ δὲ ἀνάξιαι ταύτης τῆς θέας κριθεῖσαι, τί πάσχουσιν; ἔφη. Εἴς τινα θηρίων ἐνδεσμεύονται σώματα, καὶ αὕτη ἐστὶ κόλασις αὐτῶν. Οἴδασιν οὖν ὅτι διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐν τοιούτοις εἰσὶ σώμασι, καὶ ὅτι ἐξήμαρτόν τι; Οὐ νομίζω. Οὐδὲ ταύταις ἄρα ὄφελός τι τῆς κολάσεως, ὡς ἔοικεν· ἀλλ᾽ οὐδὲ κολάζεσθαι αὐτὰς λέγοιμι, εἰ μὴ ἀντιλαμβάνονται τῆς κολάσεως. Οὐ γάρ. Οὔτε οὖν ὁρῶσι τὸν Θεὸν αἱ ψυχαὶ, οὔτε μεταμείβουσιν εἰς ἕτερα σώματα· ᾔδοσαν γὰρ ἂν ὅτι κολάζονται οὕτως, καὶ ἐφοβοῦντο ἂν καὶ τὸ τυχὸν ἐξαμαρτεῖν ὕστερον. νοεῖν δὲ αὐτὰς δύνασθαι ὅτι ἔστι Θεὸς, καὶ δικαιοσύνη καὶ εὐσέβεια καλὸν, κἀγὼ συντίθεμαι, ἔφη. Ὀρθῶς λέγεις, εἶπον. Οὐδὲν οὖν ἴσασι περὶ τούτων ἐκεῖνοι οἱ φιλόσοφοι· οὐδὲ γὰρ ὅ τί ποτέ ἐστι ψυχὴ ἔχουσιν εἰπεῖν. Οὐκ ἔοικεν. Οὐδὲ μὴν ἀθάνατον χρὴ λέγειν αὐτήν· ὅτι εἰ ἀθάνατός ἐστι,

Num vero, cum rurſus in homine eſt, ejus meminit? Non mihi videtur, inquam. Quænam tandem utilitas eſt eis qui viderint? Aut quid amplius præ eo qui non viderit, is qui vidit, habet, ſi ne ejus quidem quod viderit meminit? Neſcio, dixi ego. Qui autem videndi facultate indigni judicati ſunt, quidnam, inquit, patiuntur? In aliqua ferarum corpora, veluti in carcerem, conjecti vinciuntur, atque id ſupplicium eorum eſt. Sciuntne ob eam cauſam ſe in hujuſmodi eſſe corporibus, & quod aliquid deliquerint? Non arbitror. Nec his igitur uſus aliquis eſt ſupplicii, ut videtur: immo ne puniri quidem eos dixerim, niſi ſe pœnas dare percipiunt. Scilicet. Non igitur Deum vident animi, neque in alia corpora rranſmigrant; ſcirent namque pœnas dare ſe hoc modo, ac poſtea vel leviſſima in re peccare metuerent. Intelligere autem eos poſſe, & Deum eſſe, & juſtitiam atque religionem pulchritudinem obtinere, ipſe quoque aſſentio, inquit. Recte narras, dixi. Itaque nihil de his norunt philoſophi illi, neque enim quid tandem anima ſit dicere habent. Non videtur. Enimvero nec immortalem eam dicere oportet; nam ſi immortalis ſit, nimirum

καθαρῶς τι εἴσεσθαι, ἀπαλλακτέον αὐτοῦ, καὶ αὐτῇ τῇ ψυχῇ θεατέον αὐτὰ τὰ πράγματα· καὶ τότε, ὡς ἔοικεν, ἡμῖν ἔσται οὗ ἐπιθυμοῦμέν τε καί φαμεν ἐρασταὶ εἶναι, φρονήσεως, ἐπειδὰν τελευτήσωμεν, ὡς ὁ λόγος σημαίνει, ζῶσι δὲ οὔ. ——τότε γὰρ αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ ἔσται χωρὶς τοῦ σώματος, πρότερον δ᾽ οὔ. Et p.67, 8. Οὐ πολλὴ ἂν ἀλογία εἴη, εἰ μὴ ἄσμενοι ἐκεῖσε ἴοιεν οἷ ἀφικομένοις ἐλπίς ἐστιν οὗ διὰ βίου ἤρων τυχεῖν; Iſti autem πάντων quid faciam neſcio, niſi aut mutandum ſit in πάντως, quod ipſum non nimis placet, aut penitus delendum. Sylburgius *ſententiam* ait *poſtulare* πάντων μάλιστα *vel* ὑπὲρ πάντων *aut ſimile quid.* Pearſonus legit πάντως. Sunt etiam qui πάντων idem ſignificare poſſe exiſtimant.

9, 10. Εἴς τινα θηρίων ἐνδεσμεύονται σώματα.] V. Phædon. p. 81, 2. & Tim. p. 42.

20, 1. Ηιδοσαν γὰρ ἄν.] Ηιδοσαν, ſi ab auctore ſcriptum eſt, uſurpatum ita eſt ut in ſacris bibliis ἤλθοσαν & ſimilia. alioqui legi poſſet etiam ᾔδεσαν. SYLBURG Cod. MS. ᾔδεσαν, ut dubium eſſe non poſſit quin legendum ſit ᾔδεσαν.

30, 1. Οὐδὲ μὴν ἀθάνατον χρὴ λέγειν αὐτήν.] Tatianus p. 51, 2. Οὐκ ἔστιν ἀθάνατος, ἄνδρες Ἕλληνες, ἡ ψυχὴ καθ᾽ ἑαυτήν, θνητὴ δέ. Similiter alii veterum; quo quiſque ſenſu, is demum perſpiciet qui hujuſmodi loca cujuſque ſcriptoris cum

mirum ingenita quoque fuerit. Ingenita autem & immortalis eſt de quorundam qui dicuntur Platonici ſententia. Num tu mundum quoque ingenitum dicis? Sunt qui hoc aſſeverant, ego autem illis non conſentio. Recte. Quam enim rationem habet corpus ſolidum, & repercuſſionem obtinens, & compoſitum, quodque alteratur, & intercidit, & naſcitur indies, non a principio aliquo ortum eſſe opinari? Quod ſi mundus generatus eſt, animas quoque genitas eſſe neceſſe eſt, & alicubi fortaſſe eſſe; nam propter homines & animantia alia genitæ ſunt, ſi ſeorſum prorſus genitas eſſe, ac non una cum corporibus ſuis eas gigni dicas. Videtur hoc ſic recte habere. Non ergo ſunt immortales. Non, quandoquidem & mundum genitum eſſe apparet.

Verum enimvero non mori univerſas animas affirmo; lucroſum namque hoc eſſet revera malis. Quid igitur? Piæ quidem in loco quopiam meliore manent, injuſtæ vero & pravæ in deteriore, judicii tempus expectantes. Hoc namque modo quæ dignæ ſunt ut coram Deo appareant,

non

ὁ ἀγέννητος δηλαδή. ἀγέννητος δὲ 213
καὶ ἀθάνατός ἐστι κατά τινας λεγομένους Πλατωνικούς. ἢ ὁ τὸν κόσμον σὺ ἀγέννητον λέγεις; Εἰσὶν οἱ λέγοντες, οὐ μέντοι γε αὐτοῖς συγκατατίθεμαι ἐγώ. Ὀρθῶς ποιῶν. τίνα γὰρ λόγον ἔχει σῶμα οὕτω στερεὸν, καὶ ἀντιτυπίαν ἔχον, καὶ σύνθετον, καὶ ἀλλοιούμενον, ὁ φθίνον καὶ γινόμενον ἑκάστης ἡμέρας, μὴ ἀπ' ἀρχῆς τινὸς ἡγεῖσθαι γεγονέναι; εἰ δ' ὁ κόσμος γεννητὸς, ἀνάγκη καὶ τὰς ψυχὰς γεγονέναι, καὶ οὐκ εἶναί ποι τάχα· διὰ γὰρ τοὺς ἀνθρώπους ἐγένοντο καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, εἰ ὅλως καθ' ἰδίαν, ὁ μὴ μετὰ τῶν ἰδίων σωμάτων, φήσεις αὐτὰς γεγονέναι. Οὕτως δοκεῖ ὀρθῶς ἔχειν. Οὐκ ἄρα ἀθάνατοι. Οὐκ· ἐπειδὴ ὁ κόσμος γεννητὸς ἡμῖν ἐφάνη.

Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀποθνήσκειν φημὶ πάσας τὰς ψυχὰς ἐγὼ, ἕρμαιον γὰρ ἦν ὡς ἀληθῶς τοῖς κακοῖς· ἀλλὰ τί; τὰς μὲν τῶν εὐσεβῶν ἐν κρείττονί ποι χώρῳ μένειν, τὰς δὲ ἀδίκους καὶ πονηρὰς ἐν χείρονι, τὸν τῆς κρίσεως ἐκδεχομένας χρόνον τότε· οὕτως αἱ μὲν ἄξιαι τοῦ Θεοῦ φανεῖσθαι,

οὐκ

cum reliquis ejuſdem ad eandem rem pertinentibus contulerit, & quod quiſque dogma oppugnet, diligenter animadverterit.

2, 3. Κατά τινας λεγομένους Πλατωνικούς.] V. Plat. Phædr. p. 245, 6.

7 & ſeqq. Τίνα γὰρ λόγον ἔχει σῶμα οὕτω στερεὸν &c.] Plato Tim. p. 28. Ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω· σκεπτέον δ' οὖν περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεὶ, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων μηδεμίαν, ἢ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος. γέγονεν. ὁρατὸς γὰρ ἁπτός τέ ἐστι καὶ σῶμα ἔχων. πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα, αἰσθητά· τὰ δὲ αἰσθητὰ, δόξῃ περιληπτὰ μετ' αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη. Lactantius II. 9. p. 151. *Quicquid eſt ſolido & contractabili corpore, accipit externam vim. Quod accipit vim, diſſolubile eſt. Quod diſſolvitur, interit. Quod interit, ortum ſit neceſſe eſt.*

13, 4. Καὶ οὐκ εἶναί ποι τάχα.] Langus legit καὶ εἶναί ποι τάχα.

24 & ſeqq. Τὰς μὲν τῶν εὐσεβῶν ἐν κρείττονί ποι χώρῳ μένειν &c.] Irenæus V. 31. p. 451. ——*manifeſtum eſt quia & diſcipulorum ejus, propter quos & hæc operatus eſt Dominus, animæ abibunt in inviſibilem locum definitum eis a Deo, & ibi uſque ad reſurrectionem commorabuntur, ſuſtinentes reſurrectionem.* Novatianus De Trin. c. 2. *Namque quæ infra terram jacent neque ipſa ſunt digeſtis & ordinatis poteſtatibus vacua. Locus enim eſt quo piorum animæ impiorumque ducuntur, futuri judicii præjudicia ſentientes.*

27. Τότε.] F. ποτέ.

27 & ſeqq. Οὕτως &c.] F. ὅπως——ἀποθνήσκουσιν——κολάζωνται.

28. Τοῦ Θεοῦ.] F. τῷ Θεῷ.

Φανεῖσθαι.] Φανεῖται ſcribendum eſſe viderat etiam Volſius. SYLBURG.

1, 2, 3. Κολά-

οὐκ ἀποθνήσκουσιν ἔτι, αἱ δὲ κολάζονται ἔς τ' ἂν αὐτὰς καὶ εἶναι καὶ κολάζεσθαι ὁ Θεὸς θέλῃ. Ἆρα ταὐτόν ἐστιν ὃ λέγεις, οἷον καὶ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ αἰνίσσεται περὶ τοῦ κόσμου, λέγων ὅτι αὐτὸς μὲν καὶ φθαρτός ἐστιν ᾗ γέγονεν, οὐ λυθήσεται δὲ, οὐδὲ τεύξεται θανάτου μοίρας, διὰ τὴν βούλησιν τοῦ Θεοῦ, τοῦτ' αὐτό σοι δοκεῖ καὶ περὶ ψυχῆς καὶ ἁπλῶς πάντων πέρι λέγεσθαι. Ὅσα γάρ ἐστι μετὰ τὸν Θεὸν, ἢ ἔσται ποτὲ, ταῦτα φύσιν φθαρτὴν ἔχειν, καὶ οἷά τε ἐξαφανισθῆναι καὶ μὴ εἶναι ἔτι. μόνος γὰρ ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτος Θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο Θεός ἐστι· τὰ δὲ λοιπὰ πάντα μετὰ τοῦτον, γεννητὰ καὶ φθαρτά. τούτου χάριν καὶ ἀποθνήσκουσιν αἱ ψυχαὶ, καὶ κολάζονται· ἐπεὶ εἰ ἀγέννητοι ἦσαν, οὔτ' ἂν ἐξημάρτανον, οὔτε ἀφροσύνης ἀνάπλεῳ ἦσαν, οὐδὲ δειλαὶ καὶ θρασεῖαι πάλιν, ἀλλ' οὐδὲ ἑκοῦσαι

non moriuntur amplius, illæ autem excruciantur quoad eas & eſſe & excruciari vult Deus. Utrum tale eſt quod narras, quale & Plato in Timæo ſubobſcure de mundo tradit, corruptioni eum ſubditum eſſe dicens, quatenus generatus eſt, non iri tamen ſolutum, neque fatum mortis ſubiturum, propter voluntatem Dei? An hoc ipſum tibi & de anima & de rebus ſimul univerſis videtur eſſe promulgatum? Quæcunque ſecundum Deum ſunt aut erunt unquam, ea naturam corruptibilem obtinent, abolerique & ulterius non extare poſſunt. Solus autem ingenitus & incorruptibilis eſt Deus, & propterea Deus eſt: omnia vero reliqua genita ſunt, & corruptibilia. Qua de cauſa animæ & moriuntur & puniuntur. Quandoquidem ingenitæ ſi eſſent, neque peccarent, neque ſtultitiæ plenæ eſſent, neque meticuloſæ ac feroces rurſum. Sed neq; volun-

1, 2, 3. Κολάζονται ἔς τ' ἂν αὐτὰς καὶ εἶναι καὶ κολάζεσθαι ὁ Θεὸς θέλῃ] Iren. II. 34. p. 169. *Sic & de animabus & de ſpiritibus & omnino de omnibus his quæ facta ſunt cogitans quis, minime peccabit; quando omnia quæ facta ſunt, initium quidem facturæ ſuæ habeant, perſeverant autem* quoadusque ea Deus & eſſe & perſeverare voluerit. Quem ibi vide.

3, 4. Ἆρα ταὐτόν ἐστιν ὃ λέγεις &c.] Incipit hic loqui Juſtinus procul omni dubio: ubi deſinit, minus mihi liquet. R. Stephanus reſponſionem ſenis orditur ab his verbis ὅσα γάρ ἐστι. haud ſcio an recte. Certum interim habeo ultra γεννητὰ καὶ φθαρτὰ ℣. 17. ſermonem Juſtini protrahi non poſſe. Fortaſſe autem deeſt aliquid, aut latet aliquod aliud magnum librariorum erratum, quo ſublato opus ſit ut hæc recte expediantur.

4 & ſeqq. Οἷον καὶ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ αἰνίσσεται περὶ τοῦ κόσμου &c.] Plato Tim. p. 41. Ἐπεὶ οὖν πάντες, ὅσοι τε περιπολοῦσι φανερῶς, καὶ ὅσοι φαίνονται καθ' ὅσον ἂν ἐθέλωσι, θεοὶ γένεσιν ἔσχον, λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας, τάδε· Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα, ἄλυτα (F. ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε, Ἔργα τὰ δι' ἐμοῦ &c. vel Θεοὶ θεῶν, Ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἄλυτα. Cic. de Univ. *Quorum operum ego parens, effectorque ſum, non ſunt diſſolubilia.* Quinetiam Philo & Athenagoras & Cyrillus non agnoſcunt ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα) ἐμοῦ γε θέλοντος (Philo & Athenagoras ἐμοῦ μὴ θέλοντος. Cic. *non ſunt diſſolubilia me invito*) τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν, λυτόν· τό γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ, λύειν ἐθέλειν, κακοῦ· δι' ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδ' ἄλυτοι τοπάμπαν——οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε, οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου (Juſtinus Cohort. p 21. ἰσχυροτέρου) λαχόντες ἐκείνων οἷς ὅτ' ἐγίγνεσθε συνεδεῖσθε. Vide etiam Tim. De anima mundi p. 94. Philo περὶ ἀφθαρσίας κόσμου p. 940. γενητὸν δὲ καὶ ἄφθαρτόν φασιν ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Τιμαίῳ δεδηλῶσθαι διὰ τῆς θεοπρεποῦς ἐκκλησίας ἐν ᾗ λέγεται πρὸς τοὺς νεωτέρους θεοὺς ὑπὸ τοῦ πρεσβυτάτου καὶ ἡγεμόνος, Θεοὶ θεῶν &c.

9, 10, 1. Τοῦτ' αὐτό σοι δοκεῖ καὶ περὶ ψυχῆς καὶ ἁπλῶς πάντων πέρι λέγεσθαι.] Longe aliud ſonant hæc atque opinati ſunt interpretes. Agitur, ſi ſanus eſt locus, de ſententia non Platonis ſed ſenis, quem Juſtinus ait idem videri dicere de anima reliquiſque adeo rebus omnibus, quod Plato in Timæo de mundo.

11, 2, 3. Ὅσα γάρ ἐστι μετὰ τὸν Θεὸν ἢ ἔσται ποτὲ, ταῦτα φύσιν φθαρτὴν ἔχειν.] Si ſenex hic loqui incipit, quemadmodum R. Stephanus & Langus exiſtimabant, pro ἔχειν legendum erit ἔχει. Aliter recepta lectio fortaſſe ferri poſſe videatur.

voluntate ſua in ſues unquam, & ſerpentes, & canes immigrarent. Quin ne cogere quidem eas fas eſſet, ſiquidem generatæ non eſſent. Ingenitum enim ingenito ſimile eſt, & æquale, idemque adeo cum eo: ac neque poteſtate neque dignitate alterum alteri præferatur. Quapropter neque multa ſunt ingenita. Nam etiamſi quæ in eis eſſet differentia, minime tamen differentiæ cauſam inquiſitione tua invenires, ſed ad infinitum ſemper mentem demittens, in uno tandem defatigatus conſiſteres ingenito, atque idipſum omnium cauſam diceres. Itaque iſta, inquam, latuere Platonem & Pythagoram, viros ſapientes, qui nobis veluti murus & columen philoſophiæ extitere? Nihil mihi, ait ille, curæ eſt Plato, neque Pythagoras, neque prorſus eorum quiſquam qui talia ſunt opinati; veritas namque ſic habet, quam inde quoque cognoſcas. Anima aut vita eſt, aut vitam habens. Quod ſi vita eſt, aliud quidpiam, non ſeipſam, vivere facit, ſicut & motio aliud quidpiam potius quam ſeipſam movet. Porro animam vivere nemo inficias iverit. Sin vivit, non quod vita ſit vivit, ſed quod vitam accipiat. Aliud autem eſt quod participat quidquam, ab eo unde participat. Vitam vero anima participat, quoadusque eam Deus vult vivere: ita videlicet aliquando non participabit, cum eam vivere nolet. Non enim ita per ſeipſam ei vita eſt, ſicut per ſeipſum Deo: verum quemadmodum homo non ſemper conſtat, neque

ἐκοῦσαι ποτὲ εἰς σύας ἐχώρουν, καὶ ὄφεις, καὶ κύνας, οὐδὲ μὴν ἀναγκάζεσθαι αὐτὰς θέμις, εἴπερ εἰσὶν ἀγέννητοι· τὸ γὰρ ἀγέννητον τῷ ἀγεννήτῳ ὅμοιόν ἐστι, καὶ ἴσον, καὶ ταὐτὸν, καὶ οὔτε δυνάμει, οὔτε τιμῇ, προκριθείη ἂν θατέρου τὸ ἕτερον. ὅθεν οὐδὲ πολλά ἐστι τὰ ἀγέννητα. εἰ γὰρ διαφορά τις ἦν ἐν αὐτοῖς, οὐκ ἂν εὕροις ἀναζητῶν τὸ αἴτιον τῆς διαφορᾶς, 224 ἀλλ' ἐπ' ἄπειρον ἀεὶ τὴν διάνοιαν πέμπων ἐπὶ ἑνός ποτε στήσῃ ἀγεννήτου καμὼν, καὶ τοῦτο φήσεις ἁπάντων αἴτιον. Εἶτα ἔλαθε, φημὶ ἐγὼ, Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν, σοφοὺς ἄνδρας, οἳ ὥσπερ τεῖχος ἡμῖν καὶ ἔρεισμα φιλοσοφίας ἐξεγένοντο; Οὐδὲν ἐμοὶ, ἔφη, μέλει Πλάτωνος, οὐδὲ Πυθαγόρου, οὐδὲ ἁπλῶς οὐδενὸς ὅλως τοιαῦτα δοξάζοντος· τὸ γὰρ ἀληθὲς οὕτως ἔχει. μάθοις δ' ἂν ἐντεῦθεν. ἡ ψυχὴ ἤτοι ζωή ἐστιν, ἢ ζωὴν ἔχει. εἰ μὲν οὖν ζωή ἐστιν, ἄλλό τι ἂν ποιήσειε ζῆν οὐχ ἑαυτὴν, ὡς καὶ κίνησις ἄλλό τι κινήσειε μᾶλλον ἢ ἑαυτήν. ὅτι δὲ ζῇ ψυχὴ, οὐδεὶς ἀντείποι. εἰ δὲ ζῇ, οὐ ζωὴ οὖσα ζῇ, ἀλλὰ μεταλαμβάνουσα τῆς ζωῆς. ἕτερον δέ τι τὸ μετέχον τινὸς, ἐκείνου οὗ μετέχει. ζωῆς δὲ ψυχὴ μετέχει ἐπεὶ ζῆν αὐτὴν ὁ Θεὸς βούλεται· οὕτως ἄρα καὶ οὐ μεθέξει ποτὲ, ὅταν αὐτὴν μὴ θέλοι ζῆν. οὐ γὰρ δι' αὐτῆς ἐστὶ τὸ ζῆν ὡς τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ ὥσπερ ἄνθρωπος οὐ διαπαντός ἐστιν,

11—14. Ἐπ' ἄπειρον ἀεὶ τὴν διάνοιαν πέμπων ἐπὶ ἑνός ποτε στήσῃ ἀγεννήτου καμὼν, καὶ τοῦτο φήσεις ἁπάντων αἴτιον.] Irenæus II. 16. *Quanto igitur tutius, quod eſt verum ſtatim initio confiteri, quoniam Fabricator Deus hic qui mundum fecit, ſolus eſt Deus, quam poſt tantam irreligioſitatem & circuitum* defeſſos *cogi* aliquando in aliquo uno ſtatuere ſenſum *& ex eo figurationem factorum confiteri?*

14. Εἶτα.] F. Ἦ ταῦτα, vel Εἶτα ταῦτα.

30. Τότε.]

οὐδὲ συνεῖναι ἀεὶ τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα, ἀλλ', ὅτε ἂν δέῃ λυθῆναι τὴν ἁρμονίαν ταύτην, καταλείπει ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα, καὶ ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν· οὕτως καὶ, ὅταν δέῃ τὴν ψυχὴν μηκέτι εἶναι, ἀπέστη ἀπ' αὐτῆς τὸ ζωτικὸν πνεῦμα, καὶ οὐκ ἔστιν ἡ ψυχὴ ἔτι, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ, ὅθεν ἐλήφθη, ἐκεῖσε χωρεῖ πάλιν. Τίνι οὖν, φημὶ, ἔτι τις χρήσαιτο διδασκάλῳ, ἢ πόθεν ὠφεληθείη τις, εἰ μηδὲ ἐν τούτοις τὸ ἀληθές ἐστιν; Ἐγένοντό τινες πρὸ πολλοῦ χρόνου πάντων τούτων τῶν νομιζομένων φιλοσόφων παλαιότεροι, μακάριοι, καὶ δίκαιοι, καὶ θεοφιλεῖς, θείῳ πνεύματι λαλήσαντες, καὶ τὰ μέλλοντα θεσπίσαντες, ἃ δὴ νῦν γίνεται (προφήτας δὲ αὐτοὺς καλοῦσιν) οὗτοι μόνοι τὸ ἀληθὲς καὶ εἶδον καὶ ἐξεῖπον ἀνθρώποις, μήτ' εὐλαβηθέντες μήτε δυσωπηθέντες τινὰ, μὴ ἡττημένοι δόξης, ἀλλὰ μόνα ταῦτα εἰπόντες ἃ ἤκουσαν καὶ ἃ εἶδον ἁγίῳ πληρωθέντες πνεύματι. Συγγράμματα δὲ αὐτῶν ἔτι καὶ νῦν διαμένει, καὶ ἔστιν ἐντυχόντα τούτοις πλεῖστον ὠφεληθῆναι καὶ περὶ ἀρχῶν, καὶ περὶ τέλους, καὶ ὧν χρὴ εἰδέναι τὸν φιλόσοφον, πιστεύσαντα ἐκείνοις· οὐ γὰρ μετ' ἀποδείξεως πεποίηνται τότε τοὺς λόγους, ἅτε ἀνωτέρω πάσης ἀποδείξεως
225 ὄντες ἀξιόπιστοι μάρτυρες τῆς ἀληθείας· τὰ δὲ ἀποβάντα καὶ ἀποβαίνοντα ἐξαναγκάζει συντίθεσθαι τοῖς λελαλημένοις δι' αὐτῶν. καίτοι γε καὶ διὰ τὰς δυνάμεις ἃς ἐπετέλουν, πιστεύεσθαι δίκαιοι ἦσαν· ἐπειδὴ καὶ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ πατέρα ἐδό-

neque perpetuo corpus cum anima conjunctum eſt, ſed cum ſolvi oportet hanc compoſitionem, anima a corpore divertit, atque homo non conſtat; ita quoque quando animam non eſſe oportet, diſcedit ab ea ſpiritus vitalis, & anima non amplius extat, ſed & ipſa unde accepta eſt, eo revertitur. Quo ergo tandem aliquis, inquam, utatur doctore; aut unde utilitas quæpiam proveniat, ſi in his verum non eſt? Extiterunt quidam ante multa tempora, omnibus iſtis qui habiti ſunt philoſophis longe vetuſtiores, beati, juſti, Deoque chari homines, Divini Spiritus afflatu loquentes, & futura vaticinantes, quæ nunc ad rem conferuntur: prophetas autem eos vocant. Hi ſoli quid in vero ſit, & viderunt, & hominibus renunciarunt; neque obſervantes neque metuentes quenquam, neque gloriæ cupiditate victi, ea autem ſola proloquuti quæ audierunt & viderunt Spiritu Sancto repleti. Libri vero eorum etiam nunc extant, quos ſi quis legat, eiſque fidem habeat, plurimum inde ferat emolumenti de principiis, & de fine, & de aliis quæ philoſophum ſcire oportet. Minime namque tum illi per demonſtrationes ſcripta ſua compoſuere, ut qui longiſſime ſupra demonſtrationem omnem locupletes & idonei fuerint veritatis teſtes. Porro & quæ evenerunt, & quæ eveniunt, cogunt nos aſſentiri eis quæ ab illis ſunt dicta. Quin & propter virtutes & miracula quæ edidere, digni erant quibus crederetur; quandoquidem opificem univerſitatis hujus Deum & patrem laudibus extulerunt,

30. Τότε.] Ir. ποτέ. PEARSONUS.

38. Θ. κ. π.] F. κ. π. Θ. Sed nihil muto.

runt, & cum qui ab illo miſſus eſt Chriſtum filium ejus annunciaverunt: quod qui ſeductore & impuro ſpiritu repleti ſunt pſeudoprophetæ neque fecerunt, neque faciunt, ſed virtutes prodigiaque quædam ad ſtuporem adducendorum hominum graria efficere audent, & impoſturæ ſpiritus atque dæmonia deprædicant. At tu votis & precibus tibi ante omnia lucis portas aperiri opta. Neque enim ab aliquibus percipiuntur atque intelliguntur, præterquam ſi cui Deus & Chriſtus ejus conceſſerint intelligentiam. Hæc atque his longe plura alia cum ille diſſeruiſſet, & perſequi ea juſſiſſet, quæ nunc commemorare tempus non eſt, abiit: eumque poſtea non vidi. Confeſtim vero in animo meo ardor excitatus eſt, & amor me invaſit prophetarum, & virorum illorum qui Chriſto chari ſunt & amici; ac revolvens ipſe mecum diſputationem illius, hanc ſolam comperi eſſe certam atque utilem philoſophiam. Atque ad hunc modum, & per hæc ipſa, ego philoſophus prodii. Pervelim autem omnes eandem mecum ineuntes animo rationem, non alienos eſſe a Servatoris doctrina. Timorem namque quendam in ſe habet, & idonea eſt ad terrendos perſuadendoſque eos qui a recta tranſverſim ſunt acti via; & qui in ea ſe exercent, ſuaviſſima eis contingit quies. Itaque tibi quoque a re tanta non alieno, ſi qua eſt de teipſo cura, ſalutemque affectas, atque Deo confidis, facultas adeſt ut & Chriſtum

ξαζον, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ Χριστὸν υἱὸν αὐτοῦ κατήγγελλον, ὅπερ οἱ ἀπὸ τοῦ πλάνου καὶ ἀκαθάρτου πνεύματος ἐμπιπλάμενοι ψευδοπροφῆται οὔτε ἐποίησαν οὔτε ποιοῦσιν, ἀλλὰ δυνάμεις τινὰς ἐνεργεῖν εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνθρώπων τολμῶσι, καὶ τὰ τῆς πλάνης πνεύματα καὶ δαιμόνια δοξολογοῦσιν. εὔχου δέ σοι πρὸ πάντων φωτὸς ἀνοιχθῆναι πύλας· οὐ γὰρ συνοπτὰ οὐδὲ συννοητὰ πᾶσίν ἐστιν, εἰ μή τῳ Θεὸς δῷ συνιέναι καὶ ὁ Χριστὸς αὐτοῦ. Ταῦτα καὶ ἔτι ἄλλα πολλὰ εἰπὼν ἐκεῖνος, ἃ νῦν καιρὸς οὐκ ἔστι λέγειν, ᾤχετο, κελεύσας διώκειν αὐτά, καὶ οὐκ ἔτι αὐτὸν εἶδον. ἐμοῦ δὲ παραχρῆμα πῦρ ἐν τῇ ψυχῇ ἀνήφθη, καὶ ἔρως ἔχει με τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων οἵ εἰσι Χριστοῦ φίλοι· διαλογιζόμενός τε πρὸς ἐμαυτὸν τοὺς λόγους αὐτοῦ, ταύτην μόνην εὕρισκον φιλοσοφίαν ἀσφαλῆ τε καὶ σύμφορον. οὕτως δὴ καὶ διὰ ταῦτα φιλόσοφος ἐγώ. βουλοίμην δ' ἂν καὶ πάντας, ἴσον ἐμοὶ θυμὸν ποιησαμένους, μὴ ἀφίστασθαι τῶν τοῦ σωτῆρος λόγων· δέος γάρ τι ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἱκανοὶ δυσωπῆσαι τοὺς ἐκτρεπομένους τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ, ἀνάπαυσίς τε ἡδίστη γίνεται τοῖς ἐκμελετῶσιν αὐτούς. εἰ οὖν τι καὶ σοὶ περὶ σεαυτοῦ μέλει, καὶ ἀντιποιῇ σωτηρίας, καὶ ἐπὶ τῷ Θεῷ πέποιθας, ἅπερ οὐκ ἀλλοτρίῳ τοῦ πράγματος, πάρεστιν ἐπιγνόντι σοι τὸν Χριστὸν τοῦ

Dei

16. Ἐμοῦ.] F. ἐμοί.
17, 8. Καὶ ἔρως ἔχει με] Lege εἶχε.
21—4. Ταύτην μόνην εὕρισκον φιλοσοφίαν ἀσφαλῆ τε καὶ σύμφορον. οὕτως δὴ καὶ διὰ ταῦτα φιλόσοφος ἐγώ.] Trypho p. 218. Τίς ἡ σὴ φιλοσοφία, εἰπὲ ἡμῖν.

33, 4, 5. Καὶ ἐπὶ τῷ Θεῷ πέποιθας, ἅπερ οὐκ ἀλλοτρίῳ τοῦ πράγματος, πάρεστιν ἐπιγνόντι σοι.] Langus illa, ἅπερ οὐκ ἀλλοτρίῳ τοῦ πράγματος, ad Tryphonem pertinere putat; Perionius ad Deum.

1. Τελείῳ

Θεοῦ, καὶ τελείῳ γενομένῳ, εὐδαιμονεῖν.

Ταῦτά μου, φίλτατε, εἰπόντος, οἱ μετὰ τοῦ Τρύφωνος ἀνεγέλασαν· αὐτὸς δὲ ὑπομειδιάσας, Τὰ μὲν ἄλλα σου, φησὶν, ἀποδέχομαι, καὶ ἄγαμαι τῆς περὶ τὸ Θεῖον ὁρμῆς· ἄμεινον δὲ ἦν φιλοσοφεῖν ἔτι σε τὴν Πλάτωνος ἢ ἄλλου του φιλοσοφίαν, ἀσκοῦντα καρτερίαν καὶ ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην, ἢ λόγοις ἐξαπατηθῆναι ψευδέσι, καὶ ἀνθρώποις ἀκολουθῆσαι οὐδενὸς ἀξίοις. μένοντι γάρ σοι ἐν ἐκείνῳ τῷ τῆς φιλοσοφίας τρό-
226 πῳ, καὶ ζῶντι ἀμέμπτως, ἐλπὶς ὑπελείπετο ἀμείνονος μοίρας· καταλιπόντι δὲ τὸν Θεὸν, καὶ εἰς ἄνθρωπον ἐλπίσαντι, ποία ἔτι περιλείπεται σωτηρία; εἰ οὖν καὶ ἐμοῦ θέλεις ἀκοῦσαι (φίλον γάρ σε ἤδη νενόμικα) πρῶτον μὲν περιτεμοῦ, εἶτα φύλαξον, ὡς νενόμισται, τὸ σάββατον, καὶ τὰς ἑορτὰς, καὶ τὰς νουμηνίας τοῦ Θεοῦ, καὶ ἁπλῶς τὰ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένα πάντα ποίει, καὶ τότε σοι ἴσως ἔλεος ἔσται παρὰ Θεοῦ. Χριστὸς δὲ, εἰ καὶ γεγένηται καὶ ἔστι που, ἄγνωστός ἐστι, καὶ οὐδὲ αὐτός πω ἑαυτὸν ἐπίσταται, οὐδὲ ἔχει δύναμίν τινα, μέχρις ἂν ἐλθὼν Ηλίας χρίσῃ αὐτὸν, καὶ φανερὸν πᾶσι ποιήσῃ· ὑμεῖς δὲ, ματαίαν ἀκοὴν παραδεξάμενοι, Χριστὸν ἑαυτοῖς τινὰ ἀναπλάσσετε, καὶ αὐτοῦ χάριν τὰ νῦν ἀσκόπως ἀπόλλυσθε.

Dei cognoſcas, & ad perfectionem deductus, beatitudinem conſequare.

Hæc cum dixiſſem, Pompei chariſſime, Tryphonis amici in riſum proruperunt, ipſe autem ſubridens, Alia quidem tua accipio, & ardorem quem de numine divino obtines, admiror: præſtabilius vero fuerat te adhuc Platonis aut alterius cujuſpiam affectari philoſophiam, fortitudinem & continentiam & caſtitatem colentem, quam verbis falſis in errorem abduci, & hominibus adhærere nullius pretii. Nam ſi in illo philoſophiæ perſtitiſſes genere, atque extra reprehenſionem vixiſſes, reliqua tibi eſſet ſpes ſortis melioris: poſtquam autem Deum reliquiſti, & in homine ſperare cœpiſti, quænam tibi reſtat ſalus? Proinde ſi me quoque vis audire (pro amico enim jam te habeo) fac primum ut circumcidaris, deinde, ita ut lege cautum eſt, ſabbatum ſerva, & dies feſtos, & novilunia Dei, atque, ut paucis dicam, quæ in lege ſancita & ſcripta ſunt, exequere omnia; & tum forſitan tibi miſericordia a Deo continget. Chriſtus autem, ſi quidem natus eſt, & alicubi extat, ignotus eſt, ac ne ipſe quidem ſeipſum ſcit, neque poteſtate aliqua præditus eſt, donec adveniens Elias illum unxerit, & manifeſtum omnibus reddiderit. Vos vero rumorem inanem poſtquam excepiſtis, Chriſtum vobis quendam fingitis, & illius gratia præſentis vitæ commoda inconſiderate perditis.

Ignoſ-

1. τελείῳ γενομένῳ.] Langus & Perionius vitæ perfectionem intelligunt, Sylburgius baptiſmum, cui interpretationi hoc obſtare videatur, quod vix fieri potuit ut Tryphoni, homini Judæo, iſta ſententia vocis τέλειος ſatis eſſet perſpecta; quod tamen in tam negligenti ſcriptore momenti non eſt maximi. Si autem illa ἄπερ εἰς τελείωσιν τοῦ πράγματος recte interpretatur Langus, ea fortaſſe hic reſpiciuntur.

26, 7. Χριστὸς δὲ εἰ καὶ γεγένηται καὶ ἔστι που, ἄγνωστός ἐστι.] Scribendum γεγένηται. Reſpicit autem Trypho opinionem nonnullorum Judæorum, qui Chriſtum jam tum veniſſe, ſed nondum patefactum eſſe exiſtimabant.

Συγγνώμη σοι, ἔφην, ὦ ἄνθρωπε, καὶ ἀφεθείη σοι· οὐ γὰρ οἶδας ὃ λέγεις, ἀλλὰ πειθόμενος τοῖς διδασκάλοις, οἳ οὐ συνιᾶσι τὰς γραφὰς, καὶ ἀπομαντευόμενος λέγεις ὅτι ἄν σοι ἐπὶ θυμὸν ἔλθοι. εἰ δὲ βούλοιο τούτου παραδέξασθαι λόγον, ὡς οὐ πεπλανήμεθα, οὐδὲ παυσόμεθα ὁμολογοῦντες τοῦτον, κἂν τὰ ἐξ ἀνθρώπων ἡμῖν ἐπιφέρωνται ὀνείδη, κἂν ὁ δεινότατος ἀπειπεῖν ἀναγκάζῃ τύραννος· παρεστῶτι γὰρ δείξω ὅτι οὐ κενοῖς ἐπιστεύσαμεν μύθοις, οὐδὲ ἀναποδείκτοις λόγοις, ἀλλὰ μεστοῖς πνεύματος θείου, καὶ δυνάμει βρύουσι, καὶ τεθηλόσι χάριτι. Ἀνεγέλασαν οὖν πάλιν οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ ἄκοσμον ἀνεφθέγγοντο, ἐγὼ δὲ ἀναστὰς οἷός τ' ἤμην ἀπέρχεσθαι· ὁ δέ μου τοῦ ἱματίου λαβόμενος, οὐ πρὶν ἀνύσειν ἔφη, πρὶν ὃ ὑπεσχόμην ἐκτελέσαι. Μὴ οὖν, ἔφην, θορυβείτωσαν οἱ ἑταῖροί σου, μηδὲ ἀσχημονείτωσαν οὕτως, ἀλλ' εἰ μὲν βούλονται, μεθ' ἡσυχίας ἀκροάσθωσαν· εἰ δὲ καὶ ἀσχολία τις αὐτοῖς ὑπέρτερος ἐμποδών ἐστιν, ἀπίτωσαν· ἡμεῖς δὲ, ὑποχωρήσαντές ποι καὶ ἀναπαυσάμενοι, περαίνωμεν τὸν λόγον. ἔδοξε καὶ τῷ Τρύφωνι οὕτως ἡμᾶς ποιῆσαι· καὶ δὴ ἐκνεύσαντες εἰς τὸ μέσον τοῦ ξύστου στάδιον ᾔειμεν· τῶν δὲ

Ignoſcatur, o homo, inquam, ac venia detur tibi; non enim quid dicas, noſti, ſed magiſtris obſequens qui ſcripturas non intelligunt, ac perinde atque vates reſponſo edendo nihil penſi habens, quicquid tibi in mentem venit loqueris. Quod ſi rationem rei hujus admittere atque ſuſcipere velis [intelligas profecto] minime nos in errorem ſeductos eſſe, neque unquam illum profiteri deſituros quamvis nobis ab hominibus ingerantur probra & convitia, & graviſſimus renunciandi intentet neceſſitatem tyrannus. Aſſiſtenti namque tibi & auſcultanti probabo non vanis nos fidem habuiſſe fabulis, neque demonſtrationis expertibus aſſertionibus, ſed ſpiritu divino plenis, virtuteque ſcatentibus, & gratia florentibus. Riſerunt ergo denuo comites ejus, atque indecenter ſunt vociferati. Et ego reſiliens, meque componens, abire volebam: ipſe autem me pallio retinens, non prius dimiſſum iri dixit, quam promiſſum exſolviſſem. Itaque, inqnam, non tumultuentur ſodales tui, neque ita indecore ſe gerant, verum, ſi quidem volunt, quieti audiant; ſin occupationes eis aliquæ graviores obſtant, abeant; nos autem, digredientes quopiam atqne conſidentes, diſputationem exſequamur. Complacitum eſt Tryphoni quoque nt hoc a nobis fieret. Itaque divertentes in ſtadium quod in xyſto medium eſt venimus: ex amicis

autem

6 & ſeqq. Εἰ δὲ βούλοιο τούτου παραδέξασθαι λόγον, ὡς &c.] Sylburgius legit τούτου πέρι δέξασθαι λόγον, & deeſſe putat μαθήσῃ, καταναοήσεις, vel ſimile quid. Locus eſt fortaſſe non ſanus, ſed tamen ſi εἰ utinam interpreteris, quo modo ab optimis ſcriptoribus non raro uſurpatur, nihil hic video quod non a Juſtino ferri poſſit. F. autem pro παραδέξασθαι leg. προσδέξασθαι. Trypho paulo ſupra, Ὑμεῖς δὲ ματαίαν ἀκοὴν παραδεξάμενοι, Χριστὸν ἑαυτοῖς τινὰ ἀναπλάσσετε, quæ verba reſpicit hic Juſtinus. Infra p. 229. Τοῦτον αὐτὸν ὑμεῖς ἠτιμάσατε τὸν νόμον, καὶ τὴν καινὴν ἁγίαν αὐτοῦ διαθήκην ἐφαυλίσατε, καὶ οὐδὲ νῦν παραδέχεσθε.

20, 1. Ἀνύσειν.] Subaudiendum τι, ut ſenſus ſit, *effecturum me aliquid*; vel eum interprete legendum ἀνήσειν. SYLBURGIUS. F. ἀπολύσειν. Infra p. 355. Καὶ ἄπληστος καὶ ἀλαζονευόμενος ἀπένευσε τότε ὁ διάβολος.

5, 6. Ἐν

σὺν αὐτῷ δύο, χλευάσαντες, καὶ τὴν σπουδὴν ἡμῶν ἐπισκώψαντες, ἀπηλλάγησαν. ἡμεῖς δὲ ὡς ἐγενόμεθα ἐν
227 ἐκείνῳ τῷ τόπῳ ἔνθα ἑκατέρωθεν λίθινοί εἰσι θῶκοι, ἐν τῷ ἑτέρῳ καθεσθέντες οἱ μετὰ τοῦ Τρύφωνος, ἐμβαλόντος τινὸς αὐτῶν λόγον περὶ τοῦ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν γενομένου πολέμου, διελάλουν· ὡς δὲ ἀνεπαύσαντο, ἐγὼ οὕτως αὐτοῖς πάλιν ἠρξάμην, Μὴ ἄλλό τι ἐστὶν ὃ ἐπιμέμφεσθε ἡμᾶς, ἄνδρες φίλοι, ἢ τοῦτο, ὅτι οὐ κατὰ τὸν νόμον βιοῦμεν, οὐδὲ ὁμοίως τοῖς προγόνοις ὑμῶν περιτεμνόμεθα τὴν σάρκα, οὐδέ, ὡς ὑμεῖς, σαββατίζομεν; ἢ καὶ ὁ βίος ἡμῶν καὶ τὸ ἦθος διαβέβληται παρ᾽ ὑμῖν; τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ὃ λέγω, μὴ καὶ ὑμεῖς πεπιστεύκατε περὶ ἡμῶν, ὅτι δὴ ἐσθίομεν ἀνθρώπους, καὶ μετὰ τὴν εἰλαπίνην, ἀποσβεννύντες τοὺς λύχνους, ἀθέσμοις μίξεσιν ἐγκυλιόμεθα; ἢ αὐτὸ τοῦτο καταγινώσκετε ἡμῶν μόνον, ὅτι τοιούτοις προσέχομεν λόγοις, καὶ οὐκ ἀληθεῖ, ὡς οἴεσθε, πιστεύομεν δόξῃ; Τοῦτ᾽ ἐστὶν ὃ θαυμάζομεν, ἔφη ὁ Τρύφων, περὶ δὲ ὧν οἱ πολλοὶ λέγουσιν,

autem ejus duo, qui ſannis ſtudium noſtrum ridebant & cavillis ludebant, abiere. Nos vero ubi in eo loco fuimus in quo utrinque ſaxea ſunt ſedilia, in altera parte Tryphonis comites reſidentes de bello Judaico, cum quidam ex ipſis mentionem ejus intuliſſet, agebant. Poſtquam autem ejuſmodi ſermonis finem fecere, ita rurſum apud eos ſum exorſus: Num aliud quidquam eſt, perchari nobis viri, quod in nobis reprehenditis præterquam quod ex præſcripto legis non vivimus, neque itidem ut majores veſtri carne circumcidimur, neque ſicuti vos ſabbata agimus? an vita quoque & mores noſtri apud vos in crimen vocantur? Hoc autem eſt quod dico, an vos etiam de nobis creditis, homines nos vorare, & poſt epulum, lucernis extinctis, nefario promiſcue concubitu involvi? aut hoc unum in nobis damnatis, quod diſciplinæ hujuſcemodi dediti ſimus, falſæque, ſicuti putatis, credamus opinioni? Hoc ipſum eſt, infit Trypho, quod miramur: quæ vero vulgo jactantur, indigna

5, 6. Ἐν τῷ ἑτέρῳ καθεσθέντες.] Cic. IV. Acad. p. 12. *Cum igitur pauca in xyſto locuti eſſemus, tum eodem in ſpatio conſedimus.*

13, 4, 5. Οὐδὲ ὁμοίως τοῖς προγόνοις ὑμῶν περιτεμνόμεθα τὴν σάρκα, οὐδ᾽ ὡς ὑμεῖς σαββατίζομεν.] Quid? Non & horum majores ſabbata obſervabant, & hi tam recutiti erant quam quilibet ex majoribus? Cur itaque de circumciſione dicit ὁμοίως τοῖς προγόνοις ὑμῶν, de obſervatione ſabbati ὡς ὑμεῖς? Id dum alii quærunt, tu, ſi ſapis, reſcribe ocyus τοῖς προγόνοις ἡμῶν. Ita Lactantius: *Majores noſtri qui erant principes Hebræorum.* Nempe ſic ſolent noſtri. Quæ non intelligunt, mutant; & minus fortaſſe accurate dicta, dum corrigere volunt, multo faciunt deteriora. Οἱ πρόγονοι ὑμῶν non ſunt quilibet majores horum quibuſcum loquitur Juſtinus, ſed gentis Judaicæ auctores, Abraamus ſcilicet reliquique patriarchæ, quorum circumciſionem ſatis apte hic memorat, cum propter ſingularem eorum tam apud Chriſtianos quam Judæos auctoritatem, tum quod non magis quam Chriſtiani, id quod paſſim inculcat, aut ſabbata agebant aut reliqua præcepta legis ſervabant. Hæc autem correctio non tantum quod antea rectiſſimum erat, ineptiſſimum & abſurdiſſimum facit, ſed & quod unum erat hic vitium, intactum & intentatum relinquit. Eſt id autem non in his verbis οὐδὲ ὁμοίως τοῖς προγόνοις ὑμῶν περιτεμνόμεθα τὴν σάρκα, ſed in illis quæ ſequuntur, οὐδὲ ὡς ὑμεῖς σαββατίζομεν, quæ poſt ea quæ utraque antecedunt, οὐ κατὰ τὸν νόμον βιοῦμεν, non ita commode adduntur. Verum hujuſmodi peccata condonari ſolent ſcriptoribus diligentioribus noſtro, multoque ſtudioſioribus elegantiæ.

1, 2. Ου

indigna ſunt fide; longe enim a natura humana abſunt. Veſtra ſane quæ in evangelio quod dicitur ſunt præcepta tam magna & admiranda eſſe novimus, ut ſuſpicio noſtra ſit a nemine illa ſervari poſſe; inceſſit enim ea cura mihi ut legerem. Illud autem maxime miramur, vos qui veram jactatis religionem, & aliis hominibus præſtare vultis, nihil ab eis variare, & vita degenda nihil a gentibus differre, utpote qui neque feſtos dies neque ſabbata ſervetis, neque circumciſionem habeatis; atque inſuper cum in homine crucifixo ſpem collocetis, confidere nihilominus conſecuturos eſſe boni quidquam a Deo, mandata ejus non

Gen. xvii. 14. exſequentes. Nonne legiſti deletum iri animam illam ex genere ſuo, quæ non circumcidetur octavo die? Atque hoc ex æquo & de alienigenis & de emptitiis ſancitum eſt. Hoc ergo fœdus & teſtamentum vos ſtatim floccifacientes, nullam etiam ſequentium (mandatorum) habetis rationem, & nos in veſtram ſententiam adducere conamini quaſi Deum noſſetis, cum tamen nihil eorum faciatis quæ præſtant qui Deum timent. Si quid contra hæc quod per defenſionem afferas, habes, & oſtendere potes quanam ratione quidquam, legem non ſervantes, ſperetis, id ipſum quam libentiſſime audiverimus, ac deinceps alia quoque ſimiliter inveſti-

σιν, οὐ πιστεῦσαι ἄξιον, πόῤῥω γὰρ κεχώρηκε τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. ὑμῶν δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ λεγομένῳ εὐαγγελίῳ παραγγέλματα θαυμαστὰ οὕτως καὶ μεγάλα ἐπίσταμαι εἶναι, ὡς ὑπολαμβάνειν μηδένα δύνασθαι φυλάξαι αὐτά· ἐμοὶ γὰρ ἐμέλησεν ἐντυχεῖν αὐτοῖς. ἐκεῖνο δὲ ἀπορῶμεν μάλιστα, εἰ ὑμεῖς, εὐσεβεῖν λέγοντες, καὶ τῶν ἄλλων οἰόμενοι διαφέρειν, κατ' οὐδὲν αὐτῶν ἀπολείπεσθε, οὐδὲ διαλλάττετε ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τὸν ὑμέτερον βίον, ἐν τῷ μήτε τὰς ἑορτὰς, μήτε τὰ σάββατα τηρεῖν, μήτε τὴν περιτομὴν ἔχειν· καὶ ἔτι ἐπ' ἄνθρωπον σταυρωθέντα τὰς ἐλπίδας ποιούμενοι, ὅμως ἐλπίζετε τεύξεσθαι ἀγαθοῦ τινὸς παρὰ τοῦ Θεοῦ, μὴ ποιοῦντες αὐτοῦ τὰς ἐντολάς. ἢ οὐκ ἀνέγνως ὅτι ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ γένους αὐτῆς, ἥτις οὐ περιτμηθήσεται τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ; ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἀλλογενῶν, καὶ περὶ τῶν ἀργυρωνήτων διέσταλται. ταύτης οὖν τῆς διαθήκης εὐθέως καταφρονήσαντες ὑμεῖς, ἀμελεῖτε καὶ τῶν ἔπειτα, καὶ πείθειν ἡμᾶς ἐπιχειρεῖτε, ὡς εἰδότες τὸν Θεὸν, μηδὲν πράσσοντες ὧν οἱ φοβούμενοι τὸν Θεόν. εἰ οὖν ἔχεις πρὸς ταῦτα ἀπολογήσασθαι, καὶ ἐπιδεῖξαι ᾧ τινι τρόπῳ ἐλπίζετε ὁτιοῦν κἂν μὴ φυλάσσοντες τὸν νόμον, τοῦτό σου ἡδέως ἀκούσαιμεν μάλιστα, καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὁμοίως

1, 2. Οὐ πιστεῦσαι ἄξιον, πόῤῥω γὰρ κεχώρηκε τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως.] Tertull. Apol. c. viii. *Ut fidem naturæ ipſius appellem adverſus eos qui talia credenda eſſe præſumunt.*

15 & ſeqq. Καὶ ἔτι ἐπ' ἄνθρωπον σταυρωθέντα τὰς ἐλπίδας ποιούμενοι &c.] Hierem. xvii. 5. Ἐπικατάρατος ὁ ἄνθρωπος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον.

16. Σταυρωθέντα.] Superior editio στρωθέντα habebat, non intellecto ſcripturæ compendio——. Idem error admiſſus erat etiam in ſequentibus aliquoties, quod ſemel hic monuiſſe ſufficiat. Sylburg.

23. Ἀλλογενῶν.] F. οἰκογενῶν. V. Gen. xvii. 12, 3. Sed eſt quod pro vulgata lectione dici poſſit.

24, 5. Εὐθέως.] Langus & Perionius vertunt *ſtatim*. F. leg. εὐήθως, vel tranſponendum εὐθέως ſic, ταύτης τῆς διαθήκης καταφρονήσαντες ὑμεῖς, εὐθέως ἀμελεῖτε καὶ τῶν ἔπειτα. Neutrum placet. F. εὐθέως ſignificat *temere*.

1. Συνεξε-

συνεξετάσωμεν. Οὔτε ἔσται ποτὲ ἄλλος Θεὸς, ὦ Τρύφων, οὔτε ἦν ἀπ' αἰῶνος, ἐγὼ οὕτως πρὸς αὐτὸν,
228 πλὴν τοῦ ποιήσαντος καὶ διατάξαντος τόδε τὸ πᾶν· οὐδὲ ἄλλον μὲν ἡμέτερον, ἄλλον δὲ ὑμῶν ἡγούμεθα Θεὸν, ἀλλ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ἐξαγαγόντα τοὺς πατέρας ὑμῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ βραχίονι ὑψηλῷ· οὐδ' εἰς ἄλλον τινὰ ἠλπίκαμεν, οὐ γάρ ἐστιν, ἀλλ' εἰς τοῦτον εἰς ὃν καὶ ὑμεῖς, τὸν Θεὸν τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· ἠλπίσαμεν δὲ, οὐ διὰ Μωσέως, οὐδὲ διὰ τοῦ νόμου, ἢ γὰρ ἂν τὸ αὐτὸ ὑμῖν ἐποιοῦμεν· νυνὶ δὲ, ἀνέγνων γὰρ, ὦ Τρύφων, ὅτι ἔσοιτο καὶ τελευταῖος νόμος, καὶ διαθήκη κυριωτάτη πασῶν, ἣν νῦν δέον φυλάσσειν πάντας ἀνθρώπους, ὅσοι τῆς τοῦ Θεοῦ κληρονομίας ἀντιποιοῦνται. ὁ γὰρ ἐν Χωρὴβ παλαιὸς ἤδη νόμος, καὶ ὑμῶν μόνων· ὁ δὲ, πάντων ἁπλῶς. νόμος δὲ κατὰ νόμου τεθεὶς, τὸν πρὸ αὐτοῦ ἔπαυσε, καὶ διαθήκη μετ' ἔπειτα γενομένη τὴν προτέραν ὁμοίως ἔστησεν. αἰώνιός τε ἡμῖν νόμος καὶ τελευταῖος, ὁ Χριστὸς, ἐδόθη, καὶ ἡ διαθήκη πιστὴ, μεθ' ἣν οὐ νόμος, οὐ πρόσταγμα, οὐκ ἐντολή. ἢ σὺ ταῦτα οὐκ ἀνέγνως ἅ φησιν Ἡσαΐας, Ἀκούσατέ μου, ἀκούσατέ μου, λαός μου, καὶ οἱ βασιλεῖς πρός με ἐνωτίζεσθε· ὅτι νόμος παρ' ἐμοῦ ἐξελεύσεται, καὶ ἡ

inveſtigaverimus. Neque unquam alius erit, o Trypho, neque ab omni æternitate fuit (ego ſic ad illum) Deus præter eum qui fecit ac diſpoſuit univerſitatem hanc: neque alium noſtrum, alium veſtrum Deum ducimus, ſed illum ipſum qui eduxit patres veſtros ex terra Ægypti in manu forti & brachio excelſo, neque in alium quenquam ſperamus (non enim extat) verum in eum in quem & vos, Deum Abraæ & Iſaac & Jacob: ſperamus autem non per Moſen, neque per legem; ſic namque vobiſcum faceremus. At nunc, legi enim, o Trypho, futuram fuiſſe legem poſteriorem, ac teſtamentum multo omnium firmiſſimæ auctoritatis, idipſum teſtamentum (inqnam) nunc ſervare oportet mortales omnes, quicunque ad hæreditatem Dei capeſſendam aſpirant. Quæ namque in Oreb promulgata lex eſt, vetus jam, & veſtra duntaxat eſt, hæc autem communis eſt prorſus univerſorum; ſiquidem lex adverſus legem lata, antiquiorem recentior abolet, & poſterius teſtamentum priori ſimiliter derogat. Poſtrema vero & ſempiterna lex nobis data eſt, Chriſtus, atque item teſtamentum fidele, poſt quod teſtamentum jam non lex, non præceptum, non mandatum erit ullum. An tu ea non legiſti quæ dixit Eſaias? *Audite me, audite me, populi mi; & reges, aures adhibete mihi. Quoniam lex a me exibit, &* Eſai li. 4,5.
judicium

1. Συνεξετάσωμεν.] Legi poſſet etiam συνεξετάσομεν. Sylburg.

23, 4. Νόμος δὲ κατὰ νόμου τεθεὶς, τὸν πρὸ αὐτοῦ ἔπαυσε.] Lege μετὰ νόμον. Plut. Symp. l. IX. p. 742. Ἔν τε δόγμασι καὶ νόμοις, ἔν τε συνθήκαις καὶ ὁμολογίαις κυριώτερα τὰ ὕστερα νομίζεται καὶ βεβαιότερα τῶν πρώτων.

25, 6. Ἔστησε.] Sylburgius *aptius* putat ἔσβεσε. Valde fallitur vir doctus.

26. Τε.] F. δέ.

29, 30. Ἢ σὺ οὐκ ἀνέγνως.] Recte ΣΤ; ἐμφατικῶς; reddit enim Tryphoni interrogationem ſuam qui ſupra dixerat, ἢ οὐκ ἀνέγνως &c. p 156. quam, etiam paulo ante reſpicere videatur dum dicit ἀνέγνων γὰρ ὦ Τρύφων.

judicium meum in lucem gentium. Appropinquat celeriter juſtitia mea, & egredietur ſalutare meum, & in brachium meum gentes ſperabunt. Ac per Hieremiam Deus de novo hoc teſtamento ita inquit: *Ecce dies* Hierem. xxxi. 31, 32. *venient, dicit Dominus, & teſtabor domui Iſrael & domui Judæ teſtamentum novum, non quod teſtatus ſum patribus eorum in die cum apprehenderem manum ipſorum ut educerem eos ex terra Ægypti.* Itaque ſi Deus teſtamentum novum diſpoſitum iri annunciavit, idque in lucem gentium, cernimus autem perſuaſumque habemus per nomen ipſius crucifixi Jeſu Chriſti ab idolis atque omnis generis iniquitate homines ad Deum accedere, & ad mortem uſque in profeſſione & pietate perſe-

κρίσις μου εἰς φῶς ἐθνῶν. ἐγγίζει ταχὺ ἡ δικαιοσύνη μου, καὶ ἐξελεύσεται τὸ σωτήριόν μου, καὶ εἰς τὸν βραχίονά μου ἔθνη ἐλπιοῦσι. Καὶ διὰ Ἱερεμίου περὶ ταύτης αὐτῆς τῆς καινῆς διαθήκης οὕτω φησίν, Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα, διαθήκην καινὴν, οὐχ ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐπελαβόμην τῆς χειρὸς αὐτῶν ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Εἰ οὖν ὁ Θεὸς διαθήκην καινὴν ἐκήρυξε μέλλουσαν διαταχθήσεσθαι, καὶ ταύτην εἰς φῶς ἐθνῶν, ὁρῶμεν δὲ καὶ πεπείσμεθα διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τοῦ σταυρωθέντος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπὸ τῶν εἰδώλων καὶ τῆς ἄλλης ἀδικίας προσελθόντας τῷ Θεῷ, καὶ μέχρι θανάτου ὑπομένοντας τὴν ὁμολογίαν καὶ εὐσέβειαν

13, 4. Εἰ οὖν ὁ Θεὸς διαθήκην καινὴν ἐκήρυξε μέλλουσαν διαταχθήσεσθαι.] Ecce iterum Criſpinus. Veſtram fidem leguleii! Præcipiuntur teſtamenta? Quid muſſitatis? Enimvero ſine mercede reſpondere nolunt. Eant itaque quo digni ſunt. Nos aquam pretio non emimus. Quid enim? Annon & uſus linguæ Græcæ & ſenſus communis hanc portentoſam phraſin redarguunt & repudiant? Lege igitur leviſſima mutatione διατεθήσεσθαι. Ita noſter infra p. 251. τοῦ Θεοῦ βουλῆς καινὸν νόμον καὶ καινὴν διαθήκην ΔΙΑΘΗΣΕΣΘΑΙ. Et p. 292. Καινὴν διαθήκην ΔΙΑΘΗΣΕΣΘΑΙ ὁ Θεὸς ἐπήγγελται παρὰ τὴν ἐν ὄρει Χωρήβ. Denique hac ipſa pag. Hieremias ΔΙΑΘΗΣΟΜΑΙ τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα διαθήκην καινὴν, οὐχ ἣν ΔΙΕΘΕΜΗΝ τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐπελαβόμην τῆς χειρὸς αὐτῶν ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Quibus recitatis, ne una quidem vocula interpoſita, hoc argumentum ex iis ducit Juſtinus, Εἰ οὖν ὁ Θεὸς &c. quod adeo certum eſt veræ lectionis indicium ut vel ſexcentis librariis fidem omnem abroget. Hactenus hic. Nos enim longe alia in opinione ſumus, ut qui longe alia via res hujuſmodi reputare ſoleamus. Litem dirimet ipſe Juſtinus: qui infra p. 271. hæc habet, Η πάλαι ΚΗΡΥΣΣΟΜΕΝΗ ΥΠΟ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ ΔΙΑΤΑΧΘΗΣΕΣΘΑΙ ἤδη τότε παρῆν, τουτέστιν αὐτὸς ὢν ὁ Χριστός. At poteſt fieri ut hoc quoque librariorum facinus ſit. Quid itaque huic loco facies p. 292. Η δὲ παλαιὰ διαθήκη, ἔφην, μετὰ φόβου καὶ τρόμου ΔΙΕΤΑΓΗ τοῖς πατράσιν ὑμῶν ὡς μηδὲ δυνηθῆναι αὐτοὺς ἀκοῦσαι τοῦ Θεοῦ. Καὶ οὗτος ὡμολόγησε. Τί οὖν, ἔφην, ἑτέραν διαθήκην ἔσεσθαι ὁ Θεὸς ὑπέσχετο, οὐχ ὡς ἐκείνη ΔΙΕΤΑΓΗ, καὶ ἄνευ φόβου καὶ τρόμου καὶ ἀστραπῶν ΔΙΑΤΑΓΗΝΑΙ αὐτήν ἔφη? Nimirum quidvis, opinor, potius facies, quam ut emendationem prodas, ideoque & hæc ita leges: Η δὲ παλαιὰ διαθήκη, ἔφην, μετὰ φόβου καὶ τρόμου ΔΙΕΤΕΘΗ——. Τί οὖν, ἔφην, ἑτέραν διαθήκην ΔΙΑΘΗΣΕΣΘΑΙ ὁ Θεὸς ὑπέσχετο, οὐχ ὡς ἐκείνη ΔΙΕΤΕΘΗ, καὶ ἄνευ φόβου καὶ τρόμου καὶ ἀστραπῶν ΔΙΑΤΕΘΗΝΑΙ ΑΥΤΗΝ ἔφη. Hoccine eſt criticam facere? Imo bacchanal potius. At qui factum ut verba tam diſparia tumque diſſociabilia conjungeret noſter? Qui factum ſit juxta tecum ſcimus: qui fieri potuerit, ſi ſcire cupis, paucis accipe. Utraque διαθήκη non erat reapſe tam teſtamentum, aut etiam fœdus, quam lex, indeque cito factum eſt ut iſti verbo ea quoque notio vulgo ſubjiceretur, quod idem etiamnum obtinet ut legem Moſaicam & Chriſtianam, aut etiam libros in quibus continentur, Teſtamenta vocitemus, nihil interea cogitantes de prima & vera ſententia ejus vocis: quæ cum ita ſint, non eſt quod quiſquam miretur Juſtinum, attentiorem ſemper ad res quam ad vocabula, negligentem primam ſignificationem hujus vocis διαθήκη, cum iſto verbo eam conjunxiſſe. Atque hæc quidem noſtra eſt Juſtini ſeu defenſio ſeu potius excuſatio: ſi cui autem viſum fuerit hoc potius cum modo defendere ut contendat διατάσσειν διαθήκην non minus recte hic dici quam alicubi apud Ciceronem *componere teſtamentum*, eodemque ſenſu, per me quidem licet, ſed ſuo periculo.

16. Πεπείσμεθα.] Vide num πεπύσμεθα. R. STEPHANUS.

20 & ſeq. Τὴν ὁμολογίαν καὶ εὐσέβειαν ποιοῦντας.] F. τὴν ὁμολογίαν τῆς εὐσεβείας. Sed nihil muto.

3, 4. Οτι

& veluti pannus menſtruatæ cuncta juſtitia noſtra. Et defluximus tanquam folia propter iniquitates noſtras. ita ventus differet nos. & non eſt qui invocet nomen tuum, non qui meminerit ut prehendat te; quoniam avertiſti vultum tuum a nobis, & tradidiſti nos propter peccata noſtra. Etiam nunc convertere, Domine; quia populus tuus omnes nos. Civitas ſanctuarii tui facta eſt deſerta, Sion facta eſt tanquam ſolitudo, Hieruſalem in execrationem. Domus, ſanctuarium noſtrum, & gloria, cui benedicentes patres noſtri eam laudaverunt, igni vaſtata eſt, & omnia glorioſa noſtra conciderunt. Atque in his ſuſtinuiſti, Domine, & tacuiſti, & humiliaſti nos vehementer. Ac Trypho: Quid eſt quod ais? neminem noſtrum poſſeſſurum eſſe quicquam in monte ſancto Dei? Et ego: Non hoc dico. verum qui Chriſtum perſecuti ſunt, & perſequuntur, atque pœnitentiam non agunt, nihil poſſidebunt in monte ſancto. Gentes autem quæ in illum credunt, & pœnitentia delictorum ducuntur, ipſæ poſſidebunt, cum patriarchis, & prophetis, & juſtis quicunque a Jacob prognati ſunt. Hæ etiamſi ſabbata non ſervent, neque circumciduntur, neque dies feſtos celebrent, omnino ſanctam Dei hæreditatem adibunt. Deus enim per Eſaiam ita loquitur: *Ego Dominus Deus vocavi te in juſtitia, & apprehendam manum tuam,* Eſai. xlii. 6, 7.

5, 6. Καὶ οὐ μνησθείς.] Vulg. B. Eſaiæ lxiv. 7. Καὶ ὁ μνησθεὶς, articulo pro negatione poſito, aptius. SYLBURG.

9, 10. Καὶ νῦν ἐπίστρεψον, Κύριε, ὅτι λαός σου πάντες ἡμεῖς.] Biblia ΚΑΙ ΝΥΝ Κύριε πατὴρ ἡμῶν σὺ, ἡμεῖς δὲ πηλὸς, ἔργα τῶν χειρῶν σου πάντες. μὴ ὀργίζου ἡμῖν σφόδρα, καὶ μὴ ἐν καιρῷ μνησθῇς ἁμαρτιῶν ἡμῶν· ΚΑΙ ΝΥΝ ἐπίβλεψον, ὅτι λαός σου πάντες ἡμεῖς.

15, 6. Πάντα τὰ ἔθνη ἔνδοξα.] LXX. πάντα τὰ ἔνδοξα ἡμῶν. Juſtinus Apol. I. p. 70. Πάντα τὰ ἔνδοξα αὐτῆς.

1. Ἰσχύειν.]

Eſai. lxii. 10—lxiii. 6.

tuam, & fortem reddam te. Et dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum, educeres e vinculis compeditos, & e domo carceris ſedentes in tenebris. Et iterum, *Elevate ſignum ad gentes. Ecce enim Dominus auditum fecit uſque ad extremum terræ. dicite filiabus Sion, Ecce tibi ſalvator advenit, ferens mercedem ſuam, & opus a facie ejus. Et vocabit ipſum populum ſanctum, redemptum a Domino. Tu autem vocaberis quæſita civitas, & non derelicta. Quis eſt iſte adveniens ex Edom, tinctura veſtium ejus ex Boſor? Iſte formoſus in ſtola, aſcendens violenter cum fortitudine? Ego diſſero juſtitiam, & judicium ſalutaris. Quare rubra ſunt veſtimenta tua, & indumenta tua veluti a torculari calcato uvæ calcatæ pleno? Torcular*

σου, καὶ ἰσχύσω σε, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. Καὶ πάλιν, Ἐξάρατε συσσεισμὸν εἰς τὰ ἔθνη· ἰδοὺ γὰρ Κύριος ἐποίησεν ἀκουστὸν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. εἴπατε ταῖς θυγατράσι Σιών, ἰδού σοι ὁ σωτὴρ παραγέγονεν, ἀπέχων τὸν ἑαυτοῦ μισθὸν, καὶ τὸ ἔργον ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. καὶ καλέσει αὐτὸν λαὸν ἅγιον, λελυτρωμένον ὑπὸ Κυρίου. σὺ δὲ κληθήσῃ ἐπιζητουμένη πόλις, καὶ οὐ καταλελειμμένη. τίς οὗτος ὁ παραγινόμενος ἐξ Ἐδώμ, ἐρύθημα ἱματίων αὐτοῦ ἐκ Βοσόρ; οὗτος ὡραῖος ἐν στολῇ, ἀναβαίνων βίᾳ μετ' ἰσχύος; ἐγὼ διαλέγομαι δικαιοσύνην, καὶ κρίσιν σωτηρίου. διατί σου ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ ἐνδύματά σου ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ, πλήρους καταπεπατημένης; ληνὸν

1. Ἰσχύσω.] Ita etiam infra p. 290. & 351. Biblia ἐνισχύσω.

4. Πεπεδημένους.] Ita etiam S. Barnabas c. XIV. & noſter iterum p. 290. & tertio p. 351. Biblia δεδεμένους.

4, 5. Καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει.] Ita iterum noſter p. 290. Ita etiam alii ſcriptores vetuſtiſſimi. Ita & cod. Alexandr. Curterii Eſaias. Ita denique Biblia Hebraica. Edd. LXX. interpretum vitioſe & inepte καὶ καθημένους.

6. Συσσεισμόν.] Vulg. Biblia aptius σύσσημον. Sylburg.

8, 9. Ταῖς θυγατράσι.] Biblia τῇ θυγατρί.

9. Σοὶ ὁ σωτήρ.] Biblia Romana ὁ σωτήρ σοι, Complutenſia σοὶ σωτήρ, Codex Alexandrinus ut Juſtinus.

10, 1. Ἀπέχων τὸν ἑαυτοῦ μισθὸν, καὶ τὸ ἔργον ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ.] Biblia ἔχων τὸν ἑαυτοῦ μισθὸν, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ.

15. Παραγινόμενος.] Ita etiam codex Alexandrinus. Edd. LXX. interpretum παραγινόμενος, minus recte, niſi fallor.

16. Ἱματίων αὐτοῦ.] Biblia non habent αὐτοῦ.

Ib. Οὗτος.] Ita etiam codex Alexandrinus, & Clemens & Cyrillus Alexandrini. Biblia Romana & Complutenſia & Curterii Eſaias οὕτως, atque ita legit Hieronymus. Tertullianus quoque, *Sic decorus*. Sed Juſtini lectio, niſi fallor, vera eſt.

17, 8. Ἀναβαίνων βίᾳ μετ' ἰσχύος.] Neſcio annon alia etiam Juſtini citatio aliam Eſaiæ emendationem nobis ſuppeditet, nempe cap. lxiii. ℣. 1. ubi omnes editiones, etiam hexaplaris, ita habent: ὡραῖος ἐν στολῇ (in hexaplari hic additum ※ αὐτοῦ) βίᾳ μετ' ἰσχύος. Unde apud Tertullianum contra Marcionem IV. 40. *formoſus in ſtola violenta cum fortitudine*; ſed rectius in Hieronymi ex LXX. verſione: *formoſus in ſtola ſua, violentia cum fortitudine*; quomodo τῶν ο. vertiſſe in commentario quoque teſtatur, ac addit: *quod quem ſenſum habeat, prudens lector inquirat.* Et ſane difficilis eſt hujus commatis ita lecti ſenſus; neque vox βίᾳ Hebræam צעה exprimit: unde in aliquibus codicibus a ſcholiaſta Romanæ editionis memoratis, forte Luciani, legitur βοᾷ, quaſi ex Hebræo צוח. Apud Juſtinum vero extat: ὡραῖος ἐν στολῇ, ἀναβαίνων βίᾳ μετ' ἰσχύος· quomodo & in Hieronymi ex Hebræo verſione, nec non Arabica, *gradiens*; adeo ut ἀναβαίνων vel ſimplex βαίνων, occaſione proximæ vocis βίᾳ haud diſſimilis, e verſione τῶν ο. excidiſſe videatur. Grabe De vitiis LXX. p. 39. Athanaſius c. Apol. II. 10. p. 948. διαβαίνων βίᾳ μετ' ἰσχύος.

20, 1. Ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ πλήρους καταπεπατημένης.] Ita etiam Biblia Complutenſia & Aldina & Cyrillus. Biblia Romana & codex Alexandrinus pro πλήρους habent πλήρης. Curterii Eſaias ὡς ἀπὸ πατήματος ληνοῦ, πλήρους, καταπεπατημένης. Cyprianus, *velut a calcatione torcularis pleni & percalcati.* Tertullianus, *ſicut de foro torcularis pleno conculcato.* Origenes Com. vol. II. p. 145. ὡς ἀποπάτημα (f. ἀπὸ πατήματος) ληνοῦ πλήρους καταπεπατημένης. Hieronymus, *ſicut calcantium torcular plenum conculcatum.*

21 & ſeq. Πλήρους καταπεπατημένης; ληνὸν ἐπάτησα

244 ληνὸν ἐπάτησα μονώτατος, καὶ τῶν ἐθνῶν οὐκ ἔστιν ἀνὴρ μετ' ἐμοῦ, καὶ κατεπάτησα αὐτοὺς ἐν θυμῷ, καὶ κατέθλασα αὐτοὺς ὡς γῆν, καὶ κατήγαγον τὸ αἷμα αὐτῶν εἰς γῆν. ἡμέρα γὰρ ἀνταποδόσεως ἦλθεν αὐτοῖς, καὶ ἐνιαυτὸς λυτρώσεως πάρεστι. καὶ ἐπέβλεψα καὶ οὐκ ἦν βοηθός, καὶ προσενόησα καὶ οὐδεὶς ἀντελάβετο· καὶ ἐρρύσατο ὁ βραχίων, καὶ ὁ θυμός μου ἐπέστη. καὶ κατεπάτησα αὐτοὺς ἐν τῇ ὀργῇ μου, καὶ κατήγαγον τὸ αἷμα αὐτῶν εἰς γῆν. Καὶ ὁ Τρύφων, Διατί ἅπερ βούλει ἐκλεγόμενος ἀπὸ τῶν προφητικῶν λόγων λέγεις, ἃ δὲ διαῤῥήδην κελεύει σαββατίζειν οὐ μέμνησαι; διὰ γὰρ Ἡσαΐου οὕτως εἴρηται, Ἐὰν ἀποστρέψῃς τὸν πόδα σου ἀπὸ τῶν σαββάτων τοῦ μὴ ποιεῖν τὰ θελήματά σου ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἁγίᾳ, καὶ καλέσῃς τὰ σάββατα τρυφερὰ ἅγια τοῦ Θεοῦ σου, οὐκ ἀρεῖς τὸν πόδα σου ἐπ' ἔργον, οὐδὲ μὴ λαλήσῃς λόγον ἐκ τοῦ στόματός σου· καὶ ἔσῃ πεποιθὼς ἐπὶ Κύριον, καὶ ἀναβιβάσει σε ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς, καὶ ψωμιεῖ σε τὴν κληρονομίαν Ἰακὼβ τοῦ πατρός σου· τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. Κἀγώ, Οὐχ ὡς ἐναντιουμένων μοι τῶν τοιούτων προφητειῶν, ὦ φίλοι, παρέλιπον αὐτάς, ἀλλ' ὡς ὑμῶν νενοηκότων καὶ νοούντων, ὅτι κἂν διὰ πάντων τῶν προφητῶν κελεύῃ ὑμῖν τὰ αὐτὰ ποιεῖν ἃ

Torcular unus ipſe & ſolus calcavi, nec eſt vir gentium mecum. Et calcavi eos in furore, & contudi eos ut terram, & deduxi ſanguinem eorum in terram. Dies enim retributionis venit eis, & annus redemptionis adeſt. Et reſpexi, & non erat adjutor: & animadverti, & nemo opitulabatur. & liberavit brachium, & furor meus inſtitit: & calcavi eos in ira mea, & deduxi ſanguinem eorum in terram. Et Trypho: Quare quæ vis ex propheticis ſermonibus ſeligens, recitas: eorum autem quæ diſerte ſabbatum agere jubent, mentionem non facis? Nam per Eſaiam ita eſt dictum, *Si averteris pedem tuum in ſabbatis ut non facias voluntatem tuam in die ſancto, & vocaveris ſabbata delicata ſancta Dei tui: non movebis pedem tuum ad opus tuum, nec loqueris verbum ex ore tuo: & Domino confides, & producet te ad bona terræ, & cibabit te hæreditate Jacob patris tui. Os enim Domini locutum eſt.* At ego, Non perinde, inquam, ejuſmodi prophetias omiſi, o amici, quaſi adverſentur mihi, ſed vos intellexiſſe & intelligere exiſtimans Deum, etſi per prophetas omnes eadem vos facere jubeat Eſai. lviii. 13,4.

quæ

τησα μονώτατος.] Iterum conjunguntur duæ interpretationes, quarum hæc Symmachi eſſe dicitur, quem tamen omnes, niſi fallor, ſcriptores ante mortem Juſtini verſionem ſuam non edidiſſe conſentiunt, illa LXX. interpretum eſt.

3. Θυμῷ.] Ita & codex Alexandrinus. Editiones LXX. interpretum θυμῷ μου.

6. Ἦλθεν.] Biblia ἐπῆλθεν.

9. Ἀντελάβετο.] Biblia ἀντελαμβάνετο.

Ib. Ἐρρύσατο ὁ βραχίων.] Biblia ἐρρύσατο αὐτοὺς ὁ βραχίων μου.

11. Ἐν τῇ ὀργῇ.] Biblia τῇ ὀργῇ, abſque præpoſitione.

20. Καὶ καλέσῃς.] In noſtris exemplaribus eſt καὶ καλέσεις: in Juſtiniano melius, καὶ καλέσῃς, quod anteceſſit ejuſdem modi verbum, ἀποστρέψῃς. Perionius.

21. Τοῦ Θεοῦ σου.] Biblia Romana τῷ Θεῷ, Complutenſia & Aldina & codex Alexandrinus τῷ Θεῷ σου.

21, 2, 3, 4. Οὐκ ἀρεῖς —— στόματός σου.] Biblia οὐκ ἀρεῖς τὸν πόδα σου ἐπ' ἔργῳ, οὐδὲ λαλήσεις λόγον ἐν ὀργῇ ἐκ τοῦ στόματός σου.

Ccc 6. Μέτι]

quæ & per Moſen juſſit, propter duritiam cordis veſtri, & ingratæ erga illum mentis vitium, ſemper eadem vociferari, ut vel hoc demum pacto aliquando reſipiſcentes illi
Pſ. cv. 37. complaceatis, ac neque liberos veſtros
Eſai. lvii. 5, 6. dæmonibus ſacrificetis, neque par-
Eſai. i. 23. ticipes ſitis furum, diligentes munera, & retributionem perſequentes, pupillis non judicantes, & judicio viduæ animum non animadverten-
Eſai. i. 15. tes; denique ut neque manus ſan-
Eſai. iii. 16. guine plenas habeatis. Etenim *Filiæ Sion extento ingreſſæ ſunt collo, & nutibus oculorum, ſimul ludentes, &*
Pſ. xiii. 2, 3. v. 11. cxxxix. 4. Eſai. lix. 7, 8. Rom. iii. 10—17. *tunicas trahentes.* Nam *Omnes*, ille clamabat, *declinaverunt, omnes certe inutiles facti ſunt: non eſt intelligens, non eſt uſque ad unum. Linguis ſuis doloſe egerunt: ſepulchrum patens guttur eorum, venenum aſpidum ſub lingua eorum. Contritio & calamitas in viis eorum, & viam pacis neſcierunt.* Proinde ſicuti principio hæc propter vitioſitates veſtras imperavit; ita propter perſeverantiam in illis, ſeu potius exaggerationem earum veſtram, per eadem vos ad recordationem & notionem ſui invitat. Vos autem duro corde, & inſipiens populus, & cæcus, & clau-
Deuter. xxxii. 20. dus, & filii eſtis quibus non eſt fides in ipſis, quemadmodum ipſe ait, la-
Eſai. xxix. 13. biis tantum illum honorantes, corde longe ab eo remoto; ac propriam veſtram,

ἃ καὶ διὰ Μωϋσέως ἐκέλευσε, διὰ τὸ σκληροκάρδιον ὑμῶν καὶ ἀχάριστον εἰς αὐτὸν ἀεὶ τὰ αὐτὰ βοᾷ, ἵνα κἂν οὕτως ποτὲ μετανοήσαντες εὐαρεστῆτε αὐτῷ, καὶ μήτε τὰ τέκνα ὑμῶν τοῖς δαιμονίοις θύητε, μήτε κοινωνοὶ κλεπτῶν, καὶ φιλοῦντες δῶρα, καὶ διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσει χήρας οὐ προσέχοντες, ἀλλ' οὐδὲ πλήρεις τὰς χεῖρας αἵματος. καὶ γὰρ αἱ θυγατέρες Σιὼν ἐπορεύθησαν ἐν ὑψηλῷ τραχήλῳ, καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν, ἅμα παίζουσαι, καὶ σύρουσαι τοὺς χιτῶνας. Καὶ Πάντες γὰρ ἐξέκλιναν, βοᾷ, πάντες ἄρα ἠχρειώθησαν· οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν, τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν. Ὥστε ὃν τρόπον τὴν ἀρχὴν διὰ τὰς κακίας ὑμῶν ταῦτα ἐντέταλτο, ὁμοίως διὰ τὴν ἐν τούτοις ὑπομονήν, μᾶλλον δὲ ἐπίτασιν, διὰ τῶν αὐτῶν εἰς ἀνάμνησιν αὐτοῦ καὶ γνῶσιν ὑμᾶς καλεῖ. ὑμεῖς δὲ λαὸς σκληροκάρδιος, καὶ 245
ἀσύνετος, καὶ τυφλός, καὶ χωλός, καὶ υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς, ὡς αὐτὸς λέγει, ἐστέ, τοῖς χείλεσιν αὐτὸν μόνον τιμῶντες, τῇ δὲ καρδίᾳ πόῤῥω αὐτοῦ ὄντες, ἰδίας διδασκαλίας, καὶ

6. Μήτε] F. μήτε ἦτε.

15. Πάντες ἄρα.] Ἄρα ſcriptum eſt pro ἅμα. PERIONIUS.

25. Ὑπομονὴν] Sylburgius legit ἐπιμονήν.

29, 30, 1. Τυφλὸς καὶ χωλὸς, καὶ υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς, ὡς αὐτὸς λέγει, ἐστέ.] Lege τυφλὸς καὶ κωφός. Infra p. 351, 2. —— δυσωπούμενοι ἀκούσαι ἑκάστοτε λέγοντος αὐτοῦ, Υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς, καὶ, Τίς τυφλὸς ἀλλ' ἢ οἱ παῖδές μου, καὶ κωφὸς ἀλλ' ἢ οἱ κυριεύοντες αὐτῶν; Quæ Eſaiæ verba ſunt XLII. 19. Ib ℣. 18. Οἱ κωφοὶ ἀκούσατε, καὶ οἱ τυφλοὶ ἀναβλέψατε ἰδεῖν. Ubi vero claudi a Deo dicantur, fruſtra, opinor, quæſiveris.

33 & ſeq. Ἰδίας διδασκαλίας, καὶ μὴ τὰ ἐκείνου, διδάσκοντες.] Facile eſſet reponere τὰς ἐκείνου. Sed fortaſſe nihil mutandum. Infra p. 267. —— τοῖς ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν, οἵτινες τὰ τοῦ Θεοῦ οὔτε νοῆσαι οὔτε ποιῆσαί ποτε βεβούλησθε, ἀλλὰ τὰ τῶν διδασκάλων ὑμῶν,

καὶ μὴ τὰ ἐκείνου, διδάσκοντες. ἐπεὶ εἴπατέ μοι, τοὺς ἀρχιερεῖς ἁμαρτάνειν, τοῖς σάββασι προσφέροντας τὰς προσφορὰς, ἐβούλετο ὁ Θεός; ἢ τοὺς περιτεμνομένους καὶ περιτέμνοντας τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, κελεύων τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ ἐκ παντὸς περιτέμνεσθαι τοὺς γεννηθέντας ὁμοίως κἂν ᾖ ἡμέρα τῶν σαββάτων; ἢ οὐκ ἠδύνατο πρὸ μιᾶς ἡμέρας, ἢ μετὰ μίαν ἡμέραν, τοῦ σαββάτου ἐνεργεῖν τοὺς γεννωμένους, εἰ ἠπίστατο κακὸν εἶναι ἐν τοῖς σάββασιν; ἢ καὶ τοὺς πρὸ Μωϋσέως καὶ Ἀβραὰμ ὠνομασμένους δικαίους καὶ ἀρεστοὺς αὐτῷ γενομένους, μήτε τὴν ἀκροβυστίαν περιτετμημένους, μήτε τὰ σάββατα φυλάξαντας, διατί οὐκ ἐδίδασκε ταῦτα ποιεῖν; Καὶ ὁ Τρύφων, Καὶ πρότερον ἀκηκόαμέν σου τοῦτο προβάλλοντος, καὶ ἐπεστήσαμεν· ἄξιον γὰρ, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, ἐπιστάσεως, καὶ ὅ μοι τοῖς πολλοῖς δοκεῖ λέγειν, ὅτι ἔδοξεν αὐτῷ. τοῦτο γάρ ἐστι πρόφασις ἀεὶ τοῖς μὴ δυναμένοις ἀποκρίνασθαι πρὸς τὸ ζητούμενον. Κἀγὼ, Ἐπειδὴ ἀπό τε τῶν γραφῶν καὶ τῶν πραγμάτων τάς τε ἀποδείξεις καὶ τὰς ὁμιλίας ποιοῦμαι, ἔλεγον, μὴ ὑπερτίθεσθε, μηδὲ διστάζετε πιστεῦσαι τῷ ἀπεριτμήτῳ ἐμοί.

veſtram, non illius, docentes doctrinam. Dicite enim mihi, Voluitne pontifices veſtros in ſabbatis oblati- Num. xxviii.9,10.
onibus offerendis peccare Deus? aut circumciſos & circumcidentes ſabbatorum die, jubens omnino die octavo recens genitos pariter circumcidi, quamvis in ſabbatum dies is incideret? Annon potuit uno ante, vel uno poſt, ſabbatum die, circumciſionis ſacrum in natis pueris peragi jubere, ſi malum eſſe hoc ſabbatis facere ſcivit? Aut eos qui Moſem & Abraam præceſſerunt juſtos, ſibique complacitos viros, neque præputia circumciſos, neque ſabbatorum obſervantes, quamobrem iſta exſequi non docuit?

Hic Trypho, Et anteà te hoc proponere audivimus, & inſiſtentes animadvertimus, inquit. Dignum enim eſt, ut vere dicam, animadverſione. Dicendum autem videtur, ut mea & multorum fert opinio, hoc ita illi placitum fuiſſe. Hic enim cauſarius prætextus eſt eorum, qui ad percontationem reſpondere nequeunt. Et ego, Ex ſcripturis, inquam, & ex rebus ipſis vobiſcum agens, argumenta & demonſtrationes affero. Ne moramini igitur longius, neque dubitate mihi fidem habere, homini licet irreſecto.

Breve

ὑμῶν, ὡς αὐτὸς ὁ Θεὸς βοᾷ. Eſ. xxix. 13. διδάσκοντες ἐντάλματα ἀνθρώπων καὶ διδασκαλίας.

20, 1, 2. Ἐπεστήσαμεν. ἐπιστάσεως.] V. Budæi Comment. p. 478, 9, 80.

22, 3. Καὶ ὅ μοι τοῖς πολλοῖς δοκεῖ λέγειν, ὅτι ἔδοξεν αὐτῷ.] Perionius legendum putat ὅ μοι, καὶ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ, λέγειν ὅτι ἔδοξεν ἐμαυτῷ, ut *ſententia hujus loci* hæc ſit, *Æquum eſt enim, ut vere dicam, in retentione quod mihi multiſque videtur, id mihi ipſi videri & placere dicere.* Neque melius Langus, cujus tamen verſionem religio mihi fuit mutare, ita lepidum nobis Judæum fingit, itáque feſtivum ſuæ pervicaciæ irriſorem. quod idem Perionius quoque facit. Sed neque Sylburgius nullas ſuas eſſe partes voluit in hac fabula. *Sententia* (inquit) *poſtulat* καί μοι, ὃ τοῖς πολλοῖς, δοκεῖ: *vel* καί μοι ὁμοῦ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ, *vel ſimile quid. niſi forte verior eſt hæc ſcriptura,* καὶ μὴ, ὃ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ, λέγειν ὅτι—. Quarum lectionum priores duæ, juxta atque Langi verſio, unde ductæ ſunt, menti Tryphonis contrariæ ſunt; poſtrema propius quidem ad ſententiam ejus accedit, ſed inconcinna & ſalebroſa & ne Græca quidem eſt. Omnino legendum καὶ εἰ μοί, ὃ τοῖς πολλοῖς, δοκεῖ λέγειν, ὅτι ἔδοξεν αὐτῷ· τοῦτο γὰρ &c.

29, 30. Μὴ ὑπερτίθεσθε μηδὲ διστάζετε.] Reſpicit verba Tryphonis, ℣. 20, 1, 2.

6, 7. Μὴ

Breve vobis hoc, ut ad nos accedatis, reſtat tempus. Si adventu ſuo Chriſtus præverterit, fruſtra pœnitentiam agetis, fruſtra flebitis; non

Hierem. iv. 3,4. enim exaudiet vos. *Novellate vobis novalia*, Hieremias ad populum vociferatus eſt, *& nolite ſerere ſuper ſpinas. Circumcidimini Domino, & recidite præputia cordium veſtrorum.* Itaque ne ſuper ſpinas ſeveritis, & locum aratro non exeultum, unde vobis fructus non ſit. Agnoſcite Chriſtum: & en vobis novale pulchrum, pulchrum & pingue, fuerit in cordibus veſtris. Etenim,

Hierem. ix. 25,6. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & viſitabo ſuper omnes qui circumciſi ſunt præputia ſua: ſuper Ægyptum, & ſuper Judam, & ſuper Edom, & ſuper filios Moab. Quia omnes gentes incircumciſæ, & cuncta domus Iſrael incircumciſa cordibus ſuis.* Videtis Deum circumciſionem iſtam in ſignum datam nolle. Neque enim Ægyptiis commoda eſt, neque filiis Moab, neque filiis Edom. At ſi quis Scytha ſit, aut Perſa, teneat autem Dei & Chriſti ejus notionem, & ſempiterna juſta ſervet, circumciſus eſt pulchra & utili circumciſione, & Deo charus eſt, & donis

βραχὺς ἔτος ὑμῖν περιλείπεται προσηλύσεως χρόνος· ἐὰν φθάσῃ ὁ Χριστὸς ἐλθεῖν, μάτην μετανοήσετε, μάτην κλαύσετε, οὐ γὰρ εἰσακούσεται ὑμῶν. Νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, Ἱερεμίας τῷ λαῷ κέκραγε, καὶ μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθας. περιτέμνετε τῷ Κυρίῳ, καὶ περιτέμνεσθε τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν. Μὴ οὖν εἰς ἀκάνθας σπείρετε, καὶ ἀνήροτον χωρίον, ὅθεν ὑμῖν καρπὸς οὐκ ἔστι. γνῶτε τὸν Χριστὸν, καὶ ἰδοὺ νειὸς καλὴ, καλὴ καὶ πίων, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Ἰδοὺ γὰρ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ ἐπισκέψομαι ἐπὶ πάντας περιτετμημένους ἀκροβυστίας αὐτῶν· ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ ἐπὶ Ἰούδαν, καὶ ἐπὶ Ἐδὼμ, καὶ ἐπὶ υἱοὺς Μωάβ· ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα, καὶ πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ ἀπερίτμητος καρδίας αὐτῶν. Ὁρᾶτε ὡς οὐ ταύτην τὴν περιτομὴν, τὴν εἰς σημεῖον δοθεῖσαν, ὁ Θεὸς θέλει: οὐδὲ γὰρ Αἰγυπτίοις χρήσιμος, οὐδὲ τοῖς υἱοῖς Μωάβ, οὐδὲ τοῖς υἱοῖς Ἐδώμ· ἀλλὰ κἂν Σκύθης 246
ᾖ τις, ἢ Πέρσης, ἔχει δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ φυλάσσει τὰ αἰώνια δίκαια, περιτέτμηται τὴν καλὴν καὶ ὠφέλιμον περιτομὴν, καὶ φίλος ἐστὶ τῷ Θεῷ· καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις

6,7. Μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθας.] Biblia μὴ σπείρητε ἐπ' ἀκάνθαις.

7,8. Περιτέμνετε τῷ Κυρίῳ] Fortaſſe legendum περιτέμνεσθε, vel cum LXX. περιτμήθητε.

Ib. Τῷ Κυρίῳ.] Biblia τῷ Θεῷ ὑμῶν.

8. Περιτέμνεσθε.] F. leg. περιτέμεσθε cum LXX.

8,9. Τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν.] Ita etiam ſcriptor Conſt. Apoſt. VI. 14 Orig. in Hierem. p. 85. Tertullianus, Cyprianus, aliique. Biblia τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν.

11. Καρπὸς οὐκ ἔστι.] F. ἔσται. Sed nihil muto. Quam facile tamen eſſet magna pompa & oſtentatione declamatoria probare Juſtinum ita ſcribere debuiſſe, ideoque ſcripſiſſe.

17. Ἰούδαν.] Ita etiam Theodoritus, & biblia Complutenſia, & Hebraica Biblia Romana & codex Alexandrinus Ἰδυμαίαν.

18. Καὶ ἐπὶ υἱοὺς Μωάβ.] Biblia καὶ ἐπὶ υἱοὺς Ἀμμὼν, καὶ ἐπὶ υἱοὺς Μωὰβ, καὶ ἐπὶ πάντα περικειρόμενον τὰ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ ἐρήμῳ.

19. Ἀπερίτμητα.] Edd. LXX. interpretum ἀπερίτμητα σαρκὶ, fortaſſe mendoſe. Illud enim σαρκὶ non potuit non ſtatim addi propter id quod ſequitur, καὶ πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ ἀπερίτμητος καρδίας αὐτῶν.

20. Ἀπερίτμητος.] Edd. LXX. interpretum ἀπερίτμητοι. Codex Alexandrinus ut Juſtinus.

3,4. Καὶ

δωρεαῖς αὐτοῦ καὶ ταῖς προσφοραῖς χαίρει. παρέξω δὲ ὑμῖν, ἄνδρες φίλοι, καὶ αὐτουργήματα τοῦ Θεοῦ, ὁπότε πρὸς τὸν λαὸν εἶπε διὰ Μαλαχίου, ἑνὸς τῶν δώδεκα προφητῶν. ἔστι δὲ ταῦτα, Οὐκ ἔστι θέλημά μου ἐν ὑμῖν, λέγει Κύριος, καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν οὐ προσδέχομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· διότι ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυσία προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά· ὅτι τιμᾶται τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει Κύριος, ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό. Καὶ διὰ τοῦ Δαβὶδ ἔφη, Λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέ μοι· εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου. Δοξάσωμεν τὸν Θεὸν ἅμα τὰ ἔθνη συνελθόντα, ὅτι καὶ ἡμᾶς ἐπεσκέψατο· δοξάσωμεν αὐτὸν διὰ τοῦ βασιλέως τῆς δόξης, διὰ τοῦ Κυρίου τῶν δυνάμεων· εὐδόκησε γὰρ καὶ εἰς τὰ ἔθνη, καὶ τὰς θυσίας ἥδιον παρ' ἡμῶν ἢ παρ' ὑμῶν λαμβάνει. τίς οὖν ἔτι μοι περιτομῆς λόγος, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μαρτυρηθέντι; τίς

donis ejus atque oblationibus ille gaudet. Proferam autem vobis; o viri amici, verba Dei ipſius, quæ ad populum locutus eſt per Malachiam, unum duodecim prophetarum. Sunt autem hæc: *Non eſt* Mal. i. 10, 1, 2.
mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, & ſacrificia veſtra non ſuſcipio ex manibus veſtris: propterea quod ab ortu ſolis uſque ad occaſum nomen meum glorificatum eſt in gentibus, & in omni loco ſacrificium offertur nomini meo, & ſacrificium purum. Quia honorificatur nomen meum in gentibus, dicit Dominus: vos autem profanatis illud. Et per Davidem inquit,
Populus quem non cognovi, ſervivit Pſ. xvii. 45.
mihi; in auditu auris obedivit mihi. Glorificemus Deum una congregatæ gentes, quod & nos viſitavit. Glorificemus eum per regem gloriæ, per Dominum virtutum; propenſa enim eſt bona voluntas ejus in ipſas quoq; gentes, & libentius a nobis ſacrificia accipit, quam a vobis. Quiſnam igitur mihi eſt circumciſionis reſpectus, teſtimonium a Deo habenti? Quis

3, 4. Καὶ αὐτουργήματα τοῦ Θεοῦ, ὁπότε πρὸς τὸν λαὸν εἶπε διὰ Μαλαχίου.] Lege καὶ αὐτοῦ (aut, ſi id magis placeat, αὐτὰ) ῥήματα τοῦ Θεοῦ, ἅ ποτε &c. Quid enim hic ſignificare poteſt αὐτούργημα, verbum quod fortaſſe nuſquam alibi reperies, verum hoc & parvi refert, & incertum eſt (nam memoriæ neque res hujuſmodi commendo, neque in iis quas commendo magnopere confido, ut ultra lexica nihil hic ſapiam, quod fateri non pudet; diſſimulare, quod tamen magni critici facere ſolent, valde puderet) ſed, ut dixi quam ſignificationem hic habere poteſt hoc verbum? Docebunt id nos, opinor, interpretes; quos adeamus. Perionius itaque hunc locum ſic vertit: *Proferam etiam vobis, o amici, Dei opera & facta, cum Malachias, duodecim prophetarum unus, eum ad populum loquentem fecit his verbis.* Ita ille, ſenſu, ut vides, nullo. Langus propius ad vera Juſtini verba acceſſit, licet inſciens id fecerit. Ita enim vertit: *Proferam vobis quæ ipſe ſuo protulit ore, verba Dei* (αὐτουργήματα Θεοῦ) *cum ad populum locutus eſt per Malachiam.* Nimirum quoniam didicerat αὐτουργίαν opus eſſe quod per ſe quis facit, & nulli operi aut labori locus hic erat præter locutionem, αὐτουργήματα τοῦ Θεοῦ exiſtimabat ſignificare, *verba Dei quæ ipſe ſuo protulit ore.* Quod ſi dimidiam partem laboris, quem in extrahendo ſenſu ex lectione corrupta conſumpſit, in vera lectione inveſtigaoda impendiſſet, non potuiſſet noo videre duo verba, αὐτοῦ ῥήματα, in unum fortaſſe novum, certe hic abſurdum coaluiſſe.

6, 7, 8. Οὐκ—ὑμῶν.] Biblia οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν ὑμῖν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ θυσίαν.

8. Προσδέχομαι.] Legendum προσδέξομαι; quemadmodum eſt apud LXX. & ipſum Juſtinum infra bis, p. 260. & 344.

9. Ἀνατολῆς.] Biblia ἀνατολῶν.

10. Ἕως.] Biblia Romana καὶ ἕως.

12. Θυσία προσφέρεται.] Biblia θυμίαμα προσάγεται. Juſtious p. 260. θυμίαμα προσφέρεται.

13. Ὅτι.] Biblia διότι.

13, 4. Τιμᾶται τὸ ὄνομά μου.] Biblia & Juſtinus p. 260. μέγα τὸ ὄνομά μου.

14, 5. Κύριος.] Biblia Κύριος παντοκράτωρ.

Quis baptiſmi illius uſus, Spiritu Sancto baptizato? Hæc ſic commemorans me etiam eos perſuaſione in ſententiam noſtram adducturum opinor, qui exigua ſunt præditi mente. Non enim a me compoſita ſunt verba iſta, neque arte humana exornata: verum ea David ad pſalterium ſuum cecinit, Eſaias læto annunciavit nuncio, Zacharias præconio ſuo promulgavit, Moſes deſcripſit. Agnoſciſne illa, Trypho? In veſtris repoſita ſunt literis, immo in noſtris potius quam veſtris literis. nos enim illis credimus & obſequimur: vos autem dum legitis, mentem & ſenſum earum non aſſequimini. Ne ergo graves vos exhibueritis, neque per convicium nobis corporis exprobraveritis præputium, quod ipſe Deus formavit; neque quod calidis utimur alimentis ſabbatorum diebus, dirum exiſtimaveritis: quandoquidem & Deus eandem hocce die pariter atque aliis omnibus

τίς ἐκείνου τοῦ βαπτίσματος χρεία, ἁγίῳ πνεύματι βεβαπτισμένῳ; ταῦτα οἶμαι λέγων πείσειν καὶ τοὺς βραχὺν νοῦν κεκτημένους. οὐ γὰρ ὑπ' ἐμοῦ συνεσκευασμένοι εἰσὶν οἱ λόγοι, οὐδὲ τέχνῃ ἀνθρωπίνῃ κεκαλλωπισμένοι, ἀλλὰ τούτους Δαβὶδ μὲν ἔψαλλεν, Ἡσαΐας δὲ εὐηγγελίζετο, Ζαχαρίας δὲ ἐκήρυξε, Μωϋσῆς δὲ ἀνέγραψεν. ἐπιγινώσκεις αὐτούς, Τρύφων; ἐν τοῖς ὑμετέροις ἀπόκεινται γράμμασι, μᾶλλον δὲ οὐχ ὑμετέροις, ἀλλ' ἡμετέροις· ἡμεῖς γὰρ αὐτοῖς πειθόμεθα, ὑμεῖς δὲ ἀναγινώσκοντες οὐ νοεῖτε τὸν ἐν αὐτοῖς νοῦν. μὴ οὖν ἄχθεσθε, μηδὲ ὀνειδίζετε ἡμῖν τὴν τοῦ σώματος ἀκροβυστίαν, ἣν αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔπλασε, μηδὲ ὅτι θερμὸν πίνομεν ἐν τοῖς σάββασι, δεινὸν ἡγεῖσθε· ἐπειδὴ καὶ ὁ Θεὸς τὴν αὐτὴν διοίκησιν τοῦ κόσμου ὁμοίως καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ

8. Ζαχαρίας.] Langus, *Malachias.*

18, 9. Μηδὲ ὅτι θερμὸν πίνομεν ἐν τοῖς σάββασι, δεινὸν ἡγεῖσθε.] Ignatius Epiſt longior. ad Magneſ. §. IX. Ἕκαστος ὑμῶν σαββατιζέτω πνευματικῶς, μελέτῃ νόμου χαίρων, οὐ σώματος ἀνέσει· δημιουργίαν Θεοῦ θαυμάζων, οὐκ ἕωλα ἐσθίων, καὶ ΧΛΙΑΡΑ ΠΙΝΩΝ, καὶ μεμετρημένα βαδίζων, καὶ ὀρχήσει καὶ κρότοις νοῦν οὐκ ἔχουσι χαίρων. Hunc Juſtino contradicere affirmat vir doctiſſimus Dionyſius Petavius Animadv. in Epiph. p. 336. in qoo vehementer errat. Aliud enim eſt θερμὸν πίνειν, aliud χλιαρὸν, quamvis θερμὸς & χλιαρὸς, *calidus* & *tepidus*, confundi aliquando videantur: quod etiam ipſum multo rarius fit quam vulgo exiſtimari video. Arrianus Epictet. I. 13. Ὅταν δὲ θερμὸν αἰτήσαντός σου μὴ ὑπακούσῃ ὁ παῖς, ἢ ὑπακούσας χλιαρώτερον ἐνέγκῃ, —— τὸ μὴ χαλεπαίνειν —— οὐκ ἔστιν ἀρεστὸν τοῖς θεοῖς; Quod hic apud Arrianum ſervi incuria facere ponitur, id Judæis accidit ex obſervatione legis Moſaicæ, aut potius inſtitutorum majorum ſuorum, qui hoc ſepimento legem de igne ſabbato non accendendo vallarant, ut non liceret aquam pridie ſabbati calefactam in ſabbatum ſubditis ignibus, ſaltem niſi qui aut cinere conſperſi fuerant, aut ſua ſponte ſtatim erant in cinerem abituri, reſervare, aut alio quovis modo ita recondere ut calor aquæ augeri poſſet. Miſere tamen cupiebant *thermopotare gutturem*, & ſummam operam dabant ut ne illis deliciis careret luxus ſabbaticus. Hinc varia vaſa excogitata in quibus calefacta pridie ſabbati aqus, ſublato igne veſperi, quam potuit maxime calida in ſabbatum ſervaretur. Quale erat quod מוליאר appellabant, cujus mentio fit in Miſna tit. de ſabbato, III. 4. Memoratur ibidem aliud quoque vas אנטיכי dictum, in eundem finem, ut videtur, inventum, ſed prohibitum, quod, uti nos docent magiſtri Judæorum, everſis licet abſterſiſque ignibus, nimium tamen calorem retineret, quantus ſcilicet augendo aquæ calori ſufficeret, ita ut ſabbato calcfieret, quod non erat licitum. Atrocem itaque rem putabant Judæi aquam calidam ſabbato bibere, non autem omnem, ſed eam duntaxat quæ ſabbato calefacta fuerat: ſiqua vero pridie ſabbati calfacta in diem craſtinum ſervari calida poſſet, ea uti nihil vetabat. Cum autem efficere non potuerint, ut calda per integram noctem & dimidiam partem diei ſervata non tepeſceret, pro calida tepidam bibere coacti ſunt. Vides jam & quid velit Juſtinus, & ſatis convenire inter eum & Ignatium.

19 & ſeqq. Ἐπειδὴ καὶ ὁ Θεὸς τὴν αὐτὴν διοίκησιν τοῦ κόσμου ὁμοίως καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ πεποίηται] καθάπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις.] Supra dictum eſt elementa non ἀργεῖν, id eſt ceſſare, feriari. Et Domini Chriſti verbom eſt: Pater meus ad hoc uſque tempus operatur, & ego operor. Joan. quioto. Requievit Deos a condendis generibus creaturæ,

πεποίηται) καθάπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς τὰς προσφορὰς καθὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις καὶ ἐν ταύτῃ κεκελευσμένοι ἦσαν ποιεῖσθαι, καὶ οἱ τοσοῦτοι δίκαιοι
147 μηδὲν τούτων τῶν νομίμων πράξαντες μεμαρτύρηνται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ. ἀλλὰ τῇ αὐτῶν κακίᾳ ἐγκαλεῖτε, ὅτι καὶ συκοφαντεῖσθαι δυνατός ἐστιν ὁ Θεὸς ὑπὸ τῶν νοῦν μὴ ἐχόντων, ὡς τὰ αὐτὰ δίκαια μὴ πάντας ἀεὶ διδάξας. πολλοῖς γὰρ ἀνθρώποις ἄλογα καὶ οὐκ ἄξια Θεοῦ τὰ τοιαῦτα διδάγματα ἔδοξεν εἶναι, μὴ λαβοῦσι χάριν τοῦ γνῶναι ὅτι τὸν λαὸν ὑμῶν πονηρευόμενον, καὶ ἐν νόσῳ ψυχικῇ ὑπάρχοντα, εἰς ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν τοῦ πατρὸς κέκληκε, καὶ αἰώνιός ἐστι μετὰ τὸν Μωϋσέως θάνατον προελθοῦσα ἡ προφητεία. καὶ διὰ τοῦ ψαλμοῦ τούτου εἴρηται, ὦ ἄνδρες, καὶ ὅτι γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον ὁμολογοῦμεν αὐτὰ οἱ σοφισθέντες ἀπ' αὐτῶν, ἐκ τοῦ καὶ μέχρι θανάτου ἀνεξαρνήτους ἡμᾶς γίνεσθαι τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ φαίνεται. ὅτι δὲ καὶ αἰτοῦμεν αὐτὸν οἱ πιστεύοντες ἐπ' αὐτόν, ἵνα ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων, τουτέστιν ἀπὸ τῶν πονηρῶν καὶ πλάνων πνευμάτων, συντηρήσῃ ἡμᾶς, ἀπὸ προσώπου ἑνὸς τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων σχηματοποιήσας ὁ λόγος τῆς προφη-

omnibus, mundi inſtituit adminiſtrationem, & pontifices ſicuti reliquis Num. xxviii. 9, 10.
diebus ita & iſto oblationibus offerendis operari juſſi ſunt, & tanto numero juſti, cum nihil rerum harum lege ſancitarum præſtiterint, teſtimonium a Deo retulerunt. Sed & veſtræ ipſorum malitiæ adſcribite quod calumniis Deus expeti ab eis poſſit quibus mens non eſt, quaſi ille non eadem univerſos jura ſemper docuerit. Permultis namque mortalibus irrationabilia & Deo indigna viſa ſunt ejuſcemodi inſtituta, qui non acceperunt gratiam ut cognoſcerent quod populum veſtrum malitioſe agentem, & animi morbo laborantem, ad converſionem & pœnitentiam (& cognitionem) Patris vocaverint. Et quod æterna ſit, quæ a Moſæ morte progreſſa eſt prophetia per Pſalmum hoc, o viri, dictum eſt. Et quod dulciora ſuper mel & favum dogmata ea eſſe fateamur, qui ab illis ſapientes facti ſumus, ex eo quod ad mortem uſque nomen ipſius non abnegemus, ſatis apparet. Quod autem ipſum etiam, qui in eum credimus, oramus ut nos ab alienis, hoc eſt a malignis & impoſtoribus ſpiritibus, conſervet, ut ex perſona unius in illum credentium prophetiæ verbum figurate

creaturæ, quia ultra jam non condidit aliqua genera nova. Deinceps autem ad hoc uſque tempus & ulterius operatur eorundem generum adminiſtrationem, quæ tunc inſtituta ſunt, non ut ipſo ſaltem die ſeptimo potentia ejus a cœli & terræ omniomque rerum quas condiderat gubernatione ceſſaret, alioqui continuo dilaberentur. Auguſtin. de Gen. ad lit. lib. 4. cap. 12. Langus.

17,8. Εἰς ἐπιστροφήν.] Pſ. xviii. 7. Ὁ νόμος τοῦ Κυρίου ἄμωμος, ἐπιστρέφων ψυχάς.

18. Μετάνοιαν τοῦ πατρός.] Langus vertit, *pœnitentiam (& cognitionem) Patris*, quaſi additum vellet καὶ ἐπίγνωσιν. Fortaſſe etiam legi poſſit μετάνοιαν τῷ πατρός, vel τὸ πατρός. quarum tamen lectionum neutra valde placet. Fortaſſe non longe hinc deſunt nonnulla, inque iis Pſalmus xviii.

22, 3. Γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον.] Pſ. xviii. 11.

23,4. Οἱ σοφισθέντες ἀπ' αὐτῶν.] Pſ. xviii. 8. ἡ μαρτυρία Κυρίου πιστή, σοφίζουσα νήπια.

28 & ſeqq. Ἵνα ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων &c.] Pſ. xviii. 14. καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου.

1. Λέγει.]

figurate conformatum dicit, omnibus eſt manifeſtum. Nam a dæmoniis, quæ ſunt a cultu Dei aliena, & quæ olim adoravimus, Deum nunquam non, ut nos per Jeſum Chriſtum cuſtodiamur, imploramus: quo, poſtquam per illum ad Deum ſumus converſi, inculpabiles ſimus. Opitulatorem namque ipſum & redemptorem nominamus; cujus etiam nominis potentiam dæmones tremunt: & hodie quoque per nomen Jeſu Chriſti crucifixi ſub Pontio Pilato, qui Judææ procuratorem egit, adjurati, nobis parent: ut inde etiam omnibus pateat, Patrem ei tantam dediſſe poteſtatem ut & dæmonia nomini ipſius & paſſionis ejus obitæ functioni ſubjecta ſint. Sin paſſionis ejus obitæ provinciam tantam conſecutam eſſe, atque etiam nunc conſequi, vim & potentiam oſtenditur; quanta tandem ea futura eſt in glorioſo ipſius adventu? Nam tanquam filius hominis ſuper nubibus veniet, quemadmodum Daniel indicavit, una cum eo angelis advenientibus. Sunt autem hæc verba Danielis: *Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum conſedit. Veſtimentum ejus candidum quaſi nix, & cæſaries capitis ejus tanquam lana pura. Thronus ejus quaſi flamma ignis: rotæ ejus ignis accenſus. Fluvius*

Dan. vii. 9—18.

προφητείας λέγει, πᾶσι φανερόν ἐστιν. ἀπὸ γὰρ τῶν δαιμονίων ἅ ἐστιν ἀλλότρια τῆς θεοσεβείας τοῦ Θεοῦ, οἷς πάλαι προσεκυνοῦμεν, τὸν Θεὸν ἀεὶ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ συντηρηθῆναι παρακαλοῦμεν, ἵνα μετὰ τὸ ἐπιστρέψαι πρὸς Θεὸν δι᾽ αὐτοῦ, ἄμωμοι ὦμεν. βοηθὸν γὰρ ἐκεῖνον καὶ λυτρωτὴν καλοῦμεν, οὗ καὶ τὴν τοῦ ὀνόματος ἰσχὺν καὶ τὰ δαιμόνια τρέμει, καὶ σήμερον ἐξορκιζόμενα κατὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, τοῦ γενομένου ἐπιτρόπου τῆς Ἰουδαίας, ὑποτάσσεται· ὡς καὶ ἐκ τούτου πᾶσι φανερὸν εἶναι ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ τοσαύτην ἔδωκεν αὐτῷ δύναμιν, ὥστε καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεσθαι τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ τῇ τοῦ γενομένου πάθους αὐτοῦ οἰκονομίᾳ. εἰ δὲ τῇ τοῦ πάθους αὐτοῦ οἰκονομίᾳ τοσαύτη δύναμις δείκνυται παρακολουθήσασα καὶ παρακολουθοῦσα, πόση ἡ ἐν τῇ ἐνδόξῳ γινομένῃ αὐτοῦ παρουσίᾳ; ὡς υἱὸς γὰρ ἀνθρώπου ἐπάνω νεφελῶν ἐλεύσεται, ὡς Δανιὴλ ἐμήνυσεν, ἀγγέλων σὺν αὐτῷ ἀφικνουμένων. εἰσὶ δὲ οἱ λόγοι οὗτοι, Ἐθεώρουν ἕως ὅτου θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ ὁ παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο, ἔχων περιβολὴν ὡσεὶ χιόνα λευκὴν, καὶ τὸ τρίχωμα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρόν. ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡσεὶ φλὸξ πυρός· οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον· 248 ποταμὸς

1. Λέγει.] Poſt λέγει deſideratur καὶ, vel alia particula ſimilis. Interpres, ut cohæreat periodus, ante ἀπὸ προσώπου interſerit particulam ὡς, *ut, ſicut*. Sylburgius.

6, 7. Ἵνα μετὰ τὸ ἐπιστρέψαι πρὸς Θεὸν δι᾽ αὐτοῦ ἄμωμοι ὦμεν.] Pſ. xviii. 8. Ὁ νόμος τοῦ Κυρίου ἄμωμος, ἐπιστρέφων ψυχάς. Ib. com. 14. Τότε ἄμωμος ἔσομαι, καὶ καθαρισθήσομαι ἀπὸ ἁμαρτίας μεγάλης.

8, 9. Βοηθὸν γὰρ ἐκεῖνον καὶ λυτρωτὴν καλοῦμεν.] Pſ. xviii. 15. Κύριε βοηθέ μου καὶ λυτρωτά μου.

29, 30. Ἔχων περιβολὴν ὡσεὶ χιόνα λευκήν.] Langus, *habens operimentum veluti candidam nivem*, ridicule. Biblia τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών.

30. Τὸ τρίχωμα.] Biblia ἡ θρίξ.

32, 3. Ὡσεὶ φλὸξ πυρός.] Biblia non habent ὡσεί.

1, 2. Ποῖαμ-

ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν ἐκπορευόμενος ἐκ προσώπου αὐτοῦ. χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. βίβλοι ἀνεῴχθησαν, καὶ κριτήριον ἐκάθισεν. ἐθεώρουν τότε τὴν φωνὴν τῶν μεγάλων λόγων ὧν τὸ κέρας λαλεῖ, καὶ ἀπετυμπανίσθη τὸ θηρίον, καὶ ἀπώλετο τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ ἐδόθη εἰς καῦσιν πυρός. καὶ τὰ λοιπὰ θηρία μετεστάθη τῆς ἀρχῆς αὐτῶν, καὶ χρόνος ζωῆς τοῖς θηρίοις ἐδόθη ἕως καιροῦ καὶ χρόνου. ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος, καὶ ἦλθεν ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν, καὶ παρῆν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ οἱ παρεστηκότες προσήγαγον αὐτόν. καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία, καὶ τιμὴ βασιλικὴ, καὶ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς κατὰ γένη, καὶ πᾶσα δόξα λατρεύουσα. καὶ ἡ ἐξουσία

Fluvius ignis volvebatur profluens a facie ejus. Millies mille miniſtrabant ei, & decem millies decem millia aſſiſtebant ei. Libri aperti ſunt, & judicium conſedit. Aſpiciebam ſuper vocem ſermonum grandium, quos cornu loquebatur. & diſtenta eſt beſtia, & interiit corpus ejus, & datum eſt in combuſtionem ignis. Et a reliquis etiam beſtiis translatus eſt principatus earum, & tempus vitæ beſtiis conceſſum uſque ad certum diem & tempus. Aſpiciebam in viſione noctis: & ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniens; & uſque ad antiquum dierum pervenit, & aderat in conſpectu ejus, & qui aſſiſtebant adduxerunt eum. Et data ei eſt poteſtas & dignitas regia, & gentes terræ per genera ſua omnes, & omnis gloria ſerviens. Et poteſtas

1, 2. Εἷλκεν ἐκπορευόμενος ἐκ προσώπου αὐτοῦ.] Biblia Romana εἷλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Aldina & Complutenſia εἷλκεν ἐκπορευόμενος ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Codex quoque Alexandrinus habet ἐκπορευόμενος.

5, 6, 7. Ἐθεώρουν τότε τὴν φωνὴν τῶν μεγάλων λόγων ὧν τὸ κέρας λαλεῖ.] Biblia ἐθεώρουν τότε ἀπὸ φωνῆς τῶν λόγων τῶν μεγάλων ὧν τὸ κέρας ἐκεῖνο ἐλάλει.

7. Καὶ ἀπετυμπανίσθη.] Biblia ἕως ἀνῃρέθη.

8, 9. Καὶ ἀπώλετο τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ ἐδόθη εἰς καῦσιν πυρός.] Biblia καὶ ἀπώλετο, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐδόθη εἰς καῦσιν πυρός. Prior interpretatio verior eſt: utra LXX. interpretum ſit, difficilius eſt dicere; cum & fieri vix potuerit quin prior ſtatim in poſteriorem mutaretur, & contra hi LXX. quicunque fuerint, non ita religioſi interpretes fuerint ut quæcunque cæteris verior verſio ſit ea continuo illorum habenda ſit, & ex unius ſcriptoris auctoritate, quique tam ſæpe in eo ipſo loco ab ea interpretatione diſcedat, contra omnes codices ſententiam ferre dementiſſimæ temeritatis eſſe videatur.

9, 10, 1. Τὰ λοιπὰ θηρία μετεστάθη τῆς ἀρχῆς αὐτῶν.] Biblia τῶν λοιπῶν θηρίων μετεστάθη ἡ ἀρχή.

11, 2. Χρόνος ζωῆς τοῖς θηρίοις ἐδόθη.] Biblia μακρότης ζωῆς ἐδόθη αὐτοῖς.

12. Ἕως καιροῦ καὶ χρόνου.] Biblia Romana ἕως καιροῦ καὶ καιροῦ, Complutenſia & Aldina ἕως χρόνου καὶ καιροῦ.

15, 6. Ἦλθεν ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν.] Biblia ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε.

16, 7. Καὶ παρῆν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ οἱ παρεστηκότες προσήγαγον αὐτόν.] Verba Chaldaica ſunt, וקדמוהי הקרבוהי. Unde vides duas verſiones iterum coaluiſſe. Eodem infecta erant vitio vetera biblia Latina. Tertullianus enim adv. Marc. iv. 7. hunc locum ſic citat: *& aderat in conſpectu ejus, & qui aſſiſtebant adduxerunt illum.* Cyprianus adv. Jud. ii. 26. *& ſtetit in conſpectu ejus, & qui aſſiſtebant ei obtulerunt eum.* Firmicus De errore prof. rel. p. 453. *Et ſtetit in conſpectu ejus, & qui aſſiſtebant obtulerunt eum.* Rom. ed. LXX. interpretum καὶ προσηνέχθη αὐτῷ. Complut. καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ προσηνέχθη. Codex Alexandrinus, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ προσήγαγον αὐτόν.

17, 8, 9, 20. Καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία, καὶ τιμὴ βασιλικὴ, καὶ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς κατὰ γένη, καὶ πᾶσα δόξα λατρεύουσα.] Biblia καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία, καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι αὐτῷ δουλεύσουσι, quæ vera eſt verſio. Sed conſentiunt iterum cum Juſtino Latini. Tertull. adv. Jud. c. XIV. *Et data eſt ei poteſtas regia, & omnes nationes terræ ſecundum genus, & omnis gloria ſervient illi.* Ubi pro *ſervient* legendum videtur *ſerviens*. Idem adv. Marc. iii. 7. *Et data eſt ei poteſtas regia, & omnes nationes terræ ſecundum genera, & omnis gloria FAMULABUNDA.* Idem IV. adv. Marc. c. 39. p. 569. *Et gloria omnis SERVIENS illi.* Cyprianus, *Et data eſt ei poteſtas regia, & omnes reges terræ per genus, & omnis claritas ſerviens ei.* Firmicus, *Et data eſt ei poteſtas regia, & omnes reges terræ, & regnum, & omnis claritas ſervivit ei.*

poteſtas ejus, poteſtas æterna, quæ non auferetur: & regnum ejus non interibit. Et inhorruit ſpiritus meus in habitudine mea, & viſiones capitis mei turbarunt me. Et acceſſi ad unum ex aſſiſtentibus, & veritatem inquiſivi ab eo de hiſce omnibus. Reſpondens autem ille dixit, & judicium ſermonum declaravit mihi: Hæ beſtiæ magnæ quatuor ſunt regna, quæ diſperibunt a terra, & non ſuſcipient regnum uſque in ſeculum & uſque in ſeculum ſeculorum. Tunc accurate exquirere volui de quarta beſtia, corrumpente omnia, & terribili admodum (cujus dentes ferrei, & ungues ærei) vorante & comminuente, & reliquias ſuas pedibus conculcante. Et de decem cornibus ejus in capite, & de uno quod ſuccrevit, per quod ex prioribus tria protruſa ſunt. Et cornu illud habebat oculos, & os loquens grandia: & aſpectus ejus excellebat alia. Et animadvertebam cornu illud bellum movere in ſanctos, & fundere eos, quoad venit antiquus dierum,

ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ μὴ ἀρθῇ· καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ μὴ φθαρῇ. καὶ ἔφριξε τὸ πνεῦμά μου ἐν τῇ ἕξει μου, καὶ αἱ ὁράσεις τῆς κεφαλῆς μου ἐτάραττόν με. καὶ προσῆλθον πρὸς ἕνα τῶν ἑστώτων, καὶ τὴν ἀκρίβειαν ἐζήτουν παρ᾽ αὐτοῦ ὑπὲρ πάντων τούτων. ἀποκριθεὶς δὲ λέγει μοι, καὶ τὴν κρίσιν τῶν λόγων ἐδήλωσέ μοι. Ταῦτα τὰ θηρία τὰ μεγάλα εἰσὶ τέσσαρες βασιλεῖαι, αἳ ἀπολοῦνται ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ οὐ παραλήψονται τὴν βασιλείαν ἕως αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων. τότε ἤθελον ἐξακριβώσασθαι ὑπὲρ τοῦ τετάρτου θηρίου, τοῦ καταφθείροντος πάντα, καὶ ὑπερφόβου, καὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ σιδηροῖ, καὶ οἱ ὄνυχες αὐτοῦ χαλκοῖ, ἐσθίον καὶ λεπτῦνον, καὶ τὰ ἐπίλοιπα αὐτοῦ τοῖς ποσὶ καταπατεῖ· καὶ περὶ τῶν δέκα κεράτων αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς τοῦ προσφυέντος, καὶ ἐξέπεσον ἐκ τῶν προτέρων δι᾽ αὐτοῦ τρία, καὶ τὸ κέρας ἐκεῖνο εἶχεν ὀφθαλμοὺς, καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα, καὶ ἡ πρόσοψις αὐτοῦ ὑπερέφερε τὰ ἄλλα· καὶ κατενόουν τὸ κέρας ἐκεῖνο πόλεμον συνιστάμενον πρὸς τοὺς ἁγίους, καὶ τροπούμενον αὐτοὺς, ἕως τοῦ ἐλθεῖν τὸν παλαιὸν ἡμερῶν,

1, 2, 3. Οὐ μὴ ἀρθῇ—οὐ μὴ φθαρῇ.] Biblia οὐ παρελεύσεται—οὐ διαφθαρήσεται.

7, 8. Ὑπὲρ πάντων τούτων.] Biblia Romana & Complutenſia & codex Alexandrinus μαθεῖν περὶ πάντων τούτων. Aldina non habent μαθεῖν. quod neque Chaldaica agnoſcunt.

8, 9. Ἀποκριθεὶς—ἐδήλωσέ μοι.] Biblia καὶ εἶπέ μοι τὴν ἀκρίβειαν, καὶ τὴν σύγκρισιν τῶν λόγων ἐγνώρισέ μοι.

10. Τὰ μεγάλα.] Biblia Romana τὰ τέσσαρα: Complutenſia & Aldina & codex Alexandrinus τὰ μεγάλα τὰ τέσσαρα.

10, 1, 2, 3, 4. Εἰσὶ τέσσαρες βασιλεῖαι, αἳ ἀπολοῦνται ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ οὐ παραλήψονται τὴν βασιλείαν.] Biblia τέσσαρες βασιλεῖαι ἀναστήσονται ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ (cod. Alex. & ed. Compl. αἳ) ἀρθήσονται, καὶ παραλήψονται τὴν βασιλείαν ἅγιοι ὑψίστου, καὶ καθέξουσιν αὐτήν.

14, 5, 6. Τότε ἤθελον ἐξακριβώσασθαι ὑπὲρ τοῦ τετάρτου θηρίου τοῦ καταφθείροντος πάντα καὶ ὑπερφόβου.] Biblia Καὶ ἐζήτουν ἀκριβῶς περὶ τοῦ θηρίου τοῦ τετάρτου, ὅτι ἦν διαφέρον παρὰ πᾶν θηρίον, φοβερὸν [illegible].

19. Τὰ ἐπίλοιπα αὐτοῦ τοῖς ποσί.] Biblia τὰ ἐπίλοιπα τοῖς ποσὶν αὐτοῦ.

20—26. Καὶ περὶ τῶν δέκα κεράτων αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς τοῦ προσφυέντος, καὶ ἐξέπεσον ἐκ τῶν προτέρων δι᾽ αὐτοῦ τρία, καὶ τὸ κέρας ἐκεῖνο εἶχεν ὀφθαλμοὺς καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα, καὶ ἡ πρόσοψις αὐτοῦ ὑπερέφερε τὰ ἄλλα.] LXX. Καὶ περὶ τῶν κεράτων αὐτοῦ τῶν δέκα τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἑτέρου τοῦ ἀναβάντος, καὶ ἐκτινάξαντος τῶν πρώτων (ita ed. Rom. ſed Ald. & Compl. & codex Alex. τῶν προτέρων τρία, κέρας ἐκεῖνο) ᾧ οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα, καὶ ἡ ὅρασις αὐτοῦ μείζων τῶν λοιπῶν.

26, 7, 8, 9. Καὶ κατενόουν τὸ κέρας ἐκεῖνο πόλεμον συνιστάμενον πρὸς τοὺς ἁγίους καὶ τροπούμενον αὐτούς.] Biblia ἐθεώρουν καὶ τὸ κέρας ἐκεῖνο ἐποίει πόλεμον μετὰ τῶν ἁγίων καὶ ἴσχυσε πρὸς αὐτούς.

29. Ἕως τοῦ ἐλθεῖν τὸν παλαιὸν ἡμερῶν.] Biblia ἕως [illegible] ἦλθεν ὁ παλαιὸς ἡμερῶν. quomodo Juſtinum quoque

ρῶν, ϗ τὴν κρίσιν ἔδωκε τοῖς ἁγίοις τοῦ ὑψίστου, ϗ ὁ καιρὸς ἐνέστη, καὶ τὸ βασίλειον κατέσχον ἅγιοι ὑψίστου. ϗ ἐρρέθη μοι περὶ τοῦ τετάρτου θηρίου, Βασιλεία τετάρτη ἔσται ἐπὶ τῆς γῆς, ἥτις διοίσει παρὰ πάσας τὰς βασιλείας ταύτας, ϗ καταφάγεται πᾶσαν τὴν γῆν, ϗ ἀναστατώσει αὐτὴν, ϗ καταλεανεῖ αὐτήν. καὶ τὰ δέκα κέρατα, δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται μετ᾽ αὐτοὺς, ϗ ἕτερος διοίσει κακοῖς ὑπὲρ τοὺς πρώτους, καὶ τρεῖς βασιλεῖς ταπεινώσει, ϗ ῥήματα πρὸς τὸν ὕψιστον λαλήσει, ϗ ἑτέρους
249 ἁγίους τοῦ ὑψίστου καταστρέψει, ϗ προσδέξεται ἀλλοιῶσαι καιροὺς ϗ χρόνους, ϗ παραδοθήσεται εἰς χεῖρας ἕως καιροῦ αὐτοῦ ϗ καιρῶν ϗ ἥμισυ καιροῦ. ϗ ἡ κρίσις ἐκάθισε, καὶ τὴν ἀρχὴν μεταστήσουσι τοῦ ἀφανίσαι ϗ τοῦ ἀπολέσαι ἕως τέλους. καὶ ἡ βασιλεία ϗ ἡ ἐξουσία καὶ ἡ μεγαλειότης τῶν τόπων τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν βασιλειῶν ἐδόθη λαῷ ἁγίῳ ὑψίστου, βασιλεῦσαι βασιλείαν αἰώνιον· καὶ πᾶσαι ἐξουσίαι ὑποταγήσονται αὐτῷ, καὶ πειθαρχήσουσιν αὐτῷ. ἕως ὧδε τὸ τέλος.

rum, & judicium dedit ſanctis Altiſſimi, & tempus advenit, & regnum occuparunt ſancti Altiſſimi. Et dictum mihi eſt de quarta beſtia: Regnum quartum erit in terra, quod longe omnia hæc regna ſuperabit, & devorabit terram omnem, & devaſtabit atque delebit eam. Et decem cornua, decem reges conſurgent: & alius poſt eos. atque is malis præſtantior erit prioribus, & tres reges humiliabit, & verba in Altiſſimum proloquetur, & cæteros ſanctos Altiſſimi evertet, & ſumet ſibi ut alteret dies & tempora. Et tradentur in manus ejus uſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Et judicium conſedit, & principatum transferent ut aboleant & diſperdant uſque in finem. Et regnum, & poteſtas, & amplitudo locorum regnorum quæ ſub cœlo ſunt, data eſt populo ſancto Altiſſimi, ut regnent regno ſempiterno: & poteſtates omnes ſubjicientur & obedient ei. Huc uſque finis

que ſcripſiſſe ſequentia oſtendere videantur. Nihil tamen muto.

1. Τὴν κρίσιν.] Biblia τὸ κρῖμα.

2, 3. Καὶ ὁ καιρὸς ἐνέστη, ϗ τὸ βασίλειον κατέσχον ἅγιοι ὑψίστου.] Biblia ϗ ὁ καιρὸς ἔφθασε, ϗ τὴν βασιλείαν κατέσχον οἱ ἅγιοι.

3—9. Καὶ ἐρρέθη μοι περὶ τοῦ τετάρτου θηρίου, Βασιλεία τετάρτη ἔσται ἐπὶ τῆς γῆς, ἥτις διοίσει παρὰ πάσας τὰς βασιλείας ταύτας, ϗ καταφάγεται πᾶσαν τὴν γῆν, ϗ ἀναστατώσει αὐτὴν, ϗ καταλεανεῖ αὐτήν.] Biblia Καὶ εἶπε· Τὸ θηρίον τὸ τέταρτον, βασιλεία τετάρτη ἔσται ἐν τῇ γῇ, ἥτις ὑπερέξει πάσας τὰς βασιλείας, ϗ καταφάγεται πᾶσαν τὴν γῆν, ϗ συμπατήσει αὐτὴν καὶ κατακόψει.

9, 10, 1. Καὶ τὰ δέκα κέρατα, δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται μετ᾽ αὐτοὺς, ϗ ἕτερος διοίσει κακοῖς ὑπὲρ τοὺς πρώτους.] Biblia Καὶ τὰ δέκα κέρατα αὐτοῦ, δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται, ϗ ὀπίσω αὐτῶν ἀναστήσεται ἕτερος, ὃς ὑπεροίσει κακοῖς πάντας τοὺς ἔμπροσθεν. Apud Juſtinum, inter ἀναστήσονται & μετ᾽ αὐτοὺς aliquid, uti vides, intercidit: fortaſſe verbum ἕτερος, quod mox forma paululum immutata occurrit inter ϗ & ἁγίους abſque auctoritate Chaldaicorum, ideoque hinc illuc collapſum eſſe videatur; ut hic καὶ ἕτερος μετ᾽ αὐτοὺς, ibi καὶ ἁγίους tantum, legendum ſit. Sed nihil vetat credere Juſtinum, aut etiam eum, quiſquis erat, cujus ſive interpretationem ſive interpolationem ſequitur, propter ea quæ ante dicta erant de ſanctis ab undecimo cornu victis, qui tamen hi iidem ſunt, addidiſſe ibi ἑτέρους: & quod ad hanc lacunam attinet, eam aliter multis modis facile eſt explere.

12. Ῥήματα.] Biblia λόγους.

13, 4. Καὶ ἑτέρους ἁγίους τοῦ ὑψίστου καταστρέψει.] Biblia Romana ϗ τοὺς ἁγίους ὑψίστου παλαιώσει, Aldina & Complutenſia ——πλανήσει.

14, 5. Καὶ προσδέξεται ἀλλοιῶσαι καιροὺς ϗ χρόνους.] Biblia ϗ ὑπονοήσει τοῦ ἀλλοιῶσαι καιροὺς καὶ νόμον.

15, 6, 7. Καὶ παραδοθήσεται εἰς χεῖρας ἕως καιροῦ αὐτοῦ.] Legendum ——εἰς χεῖρας αὐτοῦ ἕως καιροῦ. quod vidit etiam Perionius. Biblia ϗ δοθήσεται ἐν χειρὶ αὐτοῦ.

17. Η κρίσις.] Biblia τὸ κριτήριον.

20, 1, 2. Η μεγαλειότης τῶν τόπων τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν βασιλειῶν.] Biblia ἡ μεγαλωσύνη τῶν βασιλέων τῶν ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ.

22. Λαῷ ἁγίῳ.] Biblia ἁγίοις.

23, 4, 5. Βασιλεῦσαι——πειθαρχήσουσιν αὐτῷ.] Biblia ϗ ἡ βασιλεία αὐτοῦ, βασιλεία αἰώνιος, ϗ πᾶσαι αἱ ἀρχαὶ αὐτῷ δουλεύσουσι ϗ ὑπακούσονται.

I. Τέλος.]

finis verbi. Ego Daniel attonitus ecſtaſi correptus ſum vehementer, ac ſermo ad me pertinebat, & verbum in corde meo ſervavi. Hic Trypho, me quieſcente, dixit: O homo, hæ atque conſimiles ſcripturæ nos illuſtrem & magnum eum expectare cogunt, qui ab antiquo dierum tanquam filius hominis accepturus eſt regnum ſempiternum. Iſte autem veſter, qui dicitur Chriſtus, adeo inhonoratus & inglorius fuit, ut in extremam legis Dei inciderit execrationem. nam in crucem eſt actus. Et ego ad illum: Si quidem, o viri, ex ſcripturis quas recitavi a me non dictum
Es. liii. 2, 3. eſſet, formam ejus obſcuram, &
8. genus inenarrabile fore, & pro mor-
9. te ejus divites morte affectum, &
5. livore ejus nos ſanatum, atque ip-
7. ſum veluti ovem ductum iri; &
niſi duplicem ejus adventum expoſuiſſem, alterum in quo punctus eſt
Zachar. xii. 10—14. a vobis, alterum quando agnoſcetis in quem pupugeritis, & plangent tribus veſtræ, tribus ad tribum, mulieres ſeorſum, & viri ſeorſum; obſcura & dubia dicere viderer. Cum vero in omni hac diſſertatione, ex ſanctis veſtris & propheticis literis omnes probationes meas adducam, aliquem ex vobis inveniri poſſe ſpero, per eam quæ a Domino Zebaoth provenit gratiam, reliquum factum in ſalutem ſempiternam. Itaque ut liquidius id quod quæritur

τέλος τοῦ λόγου. ἐγὼ Δανιὴλ ἐκστάσει περιειχόμην σφόδρα, καὶ ἡ λέξις διήνεγκεν ἐμοὶ, καὶ τὸ ῥῆμα ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἐτήρησα. Καὶ ὁ Τρύφων, παυσαμένου μου, εἶπεν, Ω ἄνθρωπε, αὗται ἡμᾶς αἱ γραφαὶ καὶ τοιαῦται ἔνδοξον καὶ μέγαν ἀναμένειν, τὸν παρὰ τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ὡς υἱὸν ἀνθρώπου παραλαμβάνοντα τὴν αἰώνιον βασιλείαν, ἀναγκάζουσιν· οὗτος δὲ ὁ ὑμέτερος λεγόμενος Χριστὸς, ἄτιμος καὶ ἄδοξος γέγονεν, ὡς καὶ τῇ ἐσχάτῃ κατάρᾳ τῇ ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ περιπεσεῖν· ἐσταυρώθη γάρ. Κἀγὼ πρὸς αὐτὸν, Ει μὲν, ὦ ἄνδρες, μὴ ἀπὸ τῶν γραφῶν, ὧν προανιστόρησα, τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄδοξον, καὶ τὸ γένος αὐτοῦ ἀδιήγητον, καὶ ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ τοὺς πλουσίους θανατωθήσεσθαι, καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν, καὶ ὡς πρόβατον ἀχθήσεσθαι ἐλέγετο, καὶ δύο παρουσίας αὐτοῦ γενήσεσθαι ἐξηγησάμην, μίαν μὲν ἐν ᾗ ἐξεκεντήθη ὑφ᾽ ὑμῶν, δευτέραν δὲ ὅτε ἐπιγνώσεσθε εἰς ὃν ἐξεκεντήσατε, καὶ κόψονται αἱ φυλαὶ ὑμῶν, φυλὴ πρὸς φυλὴν, αἱ γυναῖκες κατ᾽ ἰδίαν, καὶ οἱ ἄνδρες κατ᾽ ἰδίαν, ἀσαφῆ καὶ ἄπορα ἐδόκουν λέγειν· νῦν δὲ διὰ πάντων τῶν λόγων ἀπὸ τῶν παρ᾽ ὑμῖν ἁγίων καὶ προφητικῶν γραφῶν τὰς πάσας ἀποδείξεις ποιοῦμαι, ἐλπίζων τινὰ ἐξ ὑμῶν δύνασθαι εὑρεθῆναι ἐκ τοῦ κατὰ χάριν τὴν ἀπὸ τοῦ Κυρίου σαβαὼθ περιλειφθέντος εἰς τὴν αἰώνιον σωτηρίαν. ἵνα οὖν καὶ σαφέστερον

1. Τέλος.] Biblia πέρας.
1, 2. Εκστάσει περιειχόμην σφόδρα.] Biblia οἱ διαλογισμοί μου ἐπὶ πολὺ συνετάρασσόν με.
2, 3. Καὶ ἡ λέξις διήνεγκεν ἐμοί.] F. ἕξις vel ὄψις. Biblia καὶ ἡ μορφή μου ἠλλοιώθη.

21, 2. Καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν.] Concinnior eſſet oratio, ſi eodem ſtructuræ genere legeremus, καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμᾶς ἰαθήσεσθαι. ferri tamen & hæc lectio poteſt, prophetæ verbis abſque ulla mutatione retentis. SYLBURG.

16. Καιρόν]

σαφέστερον ὑμῖν τὸ ζητούμενον νῦν γένηται, ἐρῶ ὑμῖν καὶ ἄλλους λόγους τοὺς εἰρημένους διὰ Δαβὶδ τοῦ μακαρίου, ἐξ ὧν καὶ Κύριον τὸν Χριστὸν ὑπὸ τοῦ ἁγίου προφητικοῦ πνεύματος λεγόμενον νοήσετε, καὶ τὸν Κύριον πάντων πατέρα ἀνάγοντα αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ καθίζοντα αὐτὸν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ, ἕως ἂν θῇ τοὺς ἐχθροὺς ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ· ὅπερ γίνεται ἐξότου εἰς
factum ab eo, & agnitum, Chriſtum ipſum eſſe manifeſto oſtendit. Et cum omnia hæc ſint facta, & ex ſacris literis demonſtrata, vos tamen duricordes eſſe perſeveratis. Prædictum eſt autem hoc futurum a Zacharia, ex duodecim uno, ad hunc modum: *Lætare vehementer, filia* Zach. ix. 9. *Sion: jubila, annuncia, filia Hieruſalem. Ecce rex tuus veniet tibi juſtus, & ſalvans ipſe, & mitis, & pauper, ſubjugali & pullo aſinæ vehens.* Porro quod aſinam ſubjugalem cum pullo ſuo ſpiritus propheticus, una cum patriarcha Jacob, nominavit, atque ea ipſe & diſcipuli ejus ſunt uſi, ſicuti dixi: utrumque enim jumentum adducere juſſit: prædictio id fuit eorum qui etiam ex ſynagoga veſtra, ſimul cum iis qui ex gentibus venere, in eum credituri erant. Quemadmodum namque gentium nota fuit pullus oneribus ferendis non aſſuetus: ita & popularium veſtrorum, aſina clitellaria; habetis enim, quæ per prophetas vobis impoſita eſt, legem. Jam & per Zachariam prophetam, vapulaturum eſſe hunc Chriſtum, & diſcipulos ejus ſparſim diffugituros, præmonſtratum eſt: id quod & factum. Poſtquam enim eſt cruci affixus, qui cum eo erant ſectatores ejus, diſſipati ſunt,

8, 9. Ἀλάλαξον, κήρυσσε.] LXX. & Juſtinus Apol. I. p. 57. κήρυσσε tantum. Hebr. הריעי. Iterum coaluere duæ verſiones.

10. Ἥξει.] LXX. & Juſtinus Apol. I. p. 57. ἔρχεται. Hebr. יבוא.

10, 1. Καὶ σώζων αὐτὸς, καὶ πραῢς.] Biblia καὶ σώζων, αὐτὸς πραῢς.

11. Πραῢς καὶ πτωχός.] Conjunguntur iterum duæ verſiones ejuſdem verbi. LXX. πραῢς.

12, 3. Πῶλον ὄνου.] LXX. πῶλον νέον. Heb. עיר בן אתנות.

13. Ἤδη.] F. τῇδε.

16. Ἐν τῇ κλίσει αὐτὸν ἔχειν.] Interpres legit, ἐν τῇ χρήσει αὐτὸν ἔχειν, *eo uſi ſunt.* Minori mutatione legemus κτήσει, *poſſeſſione* (ſicut nempe p. 242. ℣. 24, 5. τὸ πῶλον αὐτοῦ, *pullum ſuum*) & rationalem γὰρ expungemus ℣. 18. ſic enim ſtructura & ſententia conſtabunt. Rurſum ℣. 20. pro καὶ legendum ὡς, aut hoc ipſum ὡς ante καὶ inſerendum eſt, ſubaudito extrinſecus nominativo τινές. alioqui enim plane claudicabit hæc periodus. Sylburg.

ſunt, quoaduſque reſurrexit a mortuis, ciſque perſuaſit vaticiniis, ſic, ut pateretur ipſe, denunciatum eſſe. Proinde hoc illi perſuaſi, in habitabilem orbem omnem ſunt profecti, & iſta docuerunt. Itaque nos in fide & diſciplina ejus ſtabiliores ſumus, quod & a prophetis, & ab eis quos per orbem in nomen crucifixi illius credentes, religioſos vereque pios factos eſſe videmus, perſuaſionem acceptam habeamus. Quæ autem a Zacharia dicta ſunt, ſic habent: *Framea, excitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum populi mei, dicit Dominus virtutum. Percute paſtorem, & diſpergentur oves ejus.* Et illud quod a Moſe eſt in hiſtoriam relatum, & a patriarcha Jacob prænunciatum, *Lavabit in vino ſtolam ſuam & in ſanguine uvæ pallium ſuum*, ſanguine ejus ablutum iri credentes in eum ſignificavit. Stolam namque ejus vocavit Spiritus Sanctus eos qui per illum remiſſionem peccatorum acceperunt, in quibus continenter virtute adeſt, manifeſto autem aderit in

Zach. xiii. 7.

δάσθησαν, μέχρις ὅτε ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, καὶ πέπεικεν αὐτοὺς ὅτι οὕτως προεπεφήτευτο περὶ αὐτοῦ παθεῖν αὐτόν· καὶ οὕτω πεισθέντες, καὶ εἰς τὴν πᾶσαν οἰκουμένην ἐξελθόντες, ταῦτα ἐδίδαξαν. ὅθεν καὶ ἡμεῖς βέβαιοι ἐν τῇ πίστει καὶ μαθητείᾳ αὐτοῦ ἐσμέν, ἐπειδὴ καὶ ἀπὸ τῶν προφητῶν, καὶ ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην εἰς ὄνομα τοῦ ἐσταυρωμένου ἐκείνου ὁρωμένων καὶ γινομένων θεοσεβῶν, τὴν πειθὼ ἔχομεν. ἔστι δὲ τὰ λεχθέντα ὑπὸ τοῦ Ζαχαρίου ταῦτα, Ρομφαία, ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μου, καὶ ἐπ' ἄνδρα τοῦ λαοῦ μου, λέγει Κύριος τῶν δυνάμεων· πάταξον τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα αὐτοῦ. Καὶ τὸ ὑπὸ Μωσέως δὲ ἀνιστορημένον, καὶ ὑπὸ τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ προπεφητευμένον, τὸ, Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ, τὸ, τῷ αἵματι αὐτοῦ ἀποπλύνειν μέλλειν τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ ἐδήλου· στολὴν γὰρ αὐτοῦ ἐκάλεσε τὸ ἅγιον πνεῦμα τοὺς δι' αὐτοῦ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβόντας, ἐν οἷς ἀεὶ δυνάμει μὲν πάρεστι, καὶ ἐναργῶς δὲ παρέσται ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ

1. Μέχρις ὅτε ἀνέστη.] In margine codicis MS. ſcriptum eſt eadem manu μέχρις ὅτου, quod ſane uſitatius & elegantius.

14. Τὸν ποιμένα] Ita & biblia Complutenſia & codex Alexandrinus & Theodoritus & Cyrillus Alexandrinus & Hieronymus. Biblia Romana τοὺς ποιμένας.

14, 5. Ἐπ' ἄνδρα τοῦ λαοῦ μου.] Hieronymus: *Pro eo quod nos vertimus*, ſuper virum cohærentem mihi,—*Aquila interpretatus eſt* ſuper virum contribulem meum, ideſt, σύμφυλόν μου, *Symmachus* ſuper virum populi mei, *quod Hebraice dicitur Amithi: LXX.* ſuper virum civem ejus, *Theodotio* ſuper virum proximum ejus; *vau in fine ſermonis pro jod legentes, quæ litteræ ſola inter ſe diſtant magnitudine.*

15, 6. Τῶν δυνάμεων] Biblia παντοκράτωρ.

16. Πάταξον τὸν ποιμένα.] Biblia Romana πατάξατε τοὺς ποιμένας. Complutenſia, & Aldina, & Theodoritus, & Hieronymus, & Cyrillus, & codex Alexandrinus, ut Juſtinus.

16, 7. Καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα αὐτοῦ.] Biblia Romana καὶ ἐκσπάσατε τὰ πρόβατα. Aldina, & Complutenſia, καὶ διασκορπισθήτωσαν τὰ πρόβατα. Codex Alexandrinus καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. Matth. xxvi. 31. καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. Cyrillus & Theodoritus καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα.

24 & ſeqq. Στολὴν γὰρ αὐτοῦ ἐκάλεσε τὸ ἅγιον πνεῦμα τοὺς δι' αὐτοῦ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβόντας &c.] Eandem interpretationem ad gentiles quoque convertendos adhibuit Apol. I. p. 52. ſatis eam quidem ridiculam hac ætate pleriſque viſuram, ut iis autem temporibus tolerabilem. Judæi certe non habebant quod aut reprehenderent aut riderent, id quod norunt omnes qui ingenium & doctrinam Judæorum non penitus ignorant. Sed neque ethnicis, ſive doctis ſive indoctis, allegorica veterum ſcriptorum, præſertim ſacrorum & vaticiniorum, explanatio, mirum aut novum videri poterat.

4. Χειρὶς

αὐτοῦ παρουσίᾳ. τὸ δὲ Αἷμα τῆς σταφυλῆς εἰπεῖν τὸν λόγον, διὰ τῆς τέχνης δεδήλωκεν ὅτι αἷμα μὲν ἔχει ὁ Χριστὸς οὐκ ἐξ ἀνθρώπου σπέρματος, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως. ὃν γὰρ τρόπον τὸ τῆς ἀμπέλου αἷμα οὐκ ἄνθρωπος ἐγέννησεν, ἀλλὰ Θεός· οὕτως καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ αἷμα οὐκ ἐξ ἀνθρωπείου γένους ἔσεσθαι, ἀλλ᾽ ἐκ Θεοῦ δυνάμεως, προεμήνυσεν. ἡ δὲ προφητεία αὕτη, ὦ ἄνδρες, ἣν ἔλεγον ἀποδεικνύειν ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπων, κατὰ τὸ κοινὸν τῶν ἀνθρώπων γεννηθείς. Καὶ ὁ Τρύφων ἀπεκρίνατο, Μεμνησόμεθα καὶ ταύτης τῆς ἐξηγήσεώς σου ἐὰν καὶ δι᾽ ἄλλων κρατύνῃς καὶ τοῦτο τὸ ἀπόρημα. τὰ νῦν δὲ ἤδη ἀναλαβὼν τὸν λόγον, ἀπόδειξον ἡμῖν ὅτι ἕτερος Θεὸς παρὰ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος ὡμολόγηται εἶναι, φυλαξάμενος λέγειν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, ἃ γέγραπται τοῖς ἔθνεσι συγκεχωρηκέναι τὸν Θεὸν ὡς θεοὺς προσκυνεῖν· καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ ὥσπερ χρώμενοι προφῆται πολλάκις λέγουσιν, ὅτι ὁ Θεός σου Θεὸς τῶν θεῶν ἐστι, καὶ Κύριος τῶν Κυρίων, προστιθέντες ὁ μέγας καὶ ἰσχυρὸς καὶ φοβερὸς πολλάκις. οὐ γὰρ ὡς ὄντων Θεῶν ταῦτα λέγεται, ἀλλ᾽ ὡς τοῦ λόγου διδάσκοντος ἡμᾶς ὅτι τῶν νομιζομένων θεῶν καὶ Κυρίων ὁ τῷ ὄντι Θεὸς, ὁ τὰ πάντα ποιήσας, Κύριος μόνος ἐστίν. ἵνα γὰρ καὶ τοῦτο ἐλέγξῃ τὸ ἅγιον πνεῦμα, διὰ τοῦ ἁγίου Δαβὶδ εἶπεν, Οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, νομιζόμενοι

274

in ſecundo adventu ſuo. Quod vero verbum *ſanguinem uvæ* dicit, pereleganter declaravit ſanguinem quidem habere Chriſtum, verum non ex hominis ſemine, ſed ex Dei virtute. Quemadmodum enim vitis ſanguinem non homo creavit, ſed Deus: ſic & ipſius Chriſti ſanguinem non ex humano genere, verum ex Dei virtute, fore prædixit. Eſt autem hæc illa prophetia, o viri, quam dixi oſtendere Chriſtum non eſſe hominem ex hominibus communi mortalium more genitum. Hic Trypho reſpondit: Meminerimus & hujus declarationis tuæ, cum aliis inſuper argumentis quæſtionem quoque iſtam firmaveris. In præſentiarum autem, ſermone repetito, nobis demonſtra alterum Deum præter opificem univerſi a Spiritu Prophetico promulgatum eſſe, ſolem & lunam dicere cavens, quæ ſcriptum eſt (Deut. iv. 19.) a Deo gentibus permiſſa eſſe, ut tanquam Deos adorarent: eadem ratione qua prophetæ ſæpe utentes dicunt, *Deus tuus, Deus deorum eſt, & Dominus dominorum*, (Deut. x. 17.) illud nonnunquam adjicientes, *magnus, & fortis, & terribilis.* Non enim perinde hæc dicuntur atque ſi dii eſſent, ſed ut doceamur, eorum qui dii & domini habentur, eum qui revera Deus eſt, rerum omnium parentem, Dominum ſolum eſſe. Nam ut hoc indicaret Spiritus Sanctus, per ſanctum Davidem dixit, *Dii gentium* (qui pro Diis habentur) *ſimulacra dæmo-* (Pſ. xcv. 5. 1 Paralipom. xvi. 26. Pſ. cxiii. 4, 8.)

4. Χριστὸς οὐκ.] Leg. Χριστὸς, ἀλλ᾽ οὐκ, ut p. 74. & 301.

Ib. Ἐξ ἀνθρώπου σπέρματος.] Legi poſſet etiam ἐξ ἀνθρωπείου σπέρματος, ut ✠. 8, 9. ſed alterum loquendi genus repetitur etiam infra 293. 32. SYLBURG.

11, 2. Ἀποδεικνύειν.] Leg. ἀποδεικνύει, cum Sylburgio, non quod aliter hiet oratio, ut ille exiſtimabat, quæ, licet ſatis inconcinna, ſi cætera congruerent, facile ferri poſſet, ſed gravioribus de cauſis, quæ attentum lectorem fugere non poſſunt.

26. Ὥσπερ χρώμενοι προφῆ.] Non male fortaſſe leg. ὡς προσχρώμενοι οἱ προφῆται. SYLBURG.

37 & ſeqq. Οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, νομιζόμενοι θεοὶ, εἴδωλα

dæmoniorum ſunt, non Dii. & execrationem diram inducit facientibus & adorantibus ea. Tum ego dixi: Hujuſmodi probationes non ſum allaturus, o Trypho, per quas condemnari eos qui hæc & ſimilia colunt ſcio; ſed ejus generis contra quas dicere quidquam nemo poterit. Novæ autem alienæque tibi videbuntur eſſe, quamvis quotidie a vobis legantur; ut inde quoque intelligere queatis, propter vitioſitatem veſtram abſcondiſſe a vobis Deum, quo minus ſapientiam in verbis ejus perſpiciatis, extra eos quibus, juxta gratiam prolixæ commiſe-

Eſai. i. 9. rationis viſcerum ſuorum, ut Eſaias inquit, ſemen reliquit in ſalutem, ut non, ad inſtar Sodomitarum & Gomorræorum, internecione prorſus interiret genus veſtrum. Advertite igitur animum ad ea quæ ex ſanctis ſcripturis commemorabo, quæ non explicatione aliqua, ſed audientia duntaxat opus habent. Moſes, beatus & fidelis miniſter Dei, indicat viſum eſſe ab Abraam ad quercum Mambræ Deum, cum eis qui ſecum fuere duobus angelis ad judicium Sodomitarum miſſis ab alio qui in ſupercœleſtibus ſemper manet, & a nemine viſus, neque cum quopiam per ſe ipſum collocutus eſt, quem fabricatorem & parentem rerum cunctarum

Gen. xviii. 1, 2, 3. novimus. Ita enim ait: *Apparuit autem ei Deus ad quercum Mambræ, ſedenti*

ζόμενοι θεοὶ, εἴδωλα δαιμονίων εἰσὶν,
ἀλλ᾽ οὐ θεοί· καὶ ἐπάγει κατάραν
τοῖς ποιοῦσιν αὐτὰ, καὶ προσκυνοῦσι.
Κἀγὼ, Οὐ ταύτας μὲν τὰς ἀπο-
δείξεις ἔμελλον φέρειν, εἶπον, ὦ Τρύ-
φων, δι᾽ ὧν καταδικάζεσθαι τοὺς ταῦ-
τα καὶ τὰ τοιαῦτα προσκυνοῦντας ἐπί-
σταμαι, ἀλλὰ τοιαύτας πρὸς ἃς
ἀντειπεῖν μὲν οὐδεὶς δυνήσεται. ξέναι
δέ σοι δόξουσιν εἶναι, καίπερ καθ᾽ ἡ-
μέραν ἀναγινωσκόμεναι ὑφ᾽ ὑμῶν· ὡς
καὶ ἐκ τούτου συνεῖναι ὑμᾶς, ὅτι διὰ
τὴν ὑμετέραν κακίαν ἀπέκρυψεν ὁ
Θεὸς ἀφ᾽ ὑμῶν τὸ δύνασθαι νοεῖν
τὴν σοφίαν τὴν ἐν τοῖς λόγοις αὐ-
τοῦ, πλὴν τινῶν, οἷς, κατὰ χάριν τῆς
πολυσπλαγχνίας αὐτοῦ, ὡς ἔφη Ἡ-
σαΐας, ἐγκατέλιπε σπέρμα εἰς σω-
τηρίαν, ἵνα μὴ, ὡς Σοδομιτῶν καὶ
Γομορραίων, τέλεον καὶ τὸ ὑμέτερον γέ-
νος ἀπόληται. προσέχετε τοιγαροῦν οἷσ-
περ μέλλω ἀναμιμνήσκειν ἀπὸ τῶν
ἁγίων γραφῶν, οὐδὲ ἐξηγηθῆναι δεο-
μένων, ἀλλὰ μόνον ἀκουσθῆναι. Μω-
σῆς οὖν ὁ μακάριος καὶ πιστὸς θερά-
πων Θεοῦ, μηνύων ὅτι ὁ ὀφθεὶς τῷ Α- 275
βραὰμ πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ
Θεὸς, σὺν τοῖς ἅμα αὐτῷ ἐπὶ τὴν
Σοδόμων κρίσιν πεμφθεῖσι δύο ἀγ-
γέλοις ὑπὸ ἄλλου τοῦ ἐν τοῖς ὑπερου-
ρανίοις ἀεὶ μένοντος, καὶ οὐδενὶ ὀφθέν-
τος, ἢ ὁμιλήσαντος δι᾽ ἑαυτοῦ ποτὲ,
ὃν ποιητὴν τῶν ὅλων καὶ πατέρα νοοῦμεν,
οὕτω γάρ φησιν, Ὤφθη δὲ αὐτῷ ὁ
Θεὸς πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, καθη-
μένῳ

εἴδωλα δαιμονίων εἰσὶν, ἀλλ᾽ οὐ θεοί· καὶ ἐπάγει κατάραν τοῖς ποιοῦσιν αὐτὰ, καὶ προσκυνοῦσι.] Pſ. xcv. 5. Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, δαιμόνια (1 Paralipom. xvi. 26. εἴδωλα) ὁ δὲ Κύριος τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησε. cxiii. 3, 4, 8. Ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησε. τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν, ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. —— Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ᾽ αὐτοῖς.

4. Ταύτας.] F. τοιαύτας.

23, 4. Δεομένων.] F. δεομένοις. Sed idem mendum ſæpe occurrit in laudatiſſimis monumentis utriuſque linguæ, interdum fortaſſe librariorum culpa, non raro ſine dubio ipſorum ſcriptorum.

26—34. Μηνύων —— οὕτω γάρ φησιν.] Aut intercidit nonnihil, aut legendum, quod tamen minime placet, μηνύει ὅτι ὤφθη, vel μηνύων ὅτι ὤφθη —— οὕτω φησίν, vel aliquid ejuſmodi, aut Juſtinus, properans ad demonſtrationes, orationem imperfectam reliquit.

1. Τῇ

μένε αὐτοῦ ἐπὶ τῇ θύρᾳ τῆς σκηνῆς μεσημβρίας. ἀναβλέψας δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδε, καὶ ἰδοὺ τρεῖς ἄνδρες εἱστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ· καὶ ἰδὼν συνέδραμεν εἰς συνάντησιν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπε, καὶ τὰ λοιπὰ μέχρι τοῦ, Ὤρθρισε δὲ Ἀβραὰμ τὸ πρωῒ εἰς τὸν τόπον οὗ εἱστήκει ἔναντι Κυρίου, καὶ ἐπέβλεψεν ἐπὶ πρόσωπον Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας, καὶ ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς τῆς περιχώρου, καὶ εἶδε, καὶ ἰδοὺ ἀνέβαινε φλὸξ ἐκ τῆς γῆς ὡσεὶ ἀτμὶς καμίνου. Καὶ παυσάμενος λοιπὸν τοῦ λέγειν, ἐπυθόμην αὐτῶν εἰ ἐνενοήκεισαν τὰ εἰρημένα. Οἱ δὲ ἔφασαν, νενοηκέναι μὲν, μηδὲν δὲ ἔχειν εἰς ἀπόδειξιν τοὺς λελεγμένους λόγους ὅτι Θεὸς ἢ Κύριος ἄλλος τίς ἐστιν ἢ λέλεκται ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος, παρὰ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων. Κἀγὼ πάλιν, Ἃ λέγω πειράσομαι ὑμᾶς πεῖσαι, νοήσαντας τὰς γραφὰς, ὅτι ἐστὶ καὶ λέγεται Θεὸς καὶ Κύριος ἕτερος ὑπὲρ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων, ὃς καὶ ἄγγελος καλεῖται, διὰ τὸ ἀγγέλλειν τοῖς ἀνθρώποις ὅσαπερ βούλεται αὐτοῖς ἀγγεῖλαι ὁ τῶν ὅλων ποιητὴς, ὑπὲρ ὃν ἄλλος Θεὸς οὐκ ἔστι. καὶ ἀνιστο-

ρῶν

denti ad oſtium tabernaculi meridiano tempore. Suſpiciens vero oculis vidit: & ecce tres viri conſtiterant ſupra eum: quos cum conſpexiſſet, occurrit eis obviam ab oſtio tabernaculi ſui, & adoravit, in terram procumbens, & dixit, & cætera uſque ad: *Conſurgens autem Abraam mane, venit ad locum ubi conſtiterat coram Domino, & inſpexit in faciem Sodomæ & Gomorræ, & in faciem terræ circumjacentis, & vidit: & ecce aſcendit flamma e terra tanquam vapor camini.* Et cum ſuperſediſſem reliqua dicere, percontatus eos ſum, an quæ dixi intellexiſſent. Illi autem reſponderunt, intellexiſſe ſe quidem, nihil autem facere verba allegata ad demonſtrandum alium quempiam Deum aut Dominum eſſe, aut dici a Spiritu Sancto, præter rerum univerſarum conditorem. Atque ego rurſum: Quæ dico, perſuadere quoque vobis annitar, ſcripturas intelligentibus; eſſe videlicet & dici Deum & Dominum alium præter factorem omnium, qui & angelus ſive nuncius vocatur, eo quod annunciet mortalibus quæcunque annunciari eis vult univerſitatis fabricator, ſupra quem alius Deus non eſt. Et denuo

Gen. xix. 27, 8.

1. Τῇ θύρᾳ.] Biblia & Juſtinus infra p. 356. τῆς θύρας.

Ib. Τῆς σκηνῆς.] Biblia & Juſtinus p. 356. τῆς σκηνῆς αὐτοῦ.

2, 3. Τοῖς ὀφθαλμοῖς.] Biblia τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ.

4, 5. Συνέδραμεν.] Biblia προσέδραμεν.

7, 8. Καὶ τὰ λοιπὰ μέχρι τοῦ.] Hæc non eſſe verba Juſtini, ſed librarii, parcentis operæ ſuæ, perſpicuum eſt ex eo quod infra dicitur p. 278. οὐ γὰρ γράφειν πάλιν τὰ αὐτὰ, τῶν πάντων προγεγραμμένων, δοκεῖ μοι. quod a Grabio quoque animadverſum eſt, Spicileg. Pat. p. 162.

9. Ἔναντι.] Biblia Romana ἐναντίον. Complutenſia ut Juſtinus.

12. Τῆς γῆς τῆς περιχώρου.] Ita & biblia Aldina & codex Alexandrinus. Biblia Romana & Complutenſia τῆς περιχώρου. Hebr. ארץ הככר.

18. Τοὺς λελεγμένους λόγους.] Ex præceptis artis, & conſuetudine nobiliſſimorum criticorum, hæc furcillis, ut loqui amant noſtri, expellenda forent tanquam gloſſema. Nos nihil mutamus.

20. Ἀπό.] F. ὑπό.

25. Ὑπὲρ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων.] Hanc veram lectionem eſſe non poſſe, & res ipſa demonſtrat, &, ne quis ὑπὲρ interpretetur *præter*, quæ mox ſequuntur in hac periodo, niſi credas Juſtinum & eſſe & non eſſe alium Deum ὑπὲρ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων uno ſpiritu dicere potuiſſe. Wolfius itaque legit παρά. quam emendationem nemo, opinor, in controverſiam vocaſſet, ſi, quod ille exiſtimabat, in codice MS. fuiſſet ὑπέρ. Ita enim ſupra Trypho p. 247. id flagitans, quod hic Juſtinus ſe facturum dicit, Ἀπόδειξον ἡμῖν ὅτι ἕτερος Θεὸς παρὰ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος ὡμολόγηται εἶναι. Et hic ℣. 16. & ſeqq. Οἱ δὲ ἔφασαν, νενοηκέναι μὲν, μηδὲν δὲ ἔχειν εἰς ἀπόδειξιν τοὺς λελεγμένους λόγους ὅτι Θεὸς ἢ

nuo repetens quæ commemoraveram, Tryphonem interrogavi: Videturne tibi conſpectus eſſe ſub quercu Mambræ ab Abraam Deus, quemadmodum verbum habet? Et ille: Scilicet. Et unus, inquam, erat trium illorum, quos viros Abraæ viſos eſſe Spiritus Propheticus ait? Atque ille: Non: ſed conſpectus illi eſt Deus ante trium apparitionem, deinde tres illi, quos viros verbum nominat, angeli extitere; duo quidem eorum miſſi ad Sodomorum excidium, unus vero ut læto Saræ nuncio habituram eam eſſe ſobolem inſinuaret. Ejus quippe rei gratia legatus fuerat, & digrediens rurſum diſceſſit. Quomodo igitur, dixi, qui unus trium in tabernaculo fuerat, quique dixerat, *In horas revertar ad te, & Saræ naſcetur filius*, rediens apparet poſtquam Sara filio aucta eſſet, & Deum ipſum eſſe propheticus ibi ſermo declarat? Verum ut quod dico manifeſtum vobis ſit, audite quæ a Moſe clare ſunt dicta. Sunt vero iſta: *Cum autem vidiſſet Sara filium Agar, ancillæ Ægyptiæ, qui genitus fuerat Abraæ, ludentem cum Iſaac filio ſuo, dixit Abraæ: Ejice ancillam iſtam, & filium ejus. non erit enim filius ancillæ*

Gen. xviii. 14.

Gen. xxi. 9, 10, 1, 2.

ρῶν πάλιν τὰ προλεχθέντα, ἐπυθόμην τοῦ Τρύφωνος, Δοκεῖ σοι ὀφθῆναι ὑπὸ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρῆ ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ, ὡς ὁ λόγος λέγει; Κἀκεῖνος, Μάλιστα. Καὶ εἷς, ἔφην, ἐκείνων ἦν τῶν τριῶν, οὓς ἄνδρας ἑωρακέναι τῷ Ἀβραὰμ τὸ ἅγιον προφητικὸν πνεῦμα λέγει; Κἀκεῖνος, Οὔ· ἀλλὰ ὤφθη μὲν αὐτῷ ὁ Θεὸς πρὸ τῆς τῶν τριῶν ὀπτασίας, εἶτα οἱ τρεῖς ἐκεῖνοι, οὓς ἄνδρας ὁ λόγος ὀνομάζει, ἄγγελοι ἦσαν· δύο μὲν αὐτῶν πεμφθέντες ἐπὶ τὴν Σοδόμων ἀπώλειαν, εἷς δὲ διαγγελιζόμενος τῇ Σάῤῥᾳ ὅτι τέκνον ἕξει, ἐφ᾽ ᾧ ἐπέπεμπτο, καὶ ἀπαρτήσας ἀπηλλάκτο. Πῶς οὖν, εἶπον, ὁ εἷς τῶν τριῶν γενόμενος ἐν τῇ σκηνῇ, ὁ καὶ εἰπών, Εἰς ὥρας ἀνακάμψω πρός σε, καὶ τῇ Σάῤῥᾳ υἱὸς γεννήσεται, φαίνεται ἐπανελθών, γενομένου τῇ Σάῤῥᾳ υἱοῦ, καὶ Θεὸν αὐτὸν ὄντα ὁ προφητικὸς λόγος κἀκεῖ σημαίνει; ἵνα δὲ φανερὸν ὑμῖν γένηται ὃ λέγω, ἀκούσατε τῶν ὑπὸ Μωσέως διαῤῥήδην εἰρημένων. ἔστι δὲ ταῦτα, Ἰδοῦσα δὲ Σάῤῥα τὸν υἱὸν Ἄγαρ, τῆς παιδίσκης τῆς Αἰγυπτίας, ὃς ἐγένετο τῷ Ἀβραάμ, παίζοντα μετὰ Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς, εἶπε τῷ Ἀβραάμ, ἔκβαλε τὴν παιδίσκην ταύτην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς, οὐ γὰρ κληρονομήσει ὁ υἱὸς τῆς 276 παιδίσκης

Κύριος ἄλλος τίς ἐστιν ἢ λέλεκται ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος παρὰ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων. Sed codex MS. habet, non ὑπὲρ, ſed ὑπό, quam lectionem, quanquam multo minus aptam huic loco quam παρὰ, mutare non audeo. Alii fortaſſe potius legent υἱὸς τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων ὤν, vel ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος παρὰ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων.

12, 3, 4. Δύο μὲν αὐτῶν πεμφθέντες ἐπὶ τὴν Σοδόμων ἀπώλειαν.] Satis convenit Tryphoni cum reliquis Judæis; qui etiam horum angelorum nomina ſcire ſe profitentur. Aiunt fuiſſe Michaelem, Gabrielem, & Raphaelem. Neque tantum affirmant, ſed ex ſcriptura etiam probant. ſed gematrice. Quinetiam quis ad Saram, qui Sodoma miſſi ſint, multi eorum docere nos dignati ſunt: ſed quoniam eſt inter eos aliqua de ea re diſſenſio, neque facile eſt dicere quis quem auctoritate aut ſagacitate ſuperet, nihil certi habere poſſumus. Joſephus Ant. I. 12. p. 20, ἐμήνυσαν ἑαυτοὺς ὄντας ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι πεμφθείη μὲν ὁ εἷς σημαίνων (f. πεμφθεῖεν, ὁ μὲν εἷς σημανῶν) περὶ τοῦ παιδὸς, δύο δὲ Σοδομίτας καταστρεψόμενοι.

14—7. Εἷς δὲ διαγγελιζόμενος τῇ Σάῤῥᾳ ὅτι τέκνον ἕξει, ἐφ᾽ ᾧ ἐπέπεμπτο, καὶ ἀπαρτήσας ἀπηλλάκτο.] F. εἷς δὲ διαγγελισάμενος—ἐπέπεμπτο, ἀπαρτήσας ἀπήλλακτο. vel εἷς δὲ διαγγελισάμενος—ὃς καὶ ἀπαρτήσας ἐφ᾽ ᾧ ἐπέπεμπτο, ἀπήλλακτο. vel εἷς δὲ—ἐπέπεμπτο, ὃ καὶ ἀπαρτήσας ἀπήλλακτο. Nihil occurrit melius.

17, 8. Ὁ εἷς τῶν τριῶν γενόμενος.] F. ὁ εἷς τῶν τριῶν τῶν γενομένων. V. p. 51. ✝. 24. & ſeqq.

27. Τῆς παιδίσκης τῆς Αἰγυπτίας.] Biblia non habent τῆς παιδίσκης.

29. Εἶπε.] Biblia καὶ εἶπε.

31. Οὐ γάρ.] Biblia οὐ γὰρ μή.

37, 8, 9. Τῶ-

παιδίσκης ταύτης μετὰ τοῦ υἱοῦ μου Ισαάκ. σκληρὸν δὲ ἐφάνη τὸ ῥῆμα σφόδρα ἐναντίον Αβραὰμ περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. εἶπε δὲ ὁ Θεὸς τῷ Αβραάμ, μὴ σκληρὸν ἔστω ἐναντίον σου περὶ τοῦ παιδίου καὶ περὶ τῆς παιδίσκης. πάντα ὅσα ἂν εἴπῃ σοὶ Σάῤῥα, ἄκουε τῆς φωνῆς αὐτῆς, ὅτι ἐν Ισαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. Νενοήκατε οὖν, ὅτι ὁ εἰπὼν τότε ὑπὸ τὴν δρῦν ἐπαναστρέψαι, ὡς προηπίστατο ἀναγκαῖον εἶναι τῷ Αβραὰμ συμβουλεῦσαι ἅπερ ἐβούλετο αὐτὸν Σάῤῥα, ἐπανελήλυθεν, ὡς γέγραπται, καὶ Θεός ἐστιν, ὡς οἱ λόγοι σημαίνουσιν, οὕτως εἰρημένοι, Εἶπε δὲ ὁ Θεὸς τῷ Αβραάμ, μὴ σκληρὸν ἔστω ἐναντίον σου περὶ τοῦ παιδίου καὶ περὶ τῆς παιδίσκης; ἐπυνθανόμην. Καὶ ὁ Τρύφων ἔφη, Μάλιστα· οὐκ ἐκ τούτου δὲ ἀπέδειξας ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ Θεὸς παρὰ τοῦτον τὸν ὀφθέντα τῷ Αβραάμ, ὃς καὶ τοῖς ἄλλοις πατριάρχαις καὶ προφήταις ὤπτο· ἀλλ' ἡμᾶς ἀπέδειξας οὐκ ὀρθῶς νενοηκότας ὅτι οἱ τρεῖς οἱ ἐν τῇ σκηνῇ παρὰ τῷ Αβραὰμ γενόμενοι, ὅλοι ἄγγελοι ἦσαν. Καὶ πάλιν ἐγώ, Εἰ οὖν καὶ ἀπὸ τῶν γραφῶν μὴ εἶχον ἀποδεῖξαι ὑμῖν, ὅτι εἷς τῶν τριῶν ἐκείνων καὶ ὁ Θεός ἐστι, καὶ ἄγγελος καλεῖται, ἐκ τοῦ ἀγγέλλειν, ὡς προέφην, οἷσπερ βούλεται τὰ παρ' αὐτοῦ ὁ τῶν ὅλων ποιητὴς Θεός, τοῦτον τὸν ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ἰδέᾳ ἀνδρὸς ὁμοίως τοῖς σὺν αὐτῷ παραγενομένοις δυσὶν ἀγγέλοις φαινόμενον τῷ Αβραάμ, τὸν καὶ πρὸ ποιήσεως κόσμου ὄντα Θεόν, τοῦτον νοεῖν ὑμᾶς εὔλογον ἦν, ὅπερ τὸ πᾶν ἔθνος ὑμῶν νοεῖ. Καὶ πάνυ, ἔφη· οὕτως γὰρ

καὶ

ancillæ hujus cohæres filii mei Iſaac. Durum vero admodum viſum eſt verbum iſtud coram Abraam de filio ejus. Dixit autem Deus Abraæ: Ne durum ſit coram te de puello & ancilla. Omnia quæcunque tibi Sara dixerit, audi vocem ejus. Quoniam in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Percunctatus ergo ab eis ſum: Intellexiſtiſne eum qui dixerat tum ſub quercu, ſe rediturum eſſe, prout neceſſarium eſſe prænoſcebat, ut conſilium daret Abraæ de eo quod ipſum Sara facere volebat, revertiſſe, ſicut ſcriptum eſt, & Deum eſſe, pro eo atque verba denotant, ſic prolata, *Dixit autem Deus Abraæ, Ne durum ſit coram te ſuper puello & ſuper ancilla?* Et Trypho, Maxime, ait. Verum per hoc non demonſtraſti alium eſſe Deum quam eum qui viſus eſt Abraæ, quique & aliis patriarchis & prophetis eſt conſpectus: ſed illud probaſti, nos non recte exiſtimaſſe tres illos qui in tabernaculo apud Abraam fuere, omnes angelos fuiſſe. Ibi ego rurſum: Si ex ſacris literis non poſſem oſtendere vobis, unum trium illorum & Deum eſſe, & angelum vocari, ex eo, quemadmodum dixi, quod nuncius iis mittitur quibus res ſuas annunciari vult univerſitatis hujus opifex Deus; rationi conſonum eſſet, ut qui in terris in viri ſpecie pariter cum duobus angelis ſecum advenientibus Abraæ apparuit, quique idem ante mundum conditum Deus fuit, eum ipſum mente contemplaremini & conciperetis, uti gens veſtra omnis complectitur & intelligit. Admodum, inquit ille. Sic enim

etiam

• 37,8,9. Τοῦτον νοεῖν ὑμᾶς εὔλογον ἦν, ὅπερ τὸ πᾶν ἔθνος ὑμῶν νοεῖ.] Pro τοῦτον ſcribere τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν, nimis magna mutatio foret. Conjungere hæc cum antecedentibus, ut ſententia ſit, " con-

etiam uſque ad hoc tempus fecimus.

Et ego rurſum: Ad ſcripturas rediens, perſuadere vobis conabor, iſtum qui Abrahæ & Jacob & Moſæ apparuiſſe dicitur, Deuſque ibi vocatur, alium eſſe ab eo qui cuncta creavit Deo: numero dico, non voluntate. Nihil enim unquam eum feciſſe aio, quam quod ipſe qui fecit mundum, ſuper quem alius non eſt Deus, & facere & dicere voluit.

Et Trypho: Quod igitur ſit, jam demonſtra; ut & in hoc aſſentiamur tibi. non enim præter ſententiam creatoris rerum univerſarum quidquam ipſum vel facere vel dicere, te ſuſpicamur aſſeverare. Ego autem, Scriptura, inquam, quam dixi, manifeſtum hoc vobis reddet.

Gen. xix. 23, 4, 5. Verba ſic ſe habent: *Sol exivit ſuper terram & Loth ingreſſus eſt Segor, & Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem a Domino de cœlo, & evertit civitates iſtas, & omnem circumcirca regionem.* Hic quartus eorum qui cum Tryphone manſerant, inquit: Eum ergo quem verbum per Moſen,

καὶ μέχρι τοῦ δευτέρου ἔχομεν.

Κἀγὼ πάλιν εἶπον, Ἐπὶ τὰς γραφὰς ἐπανελθὼν, πειράσομαι πεῖσαι ὑμᾶς, ὅτι οὗτος ὅ τε τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰακὼβ καὶ τῷ Μωσεῖ ὦφθαι λεγόμενος, καὶ γεγραμμένος Θεὸς, ἕτερός ἐστι τοῦ τὰ πάντα ποιήσαντος Θεοῦ· ἀριθμῷ λέγω, ἀλλὰ οὐ γνώμῃ· οὐδὲν γάρ φημι αὐτὸν πεπραχέναι ποτὲ, ἢ ἅπερ αὐτὸς ὁ τὸν κόσμον ποιήσας, ὑπὲρ ὃν ἄλλος οὐκ ἔστι Θεὸς, βεβούληται καὶ πρᾶξαι καὶ ὁμιλῆσαι.

Καὶ ὁ Τρύφων, Ὅτι οὖν καὶ ἔστιν ἀ- 277
πόδειξον ἤδη, ἵνα καὶ τούτῳ συνθώμεθα· οὐ γὰρ παρὰ γνώμην τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων φάσκειν τι ἢ πεποιηκέναι αὐτὸν ἢ λελαληκέναι λέγειν σε ὑπολαμβάνομεν. Κἀγὼ εἶπον, Ἡ γραφὴ οὖν ἡ προλελεγμένη παρ' ἐμοῦ τοῦτο φανερὸν ὑμῖν ποιήσει. ἔστι δὲ ταῦτα, Ὁ ἥλιος ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν γῆν καὶ Λὼτ εἰσῆλθεν εἰς Σηγώρ· καὶ ὁ Κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ Κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέστρεψε τὰς πόλεις ταύτας, καὶ πᾶσαν τὴν περίοικον. Καὶ ὁ τέταρτος τῶν σὺν Τρύφωνι παραμεινάντων ἔφη, Ὃν οὖν ὁ λόγος διὰ Μωσέως

" conſentaneum eſſet vos credere hunc eum " eſſe qui etiam ante mundum conditum Deus " erat," nota Juſtini opinio de Filio pati non videtur. F. leg. τοῦτο νοεῖν ὑμᾶς εὔλογον ἦν ὥσπερ τὸ πᾶν ἔθνος ὑμῶν νοεῖ. quæ tamen lectio, ut præcedentibus ſatisfaciat, Tryphonis reſponſo vix videtur ſatisfacere.

1. Μέχρι τοῦ δευτέρου.] Cum mihi videretur eſſe legendum in Græco, μέχρι τοῦ δεῦρο: verſum a me eſt, Ad hoc uſque tempus. LANGUS.

9, 10. Πεπραχέναι ποτέ.] Adde ob ſequentia ἢ εἰπεῖν. CLERICUS.

10. Αὐτός.] F. αὐτόν.

16, 7. Φάσκειν—λέγειν.] Horum verborum alterum ſuperfluum eſt.

23. Σόδομα.] Biblia & Juſtinus mox p. 279. Σόδομα καὶ Γόμορρα.

26. Περίοικον.] Ita mox iterum Juſtinus p. 279. & codex Alexandrinus & biblia Aldina. Biblia Romana & Complutenſia περίχωρον.

26, 7. Τέταρτος.] F. ἕτερος.

28 & ſeqq. Ὃν οὖν——Δαβίδ.] Quod in iis etiam libris uſu venit quibus emendandis molti viri doctiſſimi acutiſſimique, multis & antiquiſſimis codicibus MSS. inſtructi, omnem ætatem impenderunt, ut non pauca tamen relicta loca ſint, in quibus poſteriores aut ingenium ſuut (quæ etiam in his rebus multum poteſt) fortunam experiantur, idem ſi in his ſcriptis Juſtini accidat, minus mirum eſt, quæ & ex unico codice (quomodo mihi, non levibus rationibus ductus, perſuadeo) primum edita ſunt, neque poſtea vel denuo cum eo vel cum alio quovis collata, & paucos admodum editores, eoſque non ſane maximos criticos, habuerunt. excepto enim Sylburgio, reliqui omnes imi ſubſellii ſumus. Hic locus ex eorum numero eſt. Nam Sylburgii

σέως τῶν δύο ἀγγέλων κατελθόντων εἰς Σόδομα, καὶ Κύριον ἕνα ὠνόμασε; παρὰ τοῦτον, καὶ τὸν Θεὸν αὐτὸν τὸν ὀφθέντα τῷ Ἀβραὰμ λέγειν ἀνάγκη.

Οὐ διὰ τοῦτο, ἔφην, μόνον, ὅπερ ἦν ἐκ παντὸς τρόπου ὁμολογεῖν ἔδει, ὅτι καὶ παρὰ τὸν νοούμενον ποιητὴν τῶν ὅλων ἄλλος τὶς κυριολογεῖται ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος· οὐ μόνον δὲ διὰ Μωσέως, ἀλλὰ καὶ διὰ Δαβίδ. καὶ γὰρ καὶ δι' ἐκείνου εἴρηται, Λέγει ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου, ὡς προείρηκα· καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις λόγοις, Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. Εἰ οὖν καὶ ἄλλον τινὰ θεολογεῖν καὶ κυριολογεῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον φατὲ ὑμεῖς, παρὰ τὸν πατέρα τὸν ὅλων, καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ἀποκρίνασθέ μοι· ἐμοῦ ἀποδεῖξαι ὑμῖν ὑπισχνουμένου ἀπ' αὐτῶν τῶν γραφῶν, ὅτι οὐχ εἷς τῶν δύο ἀγγέλων τῶν κατελθόντων εἰς Σόδομα ἐστὶν ὃν ἔφη ἡ γραφὴ Κύριον, ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν σὺν αὐτοῖς,

ſen, duobus angelis Sodomam deſcendentibus, Dominum unum vocavit: præter hunc (univerſi ſc. conditorem) Deum & ipſum, qui Abraæ apparuit, dicere neceſſe eſt?

Non ea gratia tantum, quod erat modis omnibus dictum oportuit: ſed etiam quod præter eum, qui intelligentia comprehenditur, univerſorum parentem, alius quidam proprie a Spiritu Sancto dicitur Dominus, ac non per Moſen modo, verum etiam per Davidem. nam & per illum eſt dictum, *Dixit Dominus Domino meo,* Pſ. cix. 1. *ſede a dextris meis donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum,* prout antea recitavi. Atque iterum verbis aliis, *Thronus, Deus, tuus in* Pſ. xliv. 7, 8. *ſeculum ſeculi. Virga directionis, virga regni tui. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem. propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis ſupra participes tuos.* Utrum ergo aliquem alium vos aſſeritis Spiritum Sanctum Dominum & Deum dicere extra patrem univerſorum & Chriſtum ejus, dicite mihi; cum ego receperim, vobis ex ſacris literis me probaturum, non unum ex duobus angelis Sodomam deſcendentibus eum eſſe quem ſcriptura Dominum dicit, ſed illum

gii conjecturæ pejores ſunt lectione vulgata, & quæ mihi in mentem veniunt, digna non puto quæ chartæ committantur, cum ſatis ad ſententiam locum non expediant, quod tamen haud ſcio an Juſtini culpa aliqua ex parte factum ſit. Fieri enim poteſt ut concinniorem connexionem quam ille fortaſſe neceſſe habuit adhibere, quærentes, & intenti in id quod ſcribere debuit, quod ſcripſit, aut non videamus, aut viſum negligamus; fruſtrato labore noſtro ejus indiligentia.

11, 2. Λέγει ὁ Κύριος.] Biblia εἶπεν ὁ Κύριος, atque ita Juſtinus Apol. I. p. 68. & hic in Dialogo p. 202. Infra tamen p. 309. iterum habet λέγει, & tertio p. 357.

14. Ὡς προείρηκα.] P. 202.

22 & ſeqq. Εἰ οὖν καὶ ἄλλον τινὰ θεολογεῖν καὶ κυριολογεῖν &c.] Irenæus III. 6. p. 208. *Nemo igitur alius —— aut Deus nominatur, aut Dominus appellatur, niſi is qui eſt omnium Deus & Dominus, —— & hujus filius Jeſus Chriſtus Dominus noſter.*

24, 5. Τὸν πατέρα τὸν ὅλων.] Grabius ad Iren. p. 208. legit τῶν ὅλων. Sed ſimiliter alibi Juſtinus. Apol. I. p. 20. γεννήτορα τῶν ἁπάντων. Dial. p. 283. τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων καὶ πατέρα. Confirmare tamen videatur conjecturam Grabii quod in aliis caſibus iſta conſtructio, ſi recte memini, apud Juſtinum non reperitur. Nuſquam, niſi fallor, ὁ ποιητὴς ὁ ὅλων, vel τοῦ ποιητοῦ τοῦ ὅλων, vel τῷ ποιητῇ τῷ ὅλων, ſed tantum τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων, ubi τῶν facili errore ſcribi potuit pro τόν. Nihilominus nihil muto.

illum qui cum eis ab Abraam eſt viſus, & Deus dicitur. Et Trypho, Proba, inquit. nam, ut vides, & dies procedit, & nos ad tam periculoſas reſponſiones non ſumus parati. Neminem enim unquam iſta inveſtigantem, aut quærentem, aut demonſtrantem audivimus: neque te quoque differentem ſuſtinuiſſemus, niſi cuncta ad ſcripturam referres: unde argumenta adducere ſtudio tibi eſt. Et nullum ſupra conditorem hujus univerſitatis Deum eſſe pronuncias. Tum ego, Scitis,
Gen. xviii. 13,4. inquam, ſcripturam dicere, *Et dixit Dominus ad Abraam, Quare riſit Sara, dicens, Num vere paritura ſum, ego vero conſenui? An impoſſibile eſt apud Deum verbum? Ad conſtitutum tempus revertar ad te in horas, & erit Saræ filius.*
Gen. xviii. 16, 7. Et paulo poſt: *Conſurgentes autem viri inde, proſpexerunt in faciem Sodomæ & Gomorræ. Abraam porro una cum eis ibat, deducens eos. Dominus vero dixit: Non abſcondam ab Abraam ſervo meo quæ facio.* Et rurſum poſt pauca ſic
Gen. xviii. 20, 1, 2, 3. ait: *Dixit Dominus, Clamor Sodomæ & Gomorræ multiplicatus eſt, & peccata eorum magna admodum. Deſcendens ergo conſpiciam an juxta clamo-*

αὐτοῖς, καὶ Θεὸν λεγόμενον, ὀφθέντα τῷ Ἀβραάμ. Καὶ ὁ Τρύφων, Ἀπόδεικνυε· καὶ γὰρ, ὡς ὁρᾷς, ἥ τε ἡμέρα προκόπτει, καὶ ἡμεῖς πρὸς τὰς οὕτως ἐπικινδύνους ἀποκρίσεις οὐκ ἐσμὲν ἕτοιμοι· ἐπειδὴ οὐδενὸς οὐδέποτε ταῦτα ἐρευνῶντος, ἢ ζητοῦντος, ἢ ἀποδεικνύοντος ἀκηκόαμεν· καί σου λέγοντος οὐκ ἠνειχόμεθα, εἰ μὴ πάντα ἐπὶ τὰς γραφὰς ἀνῆγες· ἐξ αὐτῶν γὰρ τὰς ἀποδείξεις ποιεῖσθαι σπουδάζεις, καὶ μηδένα ὑπὲρ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων εἶναι Θεὸν ἀποφαίνη. Κἀγὼ, Ἐπίστασθε οὖν, ἔφην, ὅτι ἡ γραφὴ λέγει, Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Ἀβραὰμ, τί ὅτι ἐγέλασε Σάῤῥα, λέγουσα, ἆρά γε ἀληθῶς τέξομαι, ἐγὼ δὲ γεγήρακα; μὴ ἀδυνατεῖ παρὰ τῷ Θεῷ ῥῆμα; εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον ἀναστρέφω πρός σε εἰς ὥρας, καὶ τῇ Σάῤῥᾳ υἱὸς ἔσται. Καὶ μετὰ μικρὸν, Ἐξαναστάντες δὲ ἐκεῖθεν οἱ ἄνδρες κατέβλεψαν ἐπὶ πρόσωπον Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας, Ἀβραὰμ δὲ συνεπορεύετο μετ' αὐτῶν, συμπέμπων αὐτούς. ὁ δὲ Κύριος εἶπεν, οὐ μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου ἃ ἐγὼ ποιῶ. Καὶ μετ' ὀλίγον πάλιν οὕτως φησὶν, Εἶπε Κύριος, κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας πεπλήθυνται, καὶ αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν μεγάλαι σφόδρα· καταβὰς οὖν ὄψομαι εἰ κατὰ τὴν κραυ- 278

γὴν

10, 1, 2, 3. Ἀνῆγες—ἀποφαίνῃ.] F. ἀνῆγες (ἐξ αὐτῶν γὰρ τὰς ἀποδείξεις ποιεῖσθαι σπουδάζεις) καὶ μηδένα ὑπὲρ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων Θεὸν ἀποφαίνει. Sed nihil muto.

16. Τί ὅτι ἐγέλασε Σάῤῥα.] Ita iterum p. 356. Editiones LXX. interpretum, & codex Alexandrinus, τί ὅτι ἐγέλασε Σάῤῥα ἐν ἑαυτῇ; Non eſt tamen temere damnanda lectio Juſtini. Nam iſtud ἐν ἑαυτῇ & a bibliis Hebraicis non agnoſcitur (niſi forte latere putas in vocabulo בה) & facile ſe huc inſinuare potuit ex commate antecedente.

18. Ἀδυνατεῖ.] Ita & biblia Aldina, & codex Alexandrinus, & Juſtinus iterum p. 356. Biblia Romana & Complutenſia ἀδυνατήσει.

19, 20. Ἀναστρέφω.] Legendum ἀναστρέψω cum LXX. P. 250. ὁ δὴ εἶπεν, Εἰς ὥρας ἀνακάμψω πρός σε. Infra p. 356. εἰς δὲ καιρὸν τοῦτον ἀποστρέψω. ubi itidem Juſtinum ἀναστρέψω ſcripſiſſe exiſtimo, etſi non ignoro ἀποστρέφειν apud LXX. ſæpe ſignificare *reverti*.

25. Συμπέμπων.] Vulg. biblia συμπροπέμπων, rectius. SYLBURG.

30. Πεπλήθυνται.] Editiones LXX. interpretum πεπλήθυνται πρός με. Codex Alexandrinus ut Juſtinus. Biblia etiam Hebraica non agnoſcunt πρός με. Vide Nobilium.

4. Ἀβραάμ

γὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρός με συντελοῦνται· εἰ δὲ μὴ, ἵνα γνῶ. καὶ ἀποστρέψαντες οἱ ἄνδρες ἐκεῖθεν ἦλθον εἰς Σόδομα, Ἀβραὰμ δὲ ἦν ἑστηκὼς ἔναντι Κυρίου. καὶ ἐγγίσας Ἀβραὰμ εἶπεν, μὴ συναπολέσῃς δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς; καὶ τὰ ἑξῆς. οὐ γὰρ γράφειν πάλιν τὰ αὐτὰ, τῶν πάντων προγεγραμμένων, δοκεῖ μοι· ἀλλ' ἐκεῖνα, δι' ὧν τὴν ἀπόδειξιν τῷ Τρύφωνι καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ πεποίημαι, λέγειν ἀναγκαῖον. τότε οὖν ἦλθον ἐπὶ τὰ ἑξῆς, ἐν οἷς λέλεκται ταῦτα, Ἀπῆλθε δὲ Κύριος, ὡς ἐπαύσατο λέγων τῷ Ἀβραὰμ, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. ἦλθον δὲ οἱ δύο ἄγγελοι εἰς Σόδομα ἑσπέρας, Λὼτ δὲ ἐκάθητο παρὰ τὴν πύλην Σοδόμων, καὶ τὰ ἑξῆς ὁμοίως μέχρι τοῦ, Ἐκτείναντες δὲ οἱ ἄνδρες τὰς χεῖρας, ἐπίασαν τὸν Λὼτ πρὸς ἑαυτοὺς εἰς τὸν οἶκον, καὶ τὴν θύραν τοῦ οἴκου προσέκλεισαν, καὶ τὰ ἑπόμενα μέχρι τοῦ, καὶ ἐκράτησαν οἱ ἄγγελοι τῆς χειρὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς χειρὸς τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν χειρῶν τῶν θυγατέρων αὐτοῦ, ἐν τῷ φείσασθαι Κύριον αὐτοῦ. καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἐξήγαγον αὐτοὺς ἔξω καὶ εἶπον, σῶζε, σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν· μὴ περιβλέψῃ εἰς τὰ ὀπίσω, μηδὲ στῇς ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ· εἰς τὸ ὄρος σῶζε, μήποτε συμπαραληφθῇς. εἶπε δὲ Λὼτ πρὸς αὐτοὺς, δέομαι Κύριε, ἐπειδὴ εὗρεν ὁ παῖς σου ἔλεος ἐναντίον σου, καὶ

clamorem, qui venit ad me, conſummentur; ſin minus, ut ſciam. Et converſi inde viri, venerunt Sodomam: Abraam autem ſtabat coram Domino. Et appropinquans Abraam ait: Num ſimul perdes juſtum cum impio? & quæ ſequuntur. non enim viſum eſt denuo eadem ſcribere, cum omnia prius ſcripta ſint: ſed illa referre neceſſe eſt quibus Tryphoni & amicis ejus demonſtrationem exhibui. Tum ergo ad ea quæ ſequuntur veni: *Abiit autem Dominus, poſtquam cum Abraam loqui deſiit:* (Gen. xviii. 33. xix. 1.) *& ipſe (Abraam) reverſus eſt in locum ſuum. Pervenerunt vero duo angeli Sodomam veſperi. Loth autem ſedebat ad portam Sodomorum,* & quæ ſequuntur uſque ad, *Extenſis autem manibus viri rapuerunt Loth ad ſe in domum, & oſtium domus occluſerunt,* (Gen. xix. 10.) & ſequentia uſque ad, *Et apprehenderunt angeli manum ejus, & manum uxoris ſuæ, & manus filiarum ejus, eo quod parceret ei Dominus.* (Gen. xix. 16—25.) *Et factum eſt, poſtquam eduxerunt eos foras, ut dicerent: Salva, ſalva animam tuam. Ne circumſpice retrorſum poſt tergum, nec conſiſte in omni circumcirca regione: in monte ſalvare, ne quo modo ſimul corripiare. Dixit porro Loth ad ipſos, Obſecro, Domine, quandoquidem invenit ſervus tuus miſericordiam coram te,* &

4. Ἀβραὰμ δὲ ἦν ἑστηκώς.] Sylburgius addit ἔτι ex *vulg. bibliis*. Imperite & infeliciter. Nam & biblia Complutenſia & codex Alexandrinus non habent ἔτι, neque ſi in omnibus eſſet codicibus LXX. interpretum, ideo hic addendum eſſet.

5. Ἔναντι.] Biblia Romana ἐναντίον. Complutenſia ut Juſtinus.

14. Λέγων.] Biblia λαλῶν.

14, 15. Καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ.] Omnino addendum Ἀβραάμ. Mox p. 256. περιελθόντων γὰρ αὐτῶν εἰς Σόδομα, αὐτὸς ὑπολειφθεὶς προσωμίλει τῷ Ἀβραὰμ τὰ ἀναγεγραμμένα ὑπὸ Μωσέως· οὗ δὴ αὐτοῦ ἀπελθόντος μετὰ τὰς ὁμιλίας, ὁ Ἀβραὰμ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. οὗ ἐλθόντος, οὐκέτι δύο ἄγγελοι ὁμιλοῦσι τῷ Λὼτ, ἀλλ' αὐτός. Biblia δὴ Ἀβραὰμ ἀπέστρεψεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ.

15. Ἀπῆλθεν.] Biblia ἀπέστρεψεν. V. p. 256. ℣. 30, 1.

19, 20. Ἐπίασαν.] Biblia εἰσεσπάσαντο. V. virum clariſſimum Bernardum de Montfaucon ad Fragmenta Hexaplorum.

25. Τῶν θυγατέρων.] Biblia τῶν δύο θυγατέρων.

27, 8. Σῶζε, σῶζε.] Biblia σώζων σῶζε.

4. Μή.]

& magnificaſti juſtitiam tuam in eo quod in me facis, ut vivat anima mea. Ego vero non poſſum ſalvari in monte, ne comprehendant me mala, & emoriar. En civitas hæc prope eſt quo confugiam, iſthic exigua. Iſthic ſalvus ero (quam modica eſt). & vivet anima mea. Et dixit ei, Ecce admiratus ſum faciem tuam, atque in verbo iſto non evertam civitatem iſtam de qua locutus es. Feſtina ut ſalvere iſtic. non enim potero peragere negotium donec ingrediaris eo. Propterea vocavit nomen civitatis Segor. Sol exivit ſuper terram & Loth ingreſſus eſt Segor. Et Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur & ignem a Domino de cœlo, & evertit civitates illas, & omnem vicinam in circuitu regionem. Atque hic iterum ceſſans intuli: Etiam nunc intelligiſtis, amici, unum ex tribus & Deum & Dominum, ei qui in cœlis eſt adminiſtrare, Dominum duorum angelorum? Progredientibus enim illis ad Sodomam, ipſe relictus cum Abraam ea collocutus eſt quæ deſcripta ſunt a Moſe. Quo & ipſo poſt colloquium recedente, Abraam in locum ſuum eſt reverſus. Eoque ad Sodomam adveniente, jam non duo angeli verba cum Loth conferunt, ſed ipſe, pro eo atque verbum indicat. atque is Dominus eſt, qui a

Domino

καὶ ἐμεγάλυνας τὴν δικαιοσύνην σου, ὃ ποιεῖς ἐπ' ἐμὲ τοῦ ζῆν τὴν ψυχήν μου, ἐγὼ δὲ οὐ δύναμαι διασωθῆναι εἰς τὸ ὄρος, μὴ καταλάβῃ με κακὰ, καὶ ἀποθάνω· ἰδοὺ ἡ πόλις αὕτη ἐγγὺς τοῦ καταφυγεῖν ἐστὶν ἐκεῖ μικρὰ, ἐκεῖ σωθήσομαι, ὡς μικρά ἐστι, καὶ ζήσεται ἡ ψυχή μου. καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἰδοὺ ἐθαύμασά σου τὸ πρόσωπον, καὶ ἐπὶ τῷ ῥήματι τούτῳ τοῦ μὴ καταστρέψαι τὴν πόλιν περὶ ἧς ἐλάλησας. σπεῦσον τοῦ σωθῆναι ἐκεῖ· οὐ γὰρ δυνήσομαι ποιῆσαι πρᾶγμα ἕως τοῦ εἰσελθεῖν σε ἐκεῖ. διὰ 279
τοῦτο ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τῆς πόλεως Σηγώρ. ὁ ἥλιος ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν γῆν καὶ Λὼτ εἰσῆλθεν εἰς Σηγώρ· καὶ ὁ Κύριος ἔβρεξεν εἰς Σόδομα καὶ Γόμορρα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ Κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέστρεψε τὰς πόλεις ταύτας, καὶ πᾶσαν τὴν περίοικον. Καὶ πάλιν παυσάμενος ἐπέφερον, Καὶ νῦν οὐ νενοήκατε, φίλοι, ὅτι ὁ εἷς τῶν τριῶν, ὁ καὶ Θεὸς καὶ Κύριος τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὑπηρετῶν, Κύριος τῶν δύο ἀγγέλων; προσελθόντων γὰρ αὐτῶν εἰς Σόδομα, αὐτὸς ὑπολειφθεὶς προσωμίλει τῷ Ἀβραὰμ τὰ ἀναγεγραμμένα ὑπὸ Μωσέως· οὗ καὶ αὐτοῦ ἀπελθόντος μετὰ τὰς ὁμιλίας, ὁ Ἀβραὰμ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ· οὗ ἐλθόντος, οὐκέτι δύο ἄγγελοι ὁμιλοῦσι τῷ Λὼτ, ἀλλ' αὐτὸς, ὡς ὁ λόγος δηλοῖ,· καὶ Κύριός ἐστι παρὰ

Κυρίου

4. Μή.] Biblia Romana μήποτε. Aldina, & Complutenſia, & codex Alexandrinus, ut Juſtinus.

6. Καταφυγεῖν ἐστιν ἐκεῖ, μικρά.] Biblia καταφυγεῖν με ἐκεῖ, ἥ ἐστι μικρά.

6,7. Ἐκεῖ σωθήσομαι.] Biblia Romana καὶ ἐκεῖ διασωθήσομαι, Complutenſia καὶ σωθήσομαι. Aldina, & codex Alexandrinus, ut Juſtinus. quæ, niſi fallor, vera lectio eſt.

7. Ὡς μικρά ἐστι.] Biblia οὐ μικρά ἐστι;

7, 8. Καὶ ζήσεται ἡ ψυχή μου.] In editionibus LXX. interpretum additur ἕνεκεν σου, abſque auctoritate bibliorum Hebraicorum.

11. Σπεῦσον.] Editiones LXX. interpretum σπεῦσον οὖν. Biblia Hebraica non agnoſcunt conjunctionem.

13. Εἰσελθεῖν.] Biblia ἐλθεῖν.

14. Τῆς πόλεως.] Biblia τῆς πόλεως ἐκείνης. Hebr. צער.

17. Εἰς] Biblia & Juſtinus ſupra p. 252. & mox p. 257. & p. 357. ἐπί.

22,3,4. Ὁ εἷς τῶν τριῶν — τῶν δύο ἀγγέλων.] Minime placent hæc. Nihil tamen ſubſtituere poſſum quod ſatisfaciat. Experiantur ſagaciores. Interea lectio recepta non videtur omnino ferri non poſſe.

24, 5. Προσελθόντων.] Lege προελθόντων, aut, cum Sylburgio, προαπελθόντων.

19. Δῆλον

Κυρίου τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, τουτέστι τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων, λαβὼν τὸ ταῦτα ἐπενεγκεῖν Σοδόμοις καὶ Γομόῤῥαις, ἅπερ ὁ λόγος καταριθμεῖ, οὕτως εἰπών, Κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ Κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ ὁ Τρύφων, σιγήσαντός μου, εἶπεν, Ὅτι μὲν ἡ γραφὴ τοῦτο ἀναγκάζει ὁμολογεῖν ἡμᾶς, φαίνεται· ὅτι δὲ ἀπορῆσαι ἄξιόν ἐστι περὶ τοῦ λεγομένου, ὅτι ἔφαγε τὰ ὑπὸ τοῦ Ἀβραὰμ κατασκευασθέντα καὶ παρατεθέντα, καὶ σὺ ἂν ὁμολογήσειας. Κἀγὼ ἀπεκρινάμην, Ὅτι μὲν βεβρώκασι, γέγραπται· εἰ δὲ τοὺς τρεῖς ἀκούσαιμεν λελέχθαι βεβρωκέναι, καὶ μὴ τοὺς δύο μόνους (οἵτινες ἄγγελοι τῷ ὄντι ἦσαν, καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, δῆλόν ἐστιν ἡμῖν, τρεφόμενοι, κἂν μὴ ὁμοίαν τροφὴν ἥπερ οἱ ἄνθρωποι χρώμεθα, τρέφονται· περὶ γὰρ τῆς τροφῆς τοῦ μάννα, ἣν ἐτράφησαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἡ γραφὴ οὕτω λέγει, ὅτι ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγον) εἴποιμ' ἂν ὅτι ὁ λόγος ὁ λέγων βεβρωκέναι, οὕτως ἂν λέγοι ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ εἴποιμεν ἐπὶ πυρὸς ὅτι πάντα κατέφαγεν· ἀλλὰ μὴ πάντως τοῦτο ἐξακούειν, ὅτι ὀδοῦσι καὶ γνάθοις μασώμενοι βεβρώκασιν. ὥστε οὐδὲ ἐνταῦθα ἀπορήσαιμεν ἂν περὶ οὐδενός, εἰ τροπολογίας ἔμπειροι κἂν μικρὸν ὑπάρχωμεν. Καὶ ὁ Τρύφων, Δυνατὸν καὶ ταῦτα οὕτω θεραπευθῆναι περὶ τρόπου βρώσεως, παρ' ὃν ἀναλώσαντας τὰ παρασκευασθέντα ὑπὸ τοῦ Ἀβραὰμ, βεβρωκέναι γεγραμμένον

Domino in cœlo, hoc eſt univerſorum parente, accepit ut hæc inferret Sodomitis & Gomorræis, quæ verbum recenſet, ſic inquiens, *Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur & ignem a Domino de cœlo.* Et Trypho, me tacente, infit: Quod quidem ſcriptura hoc nos fateri cogat ſatis apparet: id vero de quo ambigatur dignum eſſe, eum ſcilicet, ut dicitur, ediſſe quæ ab Abraam inſtructa & propoſita ſunt, tu quoque ipſe confiteare. Atque ego reſpondi: Quod quidem ederint, ſcriptum eſt: ſi autem quod tres ederint dictum eſſe accipiamus, & non duo tantummodo (qui angeli revera fuere, atque in cœlis, ut nobis ſatis patet, quamvis non eodem alimento quo nos homines utimur, aluntur. nam de alimonia mannæ, qua patres veſtri in ſolis locis victitarunt, ſcriptura ait, *panem angelorum manducaſſe* eos) dixcrim, verbum quod manducaſſe eos teſtatur, perinde loqui atque ſi de igne nos aſſeveremus, omnia eum devorare; minime vero dictum ita exaudiendum eſſe quaſi dentibus & maxillis mandentes ederint. Proinde ne hic quidem in ambiguitatem quicquam vocaverimus, ſi vel minimum figuratæ locutionis periti ſimus. Et Trypho, Poſſunt ſane iſta interpretatione hujuſmodi quaſi medicina adhibita curari de edendi modo, per quem, conſumpto cibo ab Abraam parato, eos comeſſe ſcriptum

Pſ. lxxvii. 24.5.

19. Δῆλόν ἐστιν ἡμῖν.] F. ὡς δῆλόν ἐστιν ὑμῖν. Sed nihil muto.

29, 30. Ὅτι ὀδοῦσι καὶ γνάθοις μασώμενοι βεβρώκασι.] Joſephus Ant. I. 12. p. 20. δόξαν αὐτῷ παρέχον ἐσθιόντων. V. Druſii Obſervat. Sacr. XIV. 5.

36 & ſeqq. Ἀναλώσαντας τὰ παρασκευασθέντα ὑπὸ τοῦ Ἀβραὰμ, βεβρωκέναι γεγραμμένον ἐστίν.] F. ἀναλώσαντες —— γεγραμμένοι εἰσί.

2, 3, 4. Ου-

ptum eſt. Quocirca fac rationem nobis explices, quomodo iſte ab Abraam conſpectus Deus, qui & adminiſter eſt creatoris univerſorum Dei, ex virgine natus, homo perpeſſionibus ferendis ſimilis omnibus, ſicuti dixiſti, factus ſit. Atque ego, Permitte mihi prius, Trypho, inquam, probationes quaſdam alias pluribus ad caput hoc adducere, ut de eo vos quoque ſatis ſitis perſuaſi: & poſthac quam petis rationem reddam.

Tum ille, Ut tibi videtur, ait, facito: mihi quidem rem valde deſideratam facies. Et ego dixi: Scripturas vobis commemorabo, minime omnium apparatum verborum arte ſola conquiſitorum oſtendere ſatagens. non enim mihi vis eſt aliqua iſtiuſmodi, ſed gratia duntaxat a Deo, ut ſcripturas ejus intelligam, data eſt: cujus gratiæ cunctos gratis & prolixe participes fieri & precor & hortor, ut ne hac quoque de cauſa judicio ſim obnoxius, quod per Dominum meum Jeſum Christum parens rerum omnium Deus eſt peracturus. Hic Trypho: Et hoc

ipſum

μένον ἐστίν· ὥστε ἔρχου ἤδη ἀποδώσων ἡμῖν τὸν λόγον, πῶς οὗτος ὁ τῷ Ἀβραὰμ ὀφθεὶς Θεὸς, καὶ ὑπηρέτης ὢν τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, διὰ τῆς παρ- 280
θένου γεννηθεὶς, ἄνθρωπος ὁμοιοπαθὴς πᾶσιν, ὡς προέφης, γέγονεν.

Κἀγὼ, Συγχώρει, ὦ Τρύφων, πρότερον, εἶπον, καὶ ἄλλας τινὰς ἀποδείξεις τῷ κεφαλαίῳ τούτῳ συναγαγεῖν διὰ πολλῶν, ἵνα καὶ ὑμεῖς πεπεισμένοι καὶ περὶ τούτου ἦτε, καὶ μετὰ τοῦτο ὃν ἀπαιτεῖς λόγον ἀποδώσω.

Κἀκεῖνος, Ὡς σοὶ δοκεῖ, ἔφη, πρᾶττε· καὶ ἐμοὶ γὰρ πάνυ ποθητὸν πρᾶγμα πράξεις. Κἀγὼ εἶπον, Γραφὰς ὑμῖν ἀνιστορεῖν μέλλω, οὐ κατασκευὰς λόγων ἐν μόνῃ τέχνῃ ἐπιδείκνυσθαι σπεύδω. οὐδὲ γὰρ δύναμις ἐμοὶ τοιαύτη τίς ἐστιν, ἀλλὰ χάρις παρὰ Θεοῦ μόνη εἰς τὸ συνιέναι τὰς γραφὰς αὐτοῦ ἐδόθη μοι· ἧς χάριτος καὶ πάντας κοινωνοὺς ἀμισθωτὶ καὶ ἀφθόνως παρακαλῶ γίνεσθαι, ὅπως μὴ καὶ τούτου χάριν κρίσιν ὀφλήσω ἐν ᾗπερ μέλλει κρίσει διὰ τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων Θεὸς ποιεῖσθαι. Καὶ ὁ Τρύφων, Ἀξίως

μὲν

2, 3, 4. Οὗτος ὁ τῷ Ἀβραὰμ ὀφθεὶς Θεὸς, καὶ ὑπηρέτης ὢν τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ.] Sic quoque hæc diſtingui poſſunt, οὗτος ὁ τῷ Ἀβραὰμ ὀφθεὶς, Θεὸς καὶ ὑπηρέτης ὢν &c. quæ interpunctio videtur concinnior. Sed ſunt & quæ alteri ſavent, & quæ huic adverſantur. Eſt autem alicubi in Germania theologus gravis & in primis orthodoxus (Kochium, niſi fallor, vocant) qui (uti me nuper per literas docuit vir eruditiſſimus Erneſtus Salomon Cyprianus) ferre non poteſt ut Filius Patris ὑπηρέτης appelletur, aut ei ὑπηρετῆσαι dicatur. Lædit religioſas hominis aures phraſis Ariana, quam ſeculo ſecundo nunquam auditam fuiſſe, & quarto demum natam putat, ideoque, inter alias cauſas, optimas ſine dubio graviſſimaſque, Dialogum hunc, a quo etiam Harduinus furioſas manus abſtinuit, ſpurium eſſe cenſet. Equidem nimis vellem videre lepidum librum quo ſententiam ſuam defendit. Quæ quoniam mihi nondum contigit felicitas, ſtatuere non poſſum utrum inſaniat homo, an famam ſibi aucupetur defenſione rerum incredibilium. nam ſuſpicari quenquam, qui ſanus & ſobrius eſſet, hoc ex animo facere potuiſſe, in naturam humanam injurioſum & contumelioſum foret. Non eſt iſta, inquis, ſeculi ſecundi vox. Unde itaque fit ut nullus extet ejus ſeculi ſcriptor qui non eodem modo loquatur? Num & ii quoque omnes ſpurii ſunt? Unde ergo tam accurate didiciſti ſtylum ſeculi ſecundi, ſi nihil nunc extet quod eo ſeculo ſcriptum ſit? Arianum autem quomodo hæc phraſis probat fuiſſe Dialogi ſcriptorem? cum etiam quarto ſeculo orthodoxæ fidei vindices maximi acerrimique idem interdum dicant, aut quæ idem valent; etſi parcius & cautius quam ſuperiores propter hæreſin Arianam, qua etiam de cauſa a multis ea ætate damnatæ ſunt ejuſmodi locutiones, & poſtea magis magiſque in dies evitatæ. Eadem phraſi utitur & Philo Judæus (a quo fortaſſe ſcriptores Chriſtiani eam mutuati ſunt) De nominum mutatione p. 1058. τὸν δ' Ἰακὼβ (μετωνόμασεν) ἄγγελος ὑπηρέτης τοῦ Θεοῦ λόγος.

5. Ταῦτα.]

μὲν θεοσεβείας καὶ τοῦτο πράττεις· εἰρωνεύεσθαι δέ μοι δοκεῖς, λέγων δύναμιν λόγων τεχνικῶν μὴ κεκτῆσθαι.

Κἀγὼ πάλιν ἀπεκρινάμην, Ἐπεί σοι δοκεῖ ταῦτα οὕτως ἔχειν, ἐχέτω· ἐγὼ δὲ πέπεισμαι ἀληθῶς εἶναι. ἀλλ᾽ ἵνα μᾶλλον τὰς ἀποδείξεις τὰς λοιπὰς ἤδη ποιήσωμαι, πρόσεχε τὸν νοῦν.

Κἀκεῖνος, Λέγε. Κἀγὼ, Ὑπὸ Μωσέως, ὦ ἀδελφοὶ, πάλιν γέγραπται, ἔλεγον, ὅτι οὗτος ὁ ὀφθεὶς τοῖς πατριάρχαις λεγόμενος Θεὸς, καὶ ἄγγελος καὶ Κύριος λέγεται, ἵνα καὶ ἐκ τούτων ἐπιγνῶτε αὐτὸν ὑπηρετοῦντα τῷ τῶν ὅλων πατρὶ, ὡς ἤδη συνέθεσθε, καὶ διὰ πλειόνων πεπεισμένοι βεβαίως μενεῖτε. ἐξηγούμενος οὖν διὰ Μωσέως ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ τὰ περὶ Ἰακὼβ, τοῦ υἱωνοῦ τοῦ Ἀβραὰμ, οὕτως φησὶ, Καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἐκίσσων τὰ πρόβατα ἐν γαστρὶ λαμβάνοντα, καὶ εἶδον τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτὰ ἐν τῷ ὕπνῳ, καὶ ἰδοὺ οἱ τράγοι καὶ οἱ κριοὶ ἀναβαίνοντες ἐπὶ τὰ πρόβατα καὶ τὰς αἶγας, διάλευκοι, καὶ ποικίλοι καὶ σποδοειδεῖς ῥαντοί. καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ καθ᾽ ὕπνους, Ἰακὼβ, Ἰακώβ· ἐγὼ δὲ εἶπον τί ἐστι Κύριε; καὶ εἶπεν, ἀνάβλεψον τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, καὶ ἴδε τοὺς τράγους καὶ τοὺς κριοὺς ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὰ πρόβατα καὶ τὰς αἶγας, διαλεύκους καὶ ποικίλους καὶ σποδοειδεῖς ῥαντούς. ἑώρακα γὰρ ὅσα σοι Λάβαν ποιεῖ. ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῷ τόπῳ Θεοῦ, οὗ ἤλειψάς μοι ἐκεῖ στήλην, καὶ ηὔξω ἐκεῖ εὐχήν.

ipſum profecto religione veroque Dei cultu dignum facis. Videre autem mihi diſſimulatione uti, cum dicis vim te orationis artificioſæ non tenere. Atque ego rurſum reſpondi: Quandoquidem hæc tibi ita habere videntur, habeant ſane: mihi autem, verum eſſe quod dixi, perſuaſum eſt. Sed ut potius jam reliquas demonſtrationes exequar, animum adverte. Et ille: Dicito.

Ibi ego, Moſes, inquam, o fratres, iterum ſcriptum reliquit, hunc patriarchis conſpectum Deum, qui dicitur, etiam Angelum & Dominum nominari, ut inde quoque cognoſcatis, eum rerum univerſarum patri adminiſtrum eſſe, prout jam aſſenſi eſtis: & pluribus perſuaſi, ſpero, conſtantes in ſententia permanebitis. Per Moſen verbum Dei res Jacob, nepotis ex filio Abraæ, commemorans, ſic infit: *Et factum eſt quando fœtificabant a conceptu oves, vi-* Gen. xxxi. 10—13. *di eas oculis in ſomnis, & ecce birci & arietes conſcendentes ſuper capras & oves, albo diſtincti, & varii, & cineracei aſperſi. Et dixit mihi angelus Dei in ſomnis, Jacob, Jacob. Ego autem dixi: Quid eſt, Domine? Et ait: Suſpice oculis tuis, & vide bircos & arietes conſcendentes ſuper capras & oves, albo diſtinctos, & varios, & cineraceos aſperſos. Vidi namq; quæcunque tibi fecit Laban. Ego ſum Deus conſpectus a te in loco Dei, ubi unxiſti mihi columnam, & votum voviſti.*

5. Ταῦτα.] Τοῦτο pro ταῦτα parva mutatio eſt, & quæ pleriſque criticis, niſi fallor, non uno nomine neceſſaria videbitur. Nos in hujuſmodi rebus codicibus MSS. omnia tribuimus.

6. Ἀληθῶς εἶναι.] F. ἄλλως εἶναι, vel ἀληθῶς εἰπεῖν.

12, 3. Ἄγγελος καὶ Κύριος.] Erunt qui legendum putabunt ἄγγελος τοῦ Κυρίου. Nos nihil mutamus.

20. Ἐκίσσων.] Biblia ἐνεκίσσων.

22. Αὐτά.] Biblia Romana μου. Complutenſia & Aldina μου αὐτά.

27. Ὕπνους.] Biblia ὕπνον.

Ib. Ἰακὼβ, Ἰακώβ] Ita etiam biblia Complutenſia, & codex Alexandrinus. Biblia Romana, cum Hebraicis, unum tantum Ἰακὼβ agnoſcunt.

28. Τί ἐστι Κύριε;] Biblia non habent Κύριε.

36. Ηὔξω.] Biblia ηὔξω μοι.

non indigemus ejus nec profeſſione, nec adoratione. At ego ad hæc dixi: O Trypho, ſi ita uti vos contentionis ſtudioſus & vanus eſſem, non perſeveraſſem vobiſcum communicare verba; qui operam datis, non ut ea quæ dicuntur intelligatis, ſed ut vos ipſos exacuatis, ut modo quidquam a vobis in medium afferatur. Sed in præſentia, quandoquidem judicium Dei metuo, non pronunciabo de generis veſtri quopiam: præterquam ſi quis ex eis ſit, qui, ſecundum gratiam

Eſai. i.9. x. 22. Rom. ix. 27,8,9. Domini Zebaoth, ſalvari poſſint. Quapropter quamvis vos maligne agatis, pergam tamen ad id, quidquid eſt, quod in medium adductum contradicendo profertis, reſpondere: atque id ipſum omnino adverſus omnes ex omni genere hominum, de hiſce inquirere & percunctari ex me volentes, præſto. Itaque quod etiam ex genere veſtro qui ſalvantur, per hunc ipſum ſalutem conſequantur, & in parte ejus ſint, ſi animum ad ea quæ antea a me ex ſcripturis ſunt producta advertiſſetis, profecto jam intellexiſſetis, & me de eo ſcilicet non fuiſſetis percontati. Sed repetam quæ ex Davide prius a me ſunt dicta, & vos oro, ad intelligendum, non autem ad callide agendum & contradicendum tantum, ut vos ipſos excitetis. Verba quæ David protulit, ſunt

Pſ. xcviii. 1—7. hujuſmodi: *Dominus regnavit, iraſcantur populi; ſedens ſuper Cherubim, commo-*

λαχόντες, οὐ δεόμεθα τῆς ὁμολογίας αὐτοῦ, οὐδὲ τῆς προσκυνήσεως. Κἀγὼ πρὸς ταῦτα εἶπον, Ὦ Τρύφων, εἰ ὁμοίως ὑμῖν φιλέρις καὶ κενὸς ὑπῆρχον, οὐκ ἂν ἔτι προσέμενον κοινωνῶν ὑμῖν τῶν λόγων, οὐ συνιέναι τὰ λεγόμενα παρασκευαζομένοις, ἀλλά τι λέγειν μόνον θήγουσιν ἑαυτούς. νῦν δὲ, ἐπεὶ κρίσιν Θεοῦ δέδοικα, οὐ φθάνω ἀποφαίνεσθαι περὶ οὐδενὸς τῶν ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν, εἰ μή τις ἐστὶν ἀπὸ τῶν κατὰ χάριν τὴν ἀπὸ Κυρίου σαβαὼθ σωθῆναι δυνάμενος. διὸ κἂν ὑμεῖς πονηρεύησθε, προσμενῶ πρὸς ὅτιοῦν προβαλεῖσθε καὶ ἀντιλέγετε ἀποκρινόμενος· καὶ τὸ αὐτὸ καὶ πρὸς πάντας ἁπλῶς τοὺς ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων, συζητεῖν ἢ πυνθάνεσθαί μου περὶ τούτων βουλομένους, πράττω. ὅτι οὖν καὶ οἱ σωζόμενοι ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ὑμετέρου, διὰ τούτου 288 σώζονται, καὶ ἐν τῇ τούτου μερίδι εἰσὶ, τοῖς προλελεγμένοις ὑπ' ἐμοῦ ἀπὸ τῶν γραφῶν εἰ προσεσχήκειτε, ἐνενοήκειτε ἂν ἤδη, κἀμὲ δηλονότι περὶ τούτου οὐκ ἂν ἠρωτήσατε. πάλιν δὲ ἐρῶ τὰ προλελεγμένα μοι ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ, καὶ ἀξιῶ ὑμᾶς πρὸς τὸ συνιέναι, μὴ πρὸς τὸ πονηρεύεσθαι καὶ ἀντιλέγειν μόνον, ἑαυτοὺς ὀτρῦναι. εἰσὶν οὖν οἱ λόγοι οὓς φησιν ὁ Δαβὶδ, οὗτοι, Ο Κύριος ἐβασίλευσεν, ὀργιζέσθωσαν λαοί· ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, σαλευ-

θήτω

11—14. Ει μή τις ἐστὶν ἀπὸ τῶν κατὰ χάριν τὴν ἀπὸ Κυρίου σαβαὼθ σωθῆναι δυνάμενος.] F. leg. εἰ μήτι——δυναμένων. Verens judicium Dei non audet de quopiam Judæorum pronunciare, non eſſe eum ἐκ τοῦ καταλείμματος τῶν σωθησομένων, quamvis licet indocilem animum prodat, & alienum ab amore veritatis Hoc viderur voluiſſe Juſtinus, non quod exiſtimavit Langus.

15, 6. Προβαλεῖσθε καὶ ἀντιλέγετε.] Forſitan congruentius προβαλεῖσθε καὶ ἀντιλέξετε. SYLBURGIUS.

25, 6. Κἀμὲ δηλονότι περὶ τούτου οὐκ ἂν ἠρωτήσατε.] Hæc, ut critici noſtri loquuntur, gloſſam olere videantur, præſertim cum Trypho non ſententiam Juſtini rogaverit, ſed ſuam aſſeveranter expoſuerit. Nihil tamen muto.

29, 30. Ανα-

θήτω ἡ γῆ. Κύριος ἐν Σιὼν μέγας, καὶ ὑψηλός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς λαούς. ἐξομολογησάσθωσαν τῷ ὀνόματί σου τῷ μεγάλῳ, ὅτι φοβερὸν καὶ ἅγιόν ἐστι. καὶ τιμὴ βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ· σὺ ἡτοίμασας εὐθύτητας, κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας. ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ· ὅτι ἅγιός ἐστι. Μωσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ, καὶ Σαμουὴλ ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ἐπεκαλοῦντο τὸν Κύριον, καὶ αὐτὸς εἰσήκουεν αὐτῶν· ἐν στύλῳ νεφέλης ἐλάλει πρὸς αὐτούς. ὅτι ἐφύλασσον τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ ἃ ἔδωκεν αὐτοῖς. Καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς καὶ αὐτοῖς προανιστορημένοις διὰ τοῦ Δαβὶδ λεχθεῖσι λόγοις, οὓς εἰς Σολομῶνα ἀνοήτως φάσκετε εἰρῆσθαι, ἐπιγεγραμμένους εἰς Σολομῶνα, ἐξ ὧν καὶ τὸ ὅτι εἰς Σολομῶνα οὐκ εἴρηνται ἀποδείκνυται, καὶ ὅτι οὗτος καὶ πρὸ τοῦ ἡλίου ἦν, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ λαοῦ ὑμῶν σωζόμενοι δι' αὐτοῦ σωθήσονται. εἰσὶ δὲ οὗτοι, Ὁ Θεὸς, τὸ κρίμα σου τῷ βασιλεῖ δὸς, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως· κρίνειν τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει. ἀναλαβέτωσαν τὰ ὄρη τῷ λαῷ εἰρήνην, καὶ οἱ βουνοὶ δικαιοσύνην. κρινεῖ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων, καὶ ταπεινώσει συκοφάντην. καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης εἰς γενεὰς γενεῶν, καὶ τὰ λοιπὰ ἄχρι τοῦ, Πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς· πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. εὐλογητὸς Κύριος

commoveatur terra. Dominus in Sion magnus, & excelſus eſt ſuper omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile & ſanctum eſt. Et honor regis judicium diligit. Tu paraſti directiones: judicium & juſtitiam in Jacob, tu feciſti. Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſubſellium pedum ejus; quoniam ſanctus eſt. Moſes & Aaron in ſacerdotibus ejus, & Samuel inter eos qui invocant nomen ejus. Invocaverunt Dominum, & ipſe exaudivit eos. In columna nubis locutus eſt ad eos. Quoniam cuſtodierunt teſtimonia ejus, & mandata ejus quæ dedit eis. Sunt & alia ſupra allegata & a Davide prolata verba, quæ, quoniam Salomoni inſcribuntur, de eo dicta eſſe inſipienter aſſeveratis, ex quibus cum quod in Salomonem non competant, tum quod hic ipſe ante ſolem fuerit, quodque illi qui e populo veſtro ſervantur per ipſum ſalvi fiant, oſtenditur. Ea ſic habent: *Deus, judicium tuum regi da, & juſtitiam tuam filio regis: ut judicet populum in juſtitia, & pauperes tuos in judicio. Excipiant montes pacem populo, & colles juſtitiam. Judicabit pauperes populi, & ſalvabit filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum ſole, & ante lunam, in generationes generationum,* & reliqua uſque ad, *Ante ſolem permanet nomen ejus. Et benedicentur in eo omnes tribus terræ: omnes gentes beatificabunt eum. Benedictus Dominus*

Pſ. lxxi. 1—5.

Pſ. lxxi. 17, 8, 9.

29, 30. Ἀναλαβέτωσαν τὰ ὄρη τῷ λαῷ εἰρήνην.] Biblia Romana ἀναλαβέτω τὰ ὄρη εἰρήνην τῷ λαῷ σου. Complutenſia & Aldina & Juſtinus ſupra p. 204. ἀναλαβέτω τὰ ὄρη εἰρήνην τῷ λαῷ.

1. Ἰσραήλ.]

Dominus Deus Iſrael, faciens admiranda ſolus. Et benedictum nomen gloriæ ejus in ſeculum ſeculi. Et complebitur gloria ejus omnis terra. Fiat, Fiat. Ex aliis item verbis, per Davidem itidem editis, quæ quadam ex parte ſupra commemoravi, quod oſtenſum ſit, cum e ſummis cœlis progreſſurum, & in eadem loca rediturum, in memoriam revocate, ut & Deum cœlitus profectum, hominemque inter homines factum, & rurſus illum rediturum eſſe, cognoſcatis; quem videbunt & plangent, qui illum pupugerunt. Verba hæc ſunt:
Pſ. xviii. 1—6. *Cœli enarrant gloriam Dei; & opus manuum ejus annunciat firmamentum. Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat ſcientiam. Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exivit ſonus eorum; & in fines orbis, verba eorum. In ſole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tanquam ſponſus procedens e thalamo ſuo; exultabit ut gigas ad currendum viam. A ſummo cœlo exitus ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum cœlum, & non eſt qui abſcondetur a calore ejus.*
Hic Trypho dixit: Religione tot ſcripturarum territus atque perſuaſus, haud ſcio quid dicam de ea ſcriptura quam edidit Eſaias, per quam ſe Deus nulli alteri de gloria ſua ceſ-
Eſ. xlii. 8. ſurum affirmat, ita dicens: *Ego*
Dominus

Κύριος ὁ Θεὸς Ισραὴλ, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος, καὶ εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. γένοιτο, γένοιτο. Καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ὧν προεῖπον ὁμοίως διὰ Δαβὶδ λελέχθαι λόγων, ὅτι ἀπ' ἄκρων τῶν οὐρανῶν προέρχεσθαι ἔμελλεν, καὶ πάλιν εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ἀνιέναι ἐμηνύετο, ἀναμνήσθητε, ἵνα καὶ Θεὸν ἄνωθεν προελθόντα, καὶ ἄνθρωπον ἐν ἀνθρώποις γενόμενον, γνωρίσητε, καὶ πάλιν ἐκεῖ- 289
νον παραγενησόμενον, ὃν ὁρᾶν μέλλουσι καὶ κόπτεσθαι οἱ ἐκκεντήσαντες αὐτόν· εἰσὶ δὲ οὗτοι, Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ τῇ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδόν. ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ, καὶ τὸ κατάντημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀποκρυβήσεται τῆς θέρμης αὐτοῦ. Καὶ ὁ Τρύφων ἔφη, Ὑπὸ τῶν τοσούτων γραφῶν δυσωπούμενος οὐκ οἶδα τί φῶ περὶ τῆς γραφῆς ἣν ἔφη Ησαΐας, καθ' ἣν ὁ Θεὸς οὐδενὶ ἑτέρῳ δοῦναι τὴν δόξαν αὐτοῦ λέγει, οὕτως εἰπών, Εγὼ
Κύριος

1. Ισραήλ.] Biblia & Juſtinus p. 206. τοῦ Ισραήλ.
3. Εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.] Biblia & Juſtinus p. 206. εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.
5 & ſeqq. Καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ὧν προεῖπον &c.] In prioribus nihil tale legitur: pag. 260. quidem iſta pſalmi xix. verba, *in omnem terram exivit ſonus eorum*, ad S. Apoſtolos applicantur; ſed aliorum nulla ibi vel alibi facta mentio. Grabe, Spicileg. vol. 2. p. 262.
27. Οδόν.] Ita biblia Aldina & Complutenſia & Juſtinus Apol. p. 60. & 81. Biblia Romana & Juſtinus infra p. 295. ὁδὸν αὐτοῦ. V. Nobilium.
30. Τῆς θέρμης.] Biblia Romana τὴν θέρμην. Aldina & Complutenſia ut Juſtinus.

1. Τινὰ

Κύριος ὁ Θεός, τοῦτό μου ὄνομα, τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ μὴ δώσω, οὐδὲ τὰς ἀρετάς μου. Κἀγώ, Εἰ μὲν ἁπλῶς, καὶ μὴ μετὰ κακίας, τούτους τοὺς λόγους εἰπὼν ἐσίγησας, ὦ Τρύφων, μήτε τοὺς πρὸ αὐτῶν προειπών, μήτε τοὺς ἐπακολουθοῦντας συνάψας, συγγνωστὸς εἶ· εἰ δὲ χάριν τοῦ νομίζειν δύνασθαι εἰς ἀπορίαν ἐμβάλλειν τὸν λόγον, ἵν' εἴπω ἐναντίας εἶναι τὰς γραφὰς ἀλλήλαις, πεπλάνησαι. οὐ γὰρ τολμήσω τοῦτό, ποτε ἢ ἐνθυμηθῆναι, ἢ εἰπεῖν· ἀλλ' ἐὰν τοιαύτη τις δοκοῦσα εἶναι γραφὴ προβληθῇ, καὶ πρόφασιν ἔχῃ ὡς ἐναντία οὖσα, ἐκ παντὸς πεπεισμένος ὅτι οὐδεμία γραφὴ τῇ ἑτέρᾳ ἐναντία ἐστίν, αὐτὸς μὴ νοεῖν μᾶλλον ὁμολογήσω τὰ εἰρημένα, καὶ τοὺς ἐναντίας τὰς γραφὰς ὑπολαμβάνοντας τὸ αὐτὸ φρονεῖν μᾶλλον ἐμοὶ πεῖσαι ἀγωνίσομαι. ὅπως δ' ἂν ᾖς προτεθεικὼς τὸ πρόβλημα, Θεὸς ἐπίσταται· ἐγὼ δὲ ὡς εἴρηται ὁ λόγος ἀναμνήσω ὑμᾶς, ὅπως καὶ ἐξ αὐτοῦ τούτου γνωρίσητε ὅτι ὁ Θεὸς τῷ Χριστῷ αὐτοῦ μόνῳ τὴν δόξαν δίδωσιν. ἀναλήψομαι δὲ βραχεῖς τινὰς λόγους, ὦ ἄνδρες, τοὺς ἐν συναφείᾳ τῶν εἰρημένων ὑπὸ τοῦ Τρύφωνος, καὶ τοὺς ὁμοίως συνημμένους κατ' ἐπακολούθησιν· οὐ γὰρ ἐξ ἑτέρας περικοπῆς αὐτοὺς ἐρῶ, ἀλλ' ὑφ' ἓν ὡς εἰσὶ συνημμένοι· καὶ ὑμεῖς τὸν νοῦν χρήσατέ μοι. εἰσὶ δὲ οὗτοι, Οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεός, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανόν, καὶ πήξας αὐτόν, ὁ στερεώσας τὴν γῆν, καὶ τὰ

Dominus Deus, hoc nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, neque virtutes meas. Et ego: Si quidem ſimpliciter, citra malitiam, his verbis prolatis conticuiſti, neque quæ præcedunt præmittens, neque quæ ſequuntur connectens, veniam mereris: ſin ea gratia id feciſti quod ita eo me anguſtiarum redigere te poſſe putares, ut dicerem adverſari invicem ſibi ſcripturas, erraſti. Neque enim unquam hoc audebo vel in animum inducere, vel eloqui: verum ſi quæ ſcriptura, quæ ejuſmodi eſſe videatur, in medium proponatur, & obtentum eum, quaſi adverſaria alteri ſit, habeat; omnibus modis perſuaſum habens nullam ſcripturam alteri contrariam eſſe, ipſe me potius quæ dicta ſunt non intelligere fatebor, atque ut illi qui ſcripturis inter ſe non convenire ſuſpicantur, idem mecum ſentiant, perſuadere contendam. Ut tu autem quæſtionem propoſueris, Deus novit: ego certe quidem quomodo hoc verbum ſit conceptum, vobis in memoriam redigam, ut inde quoque intelligatis Deum Chriſto ſuo ſoli gloriam dare. Sed altius quædam non ita multa, o viri, quæ dicto a Tryphone prolato cohærent, quæque item per conſequentiam annexa ſunt, repetam verba; non aliunde reciſa producens, ſed ita ut ſunt uno contextu conjuncta: & vos ad ea mihi animum advertite. Sunt autem iſta: *Sic dicit Dominus Deus, qui fecit cœlum, &* Eſ. xlii. 5—13. *fixit illud, qui firmavit terram, & quæ*

1. Τοῦτό μου ὄνομα.] Biblia τοῦτό μου ἐστὶ τὸ ὄνομα.
2. Οὐ μὴ δώσω.] Biblia οὐ δώσω.
8. Συγγνωστὸς εἶ.] Antichroniſmus eſt, præſens εἶ pro præterito ἦς. SYLBURGIUS. Duxit eum in errorem, ut ſæpe alias, Langus, qui hunc locum ſic vertit: *Siquidem ſimpliciter, citra malitiam, his verbis prolatis conticuiſſes,* —— *veniam mereberis.* Quaſi Juſtinus quo animo hoc a Tryphone factum fuerit, non incertum reliquiſſet, quod apertiſſime facit, ſed ſine ulla dubitatione ſtatuiſſet & pronunciaſſet.

quæ in ea ſunt, & dat animam populo qui in ea eſt, & ſpiritum calcantibus eam. Ego Dominus Deus vocavi te in juſtitia, & prehendam manum tuam, & fortem faciam te. Et dedi te in teſtamentum generis, in lucem gentium, ut aperias oculos cæcorum, educas e vinculis compedatos, & e domo cuſtodiæ ſedentes in tenebris. Ego Dominus Deus: hoc nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo, neque virtutes meas ſculptilibus. Quæ ab initio fuere, ecce veniunt: nova ſunt quæ ego annuncio. Et priuſquam annunciata, declarata ſunt vobis. Cantate Domino canticum novum. Principatus ejus a ſummo terræ. Deſcendentes in mare, & navigantes ſemper; inſulæ, & inhabitantes eas. Lætare deſertum, & vici eorum, & villæ. Et habitantes Cedar lætabuntur, & habentes petram a ſummis montibus clamabunt. Dabunt Deo gloriam, virtutes ejus in inſulis annunciabunt. Dominus virtutum egredietur, conteret bellum, excitabit æmulationem, & vociferabitur adverſus inimicos cum fortitudine. Hæc cum recenſuiſſem, dixi ad eos: Intellexiſtiſne, o viri, Deum affirmare daturum ſe huic gloriam, quem in lucem gentium conſtituit,

&

τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ διδοὺς πνοὴν τῷ λαῷ τῷ ἐπ' αὐτῆς, καὶ πνεῦμα τοῖς πατοῦσιν αὐτήν. ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἰσχύσω σε, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς, τοῦτό μου ὄνομα· τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ μὴ δώσω, οὐδὲ τὰς ἀρετάς μου τοῖς γλυπτοῖς. τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἰδοὺ ἥκει, καινὰ ἃ ἐγὼ ἀναγγέλλω· καὶ πρὸ τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐδηλώθη ὑμῖν. ὑμνήσατε τῷ Θεῷ ὕμνον καινόν· ἀρχὴ αὐτοῦ ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς· οἱ καταβαίνοντες εἰς τὴν θάλασσαν καὶ πλέοντες ἀεὶ, νῆσοι καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτάς. εὐφράνθητι ἔρημος, καὶ αἱ κῶμαι αὐτῶν, καὶ αἱ ἐπαύλεις, καὶ οἱ κατοικοῦντες Κηδὰρ εὐφρανθήσονται, καὶ οἱ κατοικοῦντες πέτραν ἀπ' ἄκρου τῶν ὀρέων βοήσονται, δώσουσι τῷ Θεῷ δόξαν, τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ἐν ταῖς νήσοις ἀναγγελοῦσι. Κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων ἐξελεύσεται, συντρίψει πόλεμον, ἐπεγερεῖ ζῆλον, καὶ βοήσεται ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς μετ' ἰσχύος. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἔφην πρὸς αὐτοὺς, Νενοήκατε, ὦ φίλοι, ὅτι ὁ Θεὸς λέγει δώσειν τούτῳ, ὃν εἰς φῶς ἐθνῶν κατέστησε, δόξαν,

καὶ

13. Ἥκει, καινά.] Biblia ἥκασι, καὶ καινά.

15. Τῷ Θεῷ] Biblia τῷ Κυρίῳ.

16. Ἀρχὴ αὐτοῦ ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς.] Hebr. תהלתו מקצה הארץ. Biblia Græca ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ, δοξάζετε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς. ubi duæ verſiones, quod in Juſtino ſæpe accidiſſe vidimus, coaluerunt. Nimirum qui vertebat δοξάζετε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, legebat, quemadmodum nunc eſt in bibliis Hebraicis, & ſine dubio recte, תהלתו: alius legebat תחלתו, & proinde vertebat ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ. Quæ verſio primum ſupra alteram ſcripta (eam enim germanam puto) cito in textum irrepſit; nam utramque exhibent, non tantum editiones LXX. interpretum, ſed & codex Alexandrinus, & Curterii Eſaias, &, ut recentiores patres præteream, Irenæus. Editiones omnes cum dixi, excipienda erat Complutenſis, quæ non habet ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ.

17, 8, 9. Οἱ καταβαίνοντες εἰς τὴν θάλασσαν καὶ πλέοντες ἀεὶ, νῆσοι καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτάς.] Lege, vel cum bibliis—καὶ πλέοντες αὐτὴν, αἱ νῆσοι &c. vel ſaltem καὶ πλέοντες, αἱ νῆσοι &c.

19, 23. Αἱ κῶμαι αὐτῶν, καὶ αἱ ἐπαύλεις.] Biblia αἱ κῶμαι αὐτῆς, ἐπαύλεις.

20—23. Κατοικοῦντες—βοήσονται.] Biblia κατοικοῦντες Κηδάρ. εὐφρανθήσονται οἱ κατοικοῦντες πέτραν, ἀπ' ἄκρου τῶν ὀρέων βοήσουσι.

26. Ἐξελεύσεται, συντρίψει.] Biblia ἐξελεύσεται, καὶ συντρίψει.

28. Ἐχθρούς.] Biblia ἐχθροὺς αὐτοῦ.

26. Καὶν

καὶ οὐκ ἄλλῳ τινὶ, καὶ οὐχ, ὡς ἔφη Τρύφων, ὡς ἑαυτῷ κατέχοντος τοῦ Θεοῦ τὴν δόξαν; Καὶ ὁ Τρύφων ἀπεκρίνατο, Νενοήκαμεν καὶ τοῦτο· πέραινε τοιγαροῦν καὶ τὰ ἐπίλοιπα τοῦ λόγου. Κἀγὼ πάλιν ἀναλαβὼν τὸν λόγον, ὁπόθεν τὴν ἀρχὴν ἐπεπαύμην ἀποδεικνύων ὅτι ἐκ παρθένου γεννητὸς, καὶ διὰ παρθένου γεννηθῆναι αὐτὸν διὰ Ἡσαΐου ἐπεπροφήτευτο, καὶ αὐτὴν τὴν προφητείαν πάλιν ἔλεγον. ἔστι δὲ αὕτη, Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαι τῷ Ἀχαζ, λέγων, αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος. καὶ εἶπεν Ἀχαζ, οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδὲ μὴ πειράσω Κύριον. καὶ εἶπεν Ἡσαΐας, ἀκούσατε δὴ οἶκος Δαβίδ. μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις, καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; διατοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. βούτυρον καὶ μέλι φάγεται. πρὶν ἢ γνῶναι αὐτὸν, ἢ προελέσθαι πονηρὰ, ἐκλέξεται τὸ ἀγαθόν. διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον κακὸν ἢ ἀγαθὸν, ἀπειθεῖ πονηρὰ τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας ἔναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. καὶ καταληφθήσεται ἡ γῆ σκληρῶς οἴσεις ἀπὸ
291 προσώπου τῶν δύο βασιλέων, ἀλλ' ἐπάξει ὁ Θεὸς ἐπὶ σὲ, καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός σου, ἡμέρας αἳ οὔπω ἥκασιν ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἀφεῖλεν Ἐφραὶμ ἀπὸ Ἰούδα τὸν βασιλέα Ἀσσυρίων. Καὶ ἐπέφερον,

Ὅτι

& non alii cuiquam; non ita certe quidem, ut Trypho dixit, perinde atque ſibi ipſi retineat gloriam Deus? Tum Trypho reſpondit: Intelleximus hoc quoque; tu vero cætera etiam hujus loci abſolve. Et ego rurſum repetita, unde primum dicere deſieram, oratione, oſtendens e virgine genitum, & e virgine genitum iri per Eſaiam vaticinio eſſe prænunciatum, vaticinium ipſum denuo recitavi. eſt autem ejuſmodi: *Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens:* Eſ. vii. 10–16. *Pete tibi ipſi ſignum a Domino Deo tuo, in profundum, vel in altum. Et dixit Achaz: Non petam, neque tentabo Dominum. Et dixit Eſaias: Audito ſane, domus David: Parumne vobis eſt moleſtiam exhibere hominibus, & quomodo Domino moleſtiam exhibetis? Quapropter dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emanuel. Butyrum & mel comedet. Priuſquam ipſe aut norit aut præferat prava, eliget bonum (propterea quod priuſquam norit malum aut bonum, repudiat mala, ut eligat bonum.) Priuſ-* Eſ. viii. 4. *quam puellus norit vocare patrem aut matrem, accipiet poteſtatem Damaſci, & ſpolia Samariæ in conſpectu regis Aſſyriorum, & capietur terra. Duriter feres a facie duorum regum: ſed adducet Deus ſuper te,* Eſ. vii. 16, 7. *& populum tuum, & ſuper domum patris tui, dies qui nondum venerunt ab eo die cum abduxit Ephraim a Juda regem Aſſyriorum.* Atque intuli,

quod

26. Κακὸν ἢ ἀγαθόν.] Biblia & Juſtinus p. 224. ἀγαθὸν ἢ κακόν.

32. Ἡ γῆ σκληρῶς οἴσεις.] Legendum ſine dubio ἡ γῆ ἣν σὺ σκληρῶς οἴσεις, ut ſupra p. 224. Biblia ἡ γῆ ἣν σὺ φοβῇ.

1—5. Ὅτι

quod in genere Abrahæ ſecundum carnem nunquam quiſquam e virgine genitus ſit, neque genitum eſſe quenquam dictum fuerit, præter hunc noſtrum Chriſtum, manifeſtum eſſe omnibus. Et Trypho reſpondit: Scriptura non habet, *Ecce virgo in utero concipiet & pariet filium*, ſed, *Ecce juvencula in utero concipiet & pariet filium*, & quæ ſequuntur reliqua ſicut dixiſti. Prophetia autem tota in Ezechiam eſt dicta: id quod eventa etiam ejus, juxta vaticinium iſtud, indicant. Et in Græcorum, qui dicuntur, fabulis dictum eſt, Perſeum e Danae virgine, in auri forma in illam eo qui apud ipſos Jupiter vocatur fluente, prognatum eſſe. ac vos eadem cum illis dicere erubeſcere, & potius hominem ex hominibus editum eſſe Jeſum, &, ſi ex ſcripturis oſtendere poteſtis ipſum eſſe Chriſtum, propterea quod legitime & perfecte vixerit, dignum eſſe habitum qui Chriſtus eligeretur, dicere, & non ita prodigioſa loqui audere, debetis, ut ne pariter cum Græcis deſipere coarguamini. Atq; ego ad

Ὅτι μὲν οὖν ἐν τῷ γένει τοῦ κατὰ σάρκα Ἀβραὰμ οὐδεὶς οὐδέποτε ἀπὸ παρθένου γεγέννηται, οὐδὲ λέλεκται γεγεννημένος, ἀλλ᾽ ἢ οὗτος ὁ ἡμέτερος Χριστὸς, πᾶσι φανερόν ἐστι. Καὶ ὁ Τρύφων ἀπεκρίνατο, Ἡ γραφὴ οὐκ ἔχει, Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱὸν, ἀλλ᾽ Ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ τὰ ἑξῆς λοιπὰ ὡς ἔφης. ἔστι δὲ ἡ πᾶσα προφητεία λελεγμένη εἰς Ἐζεκίαν, εἰς ὃν καὶ ἀποδείκνυται ἀποβάντα κατὰ τὴν προφητείαν ταύτην. ἐν δὲ τοῖς τῶν λεγομένων Ἑλλήνων μύθοις λέλεκται ὅτι Περσεὺς ἐκ Δανάης, παρθένου οὔσης, ἐν χρυσοῦ μορφῇ ῥυέντος ἐπ᾽ αὐτὴν τοῦ παρ᾽ αὐτοῖς Διὸς καλουμένου, γεγέννηται· καὶ ὑμεῖς τὰ αὐτὰ ἐκείνοις λέγοντες αἰδεῖσθαι ὀφείλετε, καὶ μᾶλλον ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων λεγόμενοι λέγειν τὸν Ἰησοῦν τοῦτον, καὶ ἐὰν ἀποδείκνυτε ἀπὸ τῶν γραφῶν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, διὰ τὸ ἐννόμως καὶ τελέως πολιτεύεσθαι αὐτὸν κατηξιῶσθαι τοῦ ἐκλεγῆναι εἰς Χριστὸν, ἀλλὰ μὴ τερατολογεῖν τολμᾶτε, ὅπως μήτε ὁμοίως τοῖς Ἕλλησι μωραίνειν ἐλέγχησθε. Καὶ ἐγὼ πρὸς

1—5. Ὅτι μὲν οὖν ἐν τῷ γένει τοῦ κατὰ σάρκα Ἀβραὰμ οὐδεὶς οὐδέποτε ἀπὸ παρθένου γεγέννηται, οὐδὲ λέλεκται γεγεννημένος, ἀλλ᾽ ἢ οὗτος ὁ ἡμέτερος Χριστὸς, πᾶσι φανερόν ἐστι.] Legendum ἐν τῷ γένει τῷ κατὰ σάρκα Ἀβραὰμ, vel τοῦ Ἀβραάμ. Si dubitare potes de re tam certa, vide p. 224. ꝟ. 17—21.

10, 1, 2. Ἔστι δὲ ἡ πᾶσα προφητεία λελεγμένη εἰς Ἐζεκίαν.] Non erat Trypho ſolus in hac ſententia. Idem olim ſenſerunt multi Judæorum, quod non tantum noſtrorum, ſed & ſui ipſorum quoque libri docent. Recentiores tamen Rabbini hanc interpretationem repudiarunt. R. Solomon (qui vulgo Jarchi appellatur) in loc. יש פתרין שעל חזקיה נאמר ואי אפשר שהרי כשאתה מונה שנותיו תמצא שנולד חזקיה לפני מלכות אביו תשע שנים. Ipſe tamen Hezechias (ſi Coſmæ Ægyptio habenda fides ſit) & hoc vaticinium ad ſe pertinere, & Meſſiam ſemet eſſe exiſtimavit. Notum illud celeberrimi R. Hillelis אין משיח לישראל שכבר אכלוהו בימי חזקיה: V. Gemaram in סנהדרין fol. 98. 2, 99. 1. & fol. 94. 1.

15, 6. Ἐκ Δανάης παρθένου οὔσης.] Apol. I. p. 34. Εἰ δὲ καὶ διὰ παρθένου γεγεννῆσθαι φέρομεν, κοινὸν καὶ τοῦτο πρὸς τὸν Περσέα ἔστω ὑμῖν. Virgo autem dicitur Danae quia peperit οὐ συνουσιασθεῖσα. Quocirca ſe gravidam factam valde eſt admirata, ſi verum dicit Mercurius in Euripidis Danae.

> Χρόνῳ δ᾽ ἑαυτὴν ὡς κατεῖδ᾽ ὠγκωμένην,
> Εἰς θαῦμ᾽ ἰσχει.

21. Λεγόμενοι] Aptius legemus γενόμενον, *natum, ortum*. SYLBURGIUS.

6. ἐξ

πρὸς ταῦτα ἔφην, Ὦ Τρύφων, Ἐκεῖνό σε πεπεῖσθαι βούλομαι, καὶ πάντας ἁπλῶς ἀνθρώπους, ὅτι κἂν γελοιάζοντες ἢ ἐπιτωθάζοντες χείρονα λέγητε, οὐκ ἐκστήσετέ με τῶν προκειμένων, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν εἰς ἔλεγχον νομίζετε προβάλλειν λόγων τε ἢ πραγμάτων, ἐξ αὐτῶν τὰς ἀποδείξεις τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων, μετὰ μαρτυρίας τῶν γραφῶν, ἀεὶ ποιήσομαι. οὐκ ὀρθῶς μέντοι οὐδὲ φιλαλήθως ποιεῖς, κἀκεῖνα περὶ ὧν ἀεὶ συγκαταθέσεις ἡμῖν γεγόνηνται, ὅτι διὰ τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ ὑμῶν διὰ Μωσέως τινὲς τῶν ἐντολῶν τεθειμέναι εἰσὶν, ἀναλύειν πειρώμενος. ἔφης γὰρ διὰ τὸ ἐννόμως πολιτεύεσθαι, ἐκλελέχθαι αὐτὸν καὶ Χριστὸν γεγενῆσθαι, εἴ γε ἄρα ἀποδειχθείη ὤν. Καὶ ὁ Τρύφων, Σὺ γὰρ ὡμολόγησας ἡμῖν, ἔφη, ὅτι καὶ περιετμήθη, καὶ τὰ ἄλλα τὰ νόμιμα τὰ διὰ Μωσέως διαταχθέντα ἐφύλαξε. Κἀγὼ ἀπεκρινάμην, Ὡμολόγησά τε καὶ ὁμολογῶ, ἀλλ' οὐχ ὡς δικαιούμενον αὐτὸν διὰ τούτων ὡμολόγησα ὑπομεμενηκέναι πάντα, ἀλλὰ τὴν οἰκονομίαν ἀπαρτίζοντα ἣν
292 ἤθελεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ τῶν ὅλων ποιητὴς καὶ Κύριος καὶ Θεός. καὶ γὰρ τὸ ἀποθανεῖν σταυρωθέντα ὁμολογῶ ὑπομεῖναι αὐτὸν, καὶ τὸ ἄνθρωπον γενέσθαι, καὶ τοσαῦτα παθεῖν ὅσα διέθεσαν αὐτὸν οἱ ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν. ἐπεὶ πάλιν, ὦ Τρύφων, μὴ συντίθεσθε οἷς φθάνεις συντεθειμένος, ἀπόκριναι

ad iſta reſpondi: O Trypho, illud tibi perſuaſum eſſe volo, & omnibus omnino hominibus, etiamſi ridentes & ſannis ludentes deteriora dicatis, non me tamen a propoſito dimotum iri. Quin potius ego, ex quibus vos refutationem proferre putatis dictis & rebus, ex eiſdem verborum meorum, cum ſacrarum literarum atteſtationibus, perficiam demonſtrationes. Non recte profecto, neque ut veri amantem decet, facis, qui illa etiam, de quibus nobis ſemper per aſſenſionem tuam convenit (quod propter corda populi veſtri indurata, per Moſen mandata quædam propoſita ſint) ſolvere & evertere moliris. Dixiſti namque, eo Chriſtum lectum eſſe, ſi quidem eum eſſe demonſtratum fuerit, quod legitime vitam egit. Et Trypho, Tu quippe, inquit, nobis confeſſus es, cum circumciſum eum eſſe, tum legitima alia per Moſen ſancita ſervaſſe. Cui reſpondi: Confeſſus ſum, & fateor: verum non quod his juſtificatus ſit, propterea ſuſtinuiſſe omnia ſum confeſſus; ſed ut œconomiam & provinciam ſibi a patre ſuo & rerum omnium conditore & Domino & Deo mandatam, juxta illius voluntatem obiret & abſolveret. Siquidem & ea cauſa in cruce ſuſpenſum & mortuum & hominem factum eſſe, & ea patiendo, quibuſcunque eum populares veſtri affecerunt, ſuſtinuiſſe fateor. Cæterum, o Trypho, quando rurſus ab eis diſſentis, quibus antea es aſſenſus,

6. Ἐξ αὐτῶν.] Pro αὐτῶν requiritur relativum ὧν, ſeu ἐν ὧν, ne quid e vulgatæ ſcripturæ veſtigiis pereat (ſed aſſumpto ἂν, etiam ſubjunctive ſcribendum foret νομίζητε) vel ſi cum emphaſi legas ἐξ αὐτῶν ὧν, in redditione ℣. 8. itidem legendum fuerit ἐξ αὐτῶν τούτων. Sylburgius.

8, 9, 10. Ἐξ αὐτῶν τὰς ἀποδείξεις—ποιήσομαι.] V. p. 294, 5, 6, 7.

20. Σὺ γὰρ ὡμολόγησας.] Fortaſſe confeſſio hæc in ſuperioribus intercidit. Langus.

26. Πάντα.] F. αὐτά.

33, 4, 5. Ἐπεὶ πάλιν, ὦ Τρύφων, μὴ συντίθεσθε οἷς φθάνεις συντεθειμένος.] F. ἐπεὶ δὲ πάλιν, ὦ Τρύφων, μὴ συντίθεσαι οἷς φθάνεις συντεθειμένος. Sed de-

ſus, reſponde mihi: Qui ante Moſen fuere juſti & patriarchæ, cum nihil eorum ſervarint, quæ verbum oſtendit initium conſtitutionis per Moſen accepiſſe, ſervanturne in beatorum hæreditate, an minus? Et Trypho, Scripturæ mihi, inquit, confitendi imponunt neceſſitatem. Denuo te interrogo, inquam: Oblationes & victimas ob penuriamne ſuam Deus offerre patres veſtros juſſit, an propter duritiam cordis eorum, procliveſque ad ſimulacrorum cultum animos? Hoc ipſum, inquit ille, nos ſimiliter confiteri cogunt ſacræ literæ. Et quod Deus, inquam, receperit novum teſtamentum ſe daturum eſſe, præter id quod in monte Oreb factum eſt, an itidem ſcripturæ prædixere? Atque ille confeſſus eſt. Vetus autem illud, inquam, teſtamentum, annon cum metu & tremore patribus veſtris diſpoſitum eſt, adeo ut Deum exaudire non poſſent? Atque ille confeſſus eſt. Cur ergo, dixi ego, aliud teſtamentum fore Deus pollicitus eſt (non ſicut illud eſt diſpoſitum) atque id eis ſine timore & tremore & fulgetris ordinatum iri dixit? an hoc indicat, aliquod quidem Deum, tanquam perpetuum, & omni generi congruens, & mandatum & opus ordinaſſe; aliquod autem, ad duritiam cordis populi veſtri id accommodantem, pro eo atque per prophetas etiam vociferatur, ſanxiſſe? Huic quoque ſententiæ aſſentiri, inquit, eos omnino, veritatis amatores qui ſunt, & non conten-

Hierem. xxxi. 31, 2. Exod. xix. 16. Hebr. xii. 18, 9.

κεῖναί μοι· Οἱ πρὸ Μωσέως γενόμενοι δίκαιοι καὶ πατριάρχαι μηδὲν φυλάξαντες τῶν ὅσα ἀποδείκνυσιν ὁ λόγος ἀρχὴν διαταγῆς εἰληφέναι διὰ Μωσέως, σώζονται ἐν τῇ τῶν μακαρίων κληρονομίᾳ, ἢ οὔ; Καὶ ὁ Τρύφων ἔφη, Αἱ γραφαὶ ἀναγκάζουσί με ὁμολογεῖν. Ὁμοίως δὲ ἀνερωτῶ σε πάλιν, ἔφην, τὰς προσφορὰς καὶ τὰς θυσίας δι' ἔνδειαν ὁ Θεὸς ἐνετείλατο ποιεῖν τοὺς πατέρας ὑμῶν, ἢ διὰ τὸ σκληροκάρδιον αὐτῶν, καὶ εὐχερεῖς πρὸς εἰδωλολατρείαν; Καὶ τοῦτο, ἔφη, αἱ γραφαὶ ὁμοίως ἀναγκάζουσιν ὁμολογεῖν ἡμᾶς. Καὶ ὅτι, φημὶ, καινὴν διαθήκην διαθήσεσθαι ὁ Θεὸς ἐπήγγελται παρὰ τὴν ἐν ὄρει Χωρὴβ ὁμοίως αἱ γραφαὶ προεῖπον; Καὶ τοῦτο ἀπεκείνατο προειρῆσθαι. Κἀγὼ πάλιν, Ἡ δὲ παλαιὰ διαθήκη, ἔφην, μετὰ φόβου καὶ τρόμου διετάγη τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ὡς μηδὲ δύνασθαι αὐτοὺς ἐπαΐειν τοῦ Θεοῦ; Κἀκεῖνος ὡμολόγησε. Τί οὖν, ἔφην, ἑτέραν διαθήκην ἔσεσθαι ὁ Θεὸς ὑπέσχετο, οὐχ ὡς ἐκείνη διετάγη, καὶ ἄνευ φόβου καὶ τρόμου καὶ ἀστραπῶν διαταγῆναι αὐτοῖς ἔφη καὶ δεικνύουσαν, τί μὲν ὡς αἰώνιον καὶ παντὶ γένει ἁρμόζον καὶ ἔνταλμα καὶ ἔργον ὁ Θεὸς ἐπίσταται, τί δὲ πρὸς τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ ὑμῶν ἁρμοσάμενος, ὡς καὶ διὰ τῶν προφητῶν βοᾷ, ἐνετέταλτο; Καὶ τούτῳ συνθέσθαι, ἔφη, ἐκ παντὸς τοὺς φιλαλήθεις, ἀλ-

defectus conjunctionis animo concitato & in diſputando vehementi forſitan imputari poſſit: & cum Trypho pro comitibus etiam ſuis perſæpe loquatur, mutatio numeri ferri quoque fortaſſe poſſe videatur.

13, 14, 15. Καὶ τοῦτο, ἔφη, αἱ γραφαὶ ὁμοίως ἀναγκάζουσιν ὁμολογεῖν ἡμᾶς.] Idem fatentur principes Rabbinorum, Maimonides & Abarbanel, ne Juſtinum Judæum ſuum nimis flexibilem hic finxiſſe putes.

28 & ſeqq. Ἔφη, καὶ δεικνύουσαν, τί μὲν &c.] F. leg. ἔφη; ἢ δείκνυσιν ὅτι τί μὲν—τί δὲ—;

λαὶ μὴ φιλέριδας, ἀναγκαῖον. Κἀγὼ, Οὐκ οἶδ᾽ ὅπως, ἔφην, φιλερίστους τινὰς ἀποκαλῶν, αὐτὸς πολλάκις ἐν τούτῳ ἐφάνης τῷ ἔργῳ ὤν, ἀντειπὼν πολλάκις οἷς συνετίθης. Καὶ ὁ Τρύφων, Ἄπιστον γὰρ καὶ ἀδύνατον σχεδὸν πρᾶγμα ἐπιχειρεῖς ἀποδεικνύναι, ὅτι Θεὸς ὑπέμεινε γεννηθῆναι, καὶ ἄνθρωπος γενέσθαι. Εἰ τοῦτο, ἔφην, ἐπ᾽ ἀνθρωπείοις διδάγμασιν ἢ ἐπιχειρήμασιν ἐπεβαλόμην ἀποδεικνύναι, ἀνασχέσθαι μου οὐκ ἂν ἔδει ὑμᾶς· εἰ δὲ γραφὰς καὶ εἰς τοῦτο εἰρημένας τοσαύτας, πλειστάκις αὐτὰς λέγων, ἀξιῶ ὑμᾶς ἐπιγνῶναι αὐτὰς, σκληροκάρδιοι πρὸς τὸ γνῶναι νοῦν καὶ θέλημα τοῦ Θεοῦ γίνεσθε.
293 εἰ δὲ βούλεσθε τοιοῦτοι ἀεὶ μένειν, ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἂν βλαβείην, τὰ δὲ αὐτὰ ἀεὶ ἔχων, ἃ καὶ πρὸ τοῦ συμβαλεῖν ὑμῖν εἶχον, ἀπαλλάξομαι ὑμῶν. Καὶ ὁ Τρύφων, Ὅρα, ὦ φίλε, ἔφη, ὅτι μετὰ πολλοῦ κόπου καὶ καμάτου γέγονέ σοι τὸ κτήσασθαι αὐτά· καὶ ἡμᾶς οὖν, βασανίσαντας πάντα τὰ ἐπιτρέχοντα, συνθέσθαι δεῖ οἷς ἀναγκάζουσιν ἡμᾶς αἱ γραφαί. Κἀγὼ πρὸς ταῦτα, Οὐκ ἀξιῶ, εἶπον, ὑμᾶς μὴ παντὶ τρόπῳ ἀγωνιζομένους τὴν ἐξέτασιν τῶν ζητουμένων ποιεῖσθαι, ἀλλ᾽ ἐκείνοις μὴ πάλιν ἀντιλέγειν, μηδὲν ἔχοντας λέγειν, οἷς ἔφητε συνθέσθαι. Καὶ ὁ Τρύφων ἔφη, Τοῦτο πειρασόμεθα πράξειν.

Πάλιν ἐγὼ ἔφην, Πρὸς τοῖς ἀνηρωτημένοις καὶ νῦν ὑπ᾽ ἐμοῦ, πάλιν ἀνερωτήσασθαι

contentionis ſtudioſi, oportet. Ego autem, Neſcio quomodo, inquam, tu contentionis ſtudioſos quoſdam nominans, ipſe perſæpe in eo opere eſſe appares, contra ea plerumque veniens quæ antea comprobaſti. Et Trypho: Rem enim incredibilem & prope impoſſibilem demonſtrare moliris, Deum naſci, & hominem fieri ſuſtinuiſſe. Si quidem hoc, inquam, humanis doctrinis & argumentis probare auſpicatus eſſem, minime me vos ferre oportuit. Sin tot ſcripturas in hoc promulgatas iterum iterumque repetens, vos, ut eas cognoſcatis, rogo; duricordes ad mentem voluntatemque Dei intelligendam eſtis. Quod ſi ita ſemper manere vultis, ego quidem nihil capiam detrimenti, ſed eadem, quæ prius obtinui quam vobiſcum verba conferrem, retinens, a vobis diſcedam. Et Trypho, Reputa, o amice, inquit, multo te cum labore & fatigatione ea aſſecutum eſſe: quapropter & nos, omnia quæ incurrunt examine diligenti explorantes, eam in ſententiam ire debemus, in quam nos ſcripturæ compulerint. Et ego ad hæc, Non vos, dixi, oro ut non quovis modo ea quæ in quæſtionem veniunt, examinare contendatis; ſed ut denuo contra ea non veniatis, nihil quod dicatis habentes, quibus vos aſſenſiſſe dixiſtis.

Et Trypho, Facere hoc, inquit, conabimur. Ad percontationes priores, dixi ego, denuo vos percontari

13—16. Εἰ δὲ γραφὰς—αὐτάς.] Vel deeſt aliquid, vel abundat. utrum librariorum an Juſtini incuria, dictu difficile eſt.

16, 7. Σκληροκάρδιοι πρὸς τὸ γνῶναι νοῦν καὶ θέλημα τοῦ Θεοῦ γίνεσθε.] Sunt fortaſſe qui legendum putent μὴ σκληροκάρδιοι &c. quod confirmare videantur quæ proxime ſequuntur, εἰ δὲ βούλεσθε τοιοῦτοι ἀεὶ μένειν. Nos nihil mutamus.

31, 2, 3. Ἐκείνοις μὴ πάλιν ἀντιλέγειν—οἷς ἔφητε συνθέσθαι.] Fieri poteſt ut Juſtinus ſcripſerit ἔφθητε, quemadmodum paulo ante, ἐπεὶ πάλιν μὴ συντίθεσθε οἷς φθάνεις συντεθειμένος. Sed nihil muto.

17, 8. Μὴ

contari conſtitui: nam per interrogationes ejuſcemodi, diſputationem ut quam primum perficiam, dabo operam. Et Trypho, Interroga, inquit. Atque ego dixi: Num alium quempiam intelligitis in ſacris literis dici adorandum & Dominum & Deum, extra hunc qui univerſitatem hanc condidit, & Chriſtum,[1] quem per tot ſcripturas demonſtratum eſt vobis hominem eſſe genitum?

Et Trypho: Quomodo hoc eſſe fateri poſſumus, quando tantam quæſtionem, an alius etiam quiſquam ſit præter ſolum patrem (Deus) moverimus? Et ego rurſum dixi: Perneceſſe eſt ut & hoc vos interrogem, ut ſciam nunquid aliud apud Deum ſentiatis & confiteamini eſſe. Atque ille, Minime, inquit, o homo.

Tum ego rurſum: Hoc igitur vere cum aſſenſu veſtro comprobaveritis,
Eſ. liii. 8. & cum verbum dicat, *Generationem ejus quis enarrabit?* annon jam intelligere debetis, non eum eſſe generis hominis ſemen? Et Trypho:
2 Reg. vii. 12—16. Quomodo igitur verbum ad Davidem dicit, quod de lumbis ejus accepturus ſit ſibi ipſi filium Deus, & ordinaturus ei regnum, & repoſiturus ipſum ſuper thronum gloriæ ſuæ? Et ego, O Trypho, inquam, ſi quidem prophetiam quam dicit Eſaias, non ad domum Davidis diceret, *Ecce virgo in utero concipiet*, ſed ad domum aliam duodecim tribuum; in dubium fortaſſe res vocari poſſet. Sin & iſta prophetia ad domum Davidis

ἐρωτῆσαι ὑμᾶς βούλομαι· διὰ γὰρ τῶν ἀνερωτήσεων τούτων καὶ περαιωθῆναι σὺν τάχει τὸν λόγον ἀγωνιοῦμαι.

Καὶ ὁ Τρύφων ἔφη, Ἀνερώτα. Κἀγὼ εἶπον, Μήτι ἄλλον τινὰ προσκυνητὸν καὶ Κύριον καὶ Θεὸν λεγόμενον ἐν ταῖς γραφαῖς νοεῖτε εἶναι, πλὴν τοῦ τοῦτο ποιήσαντος τὸ πᾶν, καὶ τοῦ Χριστοῦ, ὃς διὰ τῶν τοσούτων γραφῶν ἀπεδείχθη ὑμῖν ἄνθρωπος γενόμενος; Καὶ ὁ Τρύφων, Πῶς τοῦτο δυνάμεθα εἶναι ὁμολογῆσαι, ὁπότε εἰ καὶ ἄλλος τίς ἐστι πλὴν τοῦ πατρὸς μόνου τὴν τοσαύτην ζήτησιν ἐποιησάμεθα; Κἀγὼ πάλιν, Ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ ταῦτα ὑμᾶς ἐρωτῆσαι, ὅπως γνῶ μή τι ἄλλο φρονεῖτε παρὰ Θεῷ, ὁμολογήσατε.

Κἀκεῖνος, Οὐ, ἄνθρωπε, ἔφη.

Κἀγὼ πάλιν, Ὑμῶν οὖν ταῦτα ἀληθῶς συντιθεμένων, καὶ τοῦ λόγου λέγοντος, Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται, οὐκ ἤδη καὶ νοεῖν ὀφείλετε ὅτι οὐκ ἔστι γένους ἀνθρώπου σπέρμα; Καὶ ὁ Τρύφων, Πῶς οὖν ὁ λόγος λέγει τῷ Δαβίδ, ὅτι ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ λήψεται ἑαυτῷ υἱὸν ὁ Θεὸς, καὶ κατορθώσει αὐτῷ τὴν βασιλείαν, καὶ καθίσει αὐτὸν ἐπὶ θρόνου τῆς δόξης αὐτοῦ; Κἀγὼ ἔφην, Ὦ Τρύφων, εἰ μὲν καὶ τὴν προφητείαν ἣν ἔφη Ἡσαίας, οὐ φησὶ πρὸς τὸν οἶκον τοῦ Δαβίδ, Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον οἶκον τῶν δώδεκα φυλῶν, ἴσως ἂν ἀπορίαν εἶχε τὸ πρᾶγμα· ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτὴ ἡ προφητεία πρὸς τὸν οἶκον Δαβίδ

17, 8. Μή τι ἄλλο φρονεῖτε παρὰ Θεῷ ὁμολογήσατε.] Procul dubio verius eſt quod Volſius ſagaciſſime reponit, μήτι ἄλλο φρονεῖτε παρ' ἃ τέως ὡμολογήκατε, *numquid aliter forſan ſentiatis quam hucuſque confeſſi eſtis.* SYLBURGIUS.

32, 3. Πρὸς τὸν οἶκον τοῦ Δαβίδ.] Eſai. vii. 13, 4. Ἀκούσατε δὴ οἶκος Δαβίδ, &c.

37. Αὐτή.] Interpres maluit αὕτη. SYLBURG.

5, 6. Ἀπο-

Δαβὶδ εἴρηται, τὸ εἰρημένον πρὸς Δαβὶδ ὑπὸ Θεοῦ ἐν μυστηρίῳ, διὰ Ἡσαΐου ὡς ἔμελλε γίνεσθαι ἐξηγήθη. εἰ μή τι
294 τοῦτο οὐκ ἐπίστασθε, ὦ φίλοι, ἔφην, ὅτι πολλοὺς λόγους τοὺς ἀποκεκαλυμμένως, καὶ ἐν παραβολαῖς, ἢ μυστηρίοις, ἢ ἐν συμβόλοις ἔργων λελεγμένους, οἱ μετ᾽ ἐκείνους τοὺς εἰπόντας ἢ πράξαντας γενόμενοι προφῆται ἐξηγήσαντο. Καὶ μάλα, ἔφη ὁ Τρύφων. Ἐὰν οὖν ἀποδείξω τὴν προφητείαν ταύτην τοῦ Ἡσαΐου εἰς τοῦτον τὸν ἡμέτερον Χριστὸν εἰρημένην, ἀλλ᾽ οὐκ εἰς τὸν Ἐζεκίαν ὡς φατὲ ὑμεῖς, οὐχὶ καὶ ἐν τούτῳ δυσωπήσω ὑμᾶς μὴ πείθεσθαι τοῖς διδασκάλοις ὑμῶν, οἵτινες τολμῶσι λέγειν τὴν ἐξήγησιν ἣν ἐξηγήσαντο οἱ ἑβδομήκοντα ὑμῶν πρεσβύτεροι παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖ γενόμενοι, μὴ εἶναι ἔν τισιν ἀληθῆ. ἃ γὰρ ἂν διαρρήδην ἐν ταῖς γραφαῖς φαίνονται ἐλέγχοντα αὐτῶν τὴν ἀνόητον καὶ φίλαυτον γνώμην, ταῦτα τολμῶσι λέγειν μὴ οὕτω γεγράφθαι· ἃ δ᾽ ἂν καὶ ἕλκειν πρὸς ἃ νομίζουσι δύνασθαι ἁρμόζειν πράξεις ἀνθρωπείους, ταῦτα οὐκ εἰς τοῦτον τὸν ἡμέτερον Ἰησοῦν Χριστὸν εἰρῆσθαι λέγουσιν, ἀλλ᾽ εἰς ὃν αὐτοὶ ἐξηγεῖσθαι ἐπιχειροῦσιν· ὁποῖον καὶ τὴν γραφὴν ταύτην, περὶ ἧς ἡ νῦν ὁμιλία ἐστὶν, ἐδίδαξαν ὑμᾶς λέγοντες εἰς Ἐζεκίαν αὐτὴν εἰρῆσθαι, ὅπερ, ὡς ὑπεσχόμην, ἀποδείξω ψεύδεσθαι αὐτούς· ἃς δ᾽ ἂν λέγωμεν αὐτοῖς γραφὰς αἳ διαρρήδην τὸν Χριστὸν, καὶ παθητὸν καὶ προσκυνητὸν

Davidis eſt dicta, ſcilicet id quod ad Davidem a Deo in myſterio arcane eſt dictum, per Eſaiam, quemadmodum eventurum eſſet, explicatum eſt. niſi hoc, inquam, o amici, ignoratis, permulta verba tecte, per ſimilitudines, aut ſacramenta, aut ſymbola notaſque operum prolata, eos, qui poſt illos qui talia dixerunt vel fecerunt extitere, prophetas expoſuiſſe. Maxime, Trypho inquit. Itaque ſi demonſtravero prophetiam hanc Eſaiæ in noſtrum iſtum Chriſtum conceptam, & non in Ezechiam, ſicut vos perhibetis; an & hac in re vobis perſuadebo quo minus magiſtris veſtris credatis, qui aſſeverare audent interpretationem quam interpretati ſunt ſeptuagintaduo veſtri ſeniores, cum apud Ptolemæum Ægypti regem eſſent, in quibuſdam locis minus eſſe veram. Quæ namque aperte in ſacris literis videntur inſipientem ſuique amantem ſententiam eorum carpere, ea non ita ſcripta eſſe dicere audent: quæ vero ſe congruenter ad res humanas trahere poſſe exiſtimant, ea non in hunc noſtrum Jeſum Chriſtum dicta eſſe affirmant, ſed in quem ipſi expoſitione ſua detorquere aggrediuntur: qualiter & ſcripturam iſtam, qua de nobis præſens eſt diſputatio, torquere vos docuerunt, in Ezechiam illam relatam eſſe aſſerentes, quod quidem, prout pollicitus ſum, falſo eos dicere probabo. quas autem eis proferimus ſcripturas diſertis verbis Chriſtum & patibilem

&

5, 6. Ἀποκεκαλυμμένως.] Legendum ἐπικεκαλυμμένως, vel potius περικεκαλυμμένως, quo verbo alibi utitur.

26, 7, 8. Ἃ δ᾽ ἂν καὶ ἕλκειν πρὸς ἃ νομίζουσι δύνασθαι ἁρμόζειν πράξεις ἀνθρωπείους.] F. πρὸς ἃ δ᾽ ἂν ἕλκειν νομίζουσι δύνασθαι ἁρμόζειν, vel καὶ ἁρμόζειν, πράξεις ἀνθρωπείους.

6, 7. Καὶ

& adorandum & Deum eſſe oſtendentes, & ſupra vobis recitatas, eas in Chriſtum quidem conceptas eſſe neceſſitate adducti conſentiunt, hunc ipſum vero Chriſtum non eſſe dicere audent: venturum autem, & paſſurum, & regnaturum, & adorabilem Deum futurum confitentur. quod ſane ridiculum & ſtultum eſt, ut itidem demonſtrabo. Verum cum me res urgeat, prius ad ea quæ a te per deridiculum ſunt prolata reſpondere, reſponſum ad illa dabo, ac deinceps ad reliqua demonſtranda progrediar. Scito igitur, o Trypho, dicere pergens intuli, quæ is qui diabolus dicitur ad imitationem veritatis falſo apud Græcos dici curavit (quemadmodum & per Magos in Ægypto opera ſua, & per eos qui ſub Elia fuere pſeudoprophetas, effecit) ea ſtabilem meam in ſacris literis cognitionem & fidem reddidiſſe. Quando enim Bacchum Jovis filium ex concubitu, quo cum Semele is mixtus eſt, natum eſſe dicunt, & hunc vitis repertorem fuiſſe, atque dilaniatum mortuumque reſurrexiſſe, & in cœlum aſcendiſſe ſcribunt, ac vinum in myſteriis initiiſque ejus ſubinferunt; annon quam ſupra recitavimus a Moſe deſcriptam patriarchæ Jacob prædictionem imitatum eum

Gen. xlix. 11, 2.

κυνητὸν καὶ Θεὸν ἀποδεικνύουσιν, ἃς καὶ προανιστόρησα ὑμῖν, ταύτας εἰς Χριστὸν μὲν εἰρῆσθαι ἀναγκαζόμενοι συντίθενται, τοῦτον δὲ μὴ εἶναι τὸν Χριστὸν τολμῶσι λέγειν, ἐλεύσεσθαι δὲ καὶ παθεῖν, καὶ βασιλεῦσαι, καὶ προσκυνητὸν γενέσθαι Θεὸν ὁμολογοῦσιν, ὅπερ γελοῖον καὶ ἀνόητον, ὃ ὁμοίως ἀποδείξω. ἀλλ' ἐπεὶ καλεπείγει με πρότερον πρὸς τὰ ὑπὸ σοῦ ἐν γελοίῳ τρόπῳ εἰρημένα ἀποκρίνασθαι, πρὸς ταῦτα τὰς ἀποκρίσεις ποιήσομαι, καὶ πρὸς τὰ ἐπίλοιπα ἐς ὕστερον τὰς ἀποδείξεις δώσω. εὖ ἴσθι οὖν, ὦ Τρύφων, λέγων ἐπέφερον, ὅτι ἃ παραποιήσας ὁ λεγόμενος διάβολος ἐν τοῖς Ἕλλησι λεχθῆναι ἐποίησεν, ὡς καὶ διὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μάγων ἐνήργησε, καὶ διὰ τῶν ἐπὶ Ἠλία ψευδοπροφητῶν, καὶ ταῦτα βεβαίαν μοι τὴν ἐν ταῖς γραφαῖς γνῶσιν καὶ πίστιν κατέστησεν. ὅταν γὰρ Διόνυσον μὲν υἱὸν τοῦ Διὸς ἐκ μίξεως ἣν μεμίχθαι αὐτὸν τῇ Σεμέλῃ γεγενῆσθαι λέγωσι, καὶ τοῦτον εὑρετὴν ἀμπέλου γενόμενον, καὶ διασπαραχθέντα καὶ ἀποθανόντα ἀναστῆναι, εἰς οὐρανόν τε ἀνεληλυθέναι ἱστορῶσι, καὶ οἶνον ἐν τοῖς μυστηρίοις αὐτοῦ παραφέρωσιν, οὐχὶ τὴν προλελεγμένην ὑπὸ Μωσέως ἀναγραφεῖσαν, Ἰακὼβ τοῦ πατριάρχου προφητείαν μεμιμῆσθαι αὐτὸν 295

um τὸν

6, 7. Καὶ παθεῖν καὶ βασιλεῦσαι καὶ προσκυνητὸν γενέσθαι Θεόν.] F. καὶ Θεόν. Supra in hac ipſa periodo, αἳ διαῤῥήδην τὸν Χριστὸν καὶ παθητὸν καὶ προσκυνητὸν καὶ Θεὸν ἀποδεικνύουσι. P. 256. ἀναβεβηκέναι εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ πάλιν παραγίνεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ προσκυνητὸν εἶναι. P. 287. ἔτι γοῦν καὶ προσκυνητός ἐστι καὶ Θεός, &c. P. 293. Μήτε ἄλλον τινὰ προσκυνητὸν καὶ Κύριον καὶ Θεὸν &c E contrario lectionem receptam defendere poſſe videantur hæc p. 302. καὶ Θεὸν ἰσχυρὸν καὶ προσκυνητὸν Χριστὸν ὄντα ἐδήλωσε, multoque etiam magis hæc p. 355. καὶ Χριστὸς καὶ Θεὸς προσκυνητός: niſi & ipſa potius corrupta ſint, & eodem modo emendanda.

7, 8, 9. Ὅπερ γελοῖον καὶ ἀνόητον, ὃ ὁμοίως ἀποδείξω.] F. ὅπερ γελοῖον καὶ ἀνόητον ὂν ὁμοίως ἀποδείξω. Sylburgius legit, ὅπερ γελοῖον καὶ ἀνόητον ὁμοίως ἀποδείξω, omiſſo ὃ. Infra p. 369. ὅπερ ἀπέδειξαν αἱ γραφαὶ οὐκ ὄντα.

9. Καλεπείγει με.] Lego κατεπείγομαι Chryſoſt. Tom. III. p. 431. ἀπαλλάττεσθαι ταχέως, πρὸς τὸ προκείμενον ἐπειγόμενος.

28, 9. Οἶνον ἐν τοῖς μυστηρίοις αὐτοῦ παραφέρωσι.] Pro οἶνον quidam R. Stephani ὄνον habent: quam lectionem ſupra interpres ſecutus eſt 89. 34. Sylburgius. Omnino legendum ὄνον, & pro παραφέρωσι, ἀναφέρωσι. V. annot. ad Apol. I. p. 80. ℣ 32.

5—8. Οὐχὶ

τὸν νοῶ; ἐπὰν δὲ τὸν Ἡρακλέα ἰσχυρὸν καὶ περινοστήσαντα πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ αὐτὸν τῷ Διῒ ἐξ Ἀλκμήνης γενόμενον, καὶ ἀποθανόντα εἰς οὐρανὸν ἀνεληλυθέναι λέγωσιν, οὐχὶ τὴν ἰσχυρὸν ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν αὐτοῦ, περὶ Χριστοῦ λελεγμένην γραφὴν ὁμοίως μεμιμῆσθαι νοῶ; ὅταν δὲ τὸν Ἀσκληπιὸν νεκροὺς ἀνεγείραντα, καὶ τὰ ἄλλα πάθη θεραπεύσαντα, παραφέρῃ, οὐχὶ τὰς περὶ Χριστοῦ ὁμοίως προφητείας μεμιμῆσθαι τοῦτον καὶ ἐπὶ τούτῳ φημί; ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀνιστόρησα πρὸς ὑμᾶς τοιαύτην γραφὴν ἣ σημαίνει τὸν Χριστὸν ταῦτα ποιήσειν, καὶ μιᾶς τινὸς ἀναγκαίως ἐπιμνησθήσομαι, ἐξ ἧς καὶ συνεῖναι ὑμῖν δυνατὸν, πῶς καὶ τοῖς ἐρήμοις γνώσεως Θεοῦ, λέγω δὲ τοῖς ἔθνεσιν, οἳ καὶ ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐκ ἑώρων, οὐδὲ καρδίαν ἔχοντες συνίεσαν, τὰ ἐξ ὕλης κατασκευάσματα προσκυνοῦντες, ὁ λόγος προέλεγεν ἀποστῆναι αὐτὰ, καὶ ἐλπίζειν ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστόν. εἴρηται δὲ οὕτως. Εὐφράνθητι ἔρημος ἡ διψῶσα, ἀγαλλιάσθω ἔρημος, καὶ ἐξανθείτω ὡς κρίνον, καὶ ἐξανθήσει καὶ ἀγαλλιάσεται τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου, καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου. καὶ ὁ λαός μου ὄψεται τὸ ὕψος Κυρίου, καὶ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ.

ἰσχύσατε

um eſſe cogitem? Cum autem Herculem fortem, qui omnem peragrarit terram, & ipſum Jovi ex Alcmena genitum, ac mortuum in cœlum perveniſſe ferunt, non ego ſcripturam, *Fortem tanquam gigantem viam ſuam decurrere*, de Chriſto promulgatam, ſimiliter imitatum eum eſſe putem? Pſ. xviii. 6. Porro cum Æſculapium mortuos excitantem, & ægritudines alias curantem in medium profert, non & in hoc de Chriſto edita vaticinia itidem imitatum eum dixerim? Quandoquidem vero non retuli apud vos oraculum ſcripturæ hujuſmodi, quod deſignet Chriſtum hæc facturum eſſe, unius ſaltem neceſſario mentionem faciam, unde cognoſcere quoque poteritis quomodo a cognitione Dei vacuis, dico autem gentibus, quæ & oculos habentes non viderunt, & cor obtinentes non ſapuerunt, ex materia fabrefacta ſimulacra adorantes, verbum prænunciaverit ea illas abnegaturas eſſe, atque in hunc Chriſtum ſpes ſuas collocaturos. Sic autem hoc eſt dictum: *Lætare, deſerta, ſiticuloſa: exultet ſolitaria, & floreat ſicut lilium. Et effloreſcent, & exultabunt loca ſola Jordanis, & gloria Libani data eſt ei, & dignitas Carmeli. Et populus meus videbit altitudinem Domini, & gloriam Dei.* Eſai. xxxv. 1—7.

Fortes

5—8. Οὐχὶ τὴν ἰσχυρὸν ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν αὐτοῦ, περὶ Χριστοῦ λελεγμένην γραφὴν ὁμοίως μεμιμῆσθαι νοῶ;] Lego οὐχὶ τὸ, Ἰσχυρὸς ὡς γίγας &c. Apol. I. p. 81. Καὶ ὅτι ἔγνωσαν εἰρημένον, ὡς προλέλεκται ἐν ταῖς προγεγραμμέναις προφητείαις, Ἰσχυρὸς ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν, τὸν Ἡρακλέα ἰσχυρὸν καὶ περινοστήσαντα τὴν πᾶσαν γῆν ἔφασαν. In iſtis tamen προγεγραμμέναις προφητείαις ib. p. 60. ut & in dialogo p. 289. non eſt ἰσχυρὸς, neque ullum ejus veſtigium, ſed, ut apud LXX. Interpretes, ἀγαλλιάσεται. quod librariorum audacia vel incuria, qui quod in pſalmis ſcirent eſſe ſcriptum, id apud Juſtinum vel ſcribendum cenſuerint, vel præ nimia feſtinatione temere ſcripſerint, audacter factum affirmarem, niſi incredibilem noſtri negligentiam & incogitantiam noſſem, quæ jampridem fecit ut nihil in eo hujus generis magnopere mirari ſoleam. Sed neque ſatis mihi liquet unde orta ſit hæc interpretatio, ἰσχυρὸς ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν, niſi ex cerebro Juſtini, aut niſi aliquis verterat כגבור ὡς ἰσχυρὸς, eaque verſio juxta alteram in margine ſcripta, hanc tertiam produxit.

25. Ἡ διψῶσα.] In bibliis non eſt articulus. Codex Alexandrinus ut Juſtinus.

26. Ἐξανθείτω.] Biblia ἀνθείτω.

28. Καὶ ἡ δόξα.] Ita & biblia Complutenſia, & codex Alexandrinus, & Cyrillus Alexandrinus. Biblia Romana & Aldina & Curterii Eſaias non habent καὶ, quod neque biblia Hebraica agnoſcunt.

30, 1. Τὸ ὕψος Κυρίου καὶ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ.] Biblia τὴν δόξαν Κυρίου καὶ τὸ ὕψος τοῦ Θεοῦ.

2. Παρα-

Fortes eſtote manus remiſſæ, & genua ſoluta. Conſolationem accipite puſillanimes corde: fortes eſtote, nolite timere. Ecce Deus veſter judicium retribuit, & retribuet: ipſe veniet, & ſalvabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum audient. Tunc ſaliet ut cervus, claudus; & diſerta erit lingua difficulter loquentium. Quoniam erupit in ſolitudine aqua, & vallis in ſiticuloſa: & arida evadet in ſtagna, & in ſiticuloſa terra fons aquæ erit. Fons aquæ vivæ a Deo, in ſolitudine cognitionis Dei experte, in terra videlicet gentium, ſcaturivit hic Chriſtus, qui etiam in genere veſtro apparuit, atque eos qui a nativitate ſua & juxta carnem morboſi & ſurdi & claudi fuere, ſanavit; hunc quidem ut exiliret, hunc autem ut audiret, hunc porro ut cerneret, verbo ſuo efficiens; ac mortuos quoque reſuſcitans & vitam eis reſtituens, operum ſuorum perſuaſione ætatis ejus homines ad cognitionem ſui excitavit. Illi vero, ea etiam fieri videntes, ſpectrum magicum exhiberi atque præſtigias fieri dice- bant, & magum eum atque plebis ſeductorem nominare audebant. At ipſe hæc eo quoque faciebat ut in ſe credituris perſuaderet, quamvis in detrimento & vitio quopiam corporis quis conſtitutus eſſet, diſciplinam autem a ſe traditam ſervaret, quod incolumem eum integrumque ex parte omni

Matth. xii. 24. Matth. xxvii. 63. Joan. vii. 12.

ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα. παρακαλεῖσθε οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ καρδίᾳ, ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε. ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι, καὶ ἀνταποδώσει· αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται. τότε ἀλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων. ὅτι ἐρράγη ἐν ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ φάραγξ ἐν τῇ διψώσῃ· καὶ ἡ ἄνυδρος ἔσται εἰς ἕλη, καὶ εἰς διψῶσαν γῆν πηγὴ ὕδατος ἔσται. Πηγὴ ὕδατος ζῶντος παρὰ Θεοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ γνώσεως Θεοῦ τῇ τῶν ἐθνῶν γῇ ἀνέβλυσεν οὗτος ὁ Χριστὸς, ὃς καὶ ἐν τῷ γένει ὑμῶν πέφανται, καὶ τοὺς ἐκ γενετῆς καὶ κατὰ τὴν σάρκα πηροὺς, καὶ κωφοὺς, καὶ χωλοὺς ἰάσατο· τὸν μὲν ἅλλεσθαι, τὸν δὲ καὶ ἀκούειν, τὸν δὲ καὶ 296
ὁρᾷν τῷ λόγῳ αὐτοῦ ποιήσας. καὶ νεκροὺς δὲ ἀναστήσας, καὶ ζῇν ποιήσας, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐδυσώπει τοὺς τότε ὄντας ἀνθρώπους ἐπιγνῶναι αὐτόν. οἱ δὲ καὶ ταῦτα ὁρῶντες γινόμενα, φαντασίαν μαγικὴν γίνεσθαι ἔλεγον, καὶ γὰρ μάγον εἶναι αὐτὸν ἐτόλμων λέγειν, καὶ λαοπλάνον. αὐτὸς δὲ καὶ ταῦτα ἐποίει πείθων καὶ τοὺς ἐπ' αὐτὸν πιστεύειν μέλλοντας, ὅτι κἂν τις ἐν λώβῃ τινὶ σώματος ὑπάρχων, φύλαξ τῶν παραδεδομένων ὑπ' αὐτοῦ διδαγμάτων ὑπάρξῃ, ὁλόκληρον αὐ-

2. Παρακαλεῖσθε.] Biblia παρακαλέσατε.

3. Ολιγόψυχοι τῇ καρδίᾳ.] Biblia ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ. Hebr. נמהרי לב. Bibliorum tamen lectio vera eſt. atque ita fere Latini, *puſillanimes ſenſu*.

9. Καὶ τρανή.] Biblia Romana τρανὴ δέ. Complutenſia & Aldina & Curterii Eſaias & codex Alexandrinus ut Juſtinus.

10, 1. Εν ἐρήμῳ.] Biblia ἐν τῇ ἐρήμῳ.

11, 2. Εν τῇ διψώσῃ.] Biblia ἐν γῇ διψώσῃ.

12. Η ἄνυδρος ἔσται.] Biblia ἔσται ἡ ἄνυδρος. Codex Alexandrinus & Cyrillus Alexandrinus ut Juſtinus.

13. Διψῶσαν γῆν.] Biblia τὴν διψῶσαν γῆν.

18. Πηρούς.] Miſerabilis eſt error Langi qui vertit, *morboſi*. Vertendum erat *cæci*, quod ne Perionium quidem fugere poterat; adeo id clare demonſtrant tum quæ antecedunt, tum quæ ſequuntur. Πηρὸς, ὁ παντάπασι μὴ ὁρῶν. Suid. in π.

5,6. Εκ

τὸν ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ, μετὰ δὲ καὶ ἀθάνατον καὶ ἄφθαρτον καὶ ἀλύπητον ποιῆσαι, ἀναστήσει. ὅταν δὲ οἱ τὰ τοῦ Μίθρου μυστήρια παραδιδόντες, λέγωσιν ἐκ πέτρας γεγενῆσθαι αὐτὸν, καὶ σπήλαιον καλῶσι τὸν τόπον ἔνθα μυεῖν τοὺς πειθομένους αὐτῷ παραδιδοῦσιν, ἐνταῦθα οὐχὶ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Δανιὴλ, ὅτι λίθος ἄνευ χειρῶν ἐτμήθη ἐξ ὄρους μεγάλου, μεμιμῆσθαι αὐτοὺς ἐπίσταμαι, καὶ ταῦτα ποιῆσαι ὁμοίως; οὓς καὶ τοὺς λόγους πάντας μιμήσασθαι ἐπεχείρησαν· δικαιοπραξίας γὰρ λόγους καὶ παρ' ἐκείνοις λέγεσθαι ἐτεχνάσαντο. τοὺς δὲ εἰρημένους λόγους τοῦ Ησαίου ἀναγκαίως ἀνιστορήσω ὑμῖν, ὅπως ἐξ αὐτῶν γνῶτε ταῦθ' οὕτως ἔχειν. εἰσὶ δὲ οὗτοι, Ακούσατε οἱ πόῤῥωθεν ἃ ἐποίησα, καὶ γνώσονται οἱ ἐγγίζοντες τὴν ἰσχύν μου. ἀπέστησαν οἱ ἐν Σιὼν ἄνομοι, ἄνομοι· λήψεται τρόμος τοὺς ἀσεβεῖς. τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν τὸν τόπον τὸν αἰώνιον, πορευόμενον ἐν δικαιοσύνῃ, λαλοῦντα εὐθεῖαν ὁδὸν, μισοῦντα ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν, καὶ τὰς

omni in ſecundo adventu ſuo, præterea vero & immortalem & incorruptibilem & indolentem, ſit reſuſcitaturus. Porro quando illi qui Mithræ initia tradunt, e petra eum natum eſſe memorant, & ſpelæum ſive ſpecum nominant eum locum ubi initiari ei credentes perhibent; non ego hic quod a Daniele eſt dictum, lapidem abſque manibus abſciſſum de monte ingenti (& quod ab Eſaia eſt promulgatum) eos ſecutos eſſe, atque hæc conſimiliter inſtituiſſe ſciam? cujus propheticæ promulgationis etiam verba omnia imitari ſunt conati. Nam & juſte recteque agendi præcepta ut apud illos dicantur, machinati ſunt. Ut autem verba Eſaiæ vobis, quorum mentio eſt illata, proferam, neceſſe eſt; unde hæc ita ſe habere cognoſcatis. Sunt vero talia: *Audite, qui longe eſtis, quæ feci: & cognoſcent propinquantes fortitudinem meam. Deſciverunt in Sion iniqui. Corripiet tremor impios. Quis annunciabit vobis locum ſempiternum? Ambulans in juſtitia, loquens viam rectam, odio habens iniquitatem & injuſtitiam, & manus obtinens*

Dan. ii. 34.

Eſai. xxxiii. 13—19.

5, 6. Εκ πέτρας γεγενῆσθαι αὐτόν] Scribendum γεγεννῆσθαι. Hieronymus l. adv. Jovin. col. 149. *Narrant gentilium fabulæ Mithram & Erichthonium vel in lapide vel in terra de ſolo æſtu libidinis eſſe generatos.*

15—18. Ῥάβδον δυνάμεως εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐξαπέστειλε, τὸν λόγον τῆς κλήσεως καὶ τῆς μετανοίας πρὸς τὰ ἔθνη ἅπαντα.] Fortaſſe ſcribendum ἐξ Ἱερουσαλὴμ, ſententia quodammodo poſtulante (quomodo enim ἐξαποστέλλειν λόγον μετανοίας πρὸς τὰ ἔθνη, ἐξηγητικὸν eſſe poteſt τοῦ, ἐξαποστέλλειν ῥάβδον δυνάμεως εἰς Ἱερουσαλήμ?) tum etiam Juſtini ipſius auctoritate, qui Apol. I. p.68, 9. hunc locum προαγγελτικὸν eſſe ait τοῦ λόγου τοῦ ἰσχυροῦ ὃν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ ἐξελθόντες πανταχοῦ ἐκήρυξαν. Verum aliter ibi verba pſalmi recitat atque hic. Ibi habet ἐξαποστελεῖ σοι ἐξ Ἱερουσαλὴμ (quemadmodum ſupra in Dialogo p.202. ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιὼν) hic autem & in recitatione pſalmi habet ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, & mox dicit οὐκ ἔστιν ὁ λυτρούμενος τὴν Ἱερουσαλὴμ, & ῥάβδον δυνάμεως αὐτὸς οὐκ ἀπέστειλεν εἰς Ἱερουσαλήμ. Aut nihil igitur mutandum, aut plura quam nos abſque auctoritate MS codicis mutare audemus.
24,5. Ὅτι δαιμόνιά εἰσιν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν.] Hæc quid hic faciunt, non video. Forte ex margine irrepſerunt.
28. Ὡς προέφημεν.] Supra p. 286. Jebb.

1. Εἰς

νᾶσθαι, εἰς ὃν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐβόα, Ἰδοὺ Κύριος αὐτὸς δώσει σημεῖον, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν; εἰ γὰρ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἅπασι πρωτοτόκοις καὶ οὗτος γεννᾶσθαι ἐκ συνουσίας ἔμελλε, τί καὶ ὁ Θεὸς σημεῖον, ὃ μὴ πᾶσι τοῖς πρωτοτόκοις κοινόν ἐστιν, ἔλεγε ποιεῖν; ἀλλ' ὅπερ ἐστὶν ἀληθῶς σημεῖον, καὶ πιστὸν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἔμελλε γίνεσθαι, τουτέστι διὰ παρθενικῆς μήτρας τὸν πρωτότοκον τῶν πάντων ποιημάτων σαρκοποιηθέντα ἀληθῶς παιδίον γενέσθαι, προλαβὼν αὐτὸ διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον τρόπον ἀνιστόρητα ὑμῖν, προεκήρυξεν, ἵνα ὅταν γένηται, δυνάμει καὶ βουλῇ τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ γενόμενον γνωσθῇ· ὡς καὶ ἀπὸ πλευρᾶς μιᾶς τοῦ Ἀδὰμ ἡ Εὔα γέγονε, καὶ ὥσπερ τἄλλα πάντα ζῶα λόγῳ Θεοῦ τὴν ἀρχὴν ἐγεννήθη. ὑμεῖς δὲ καὶ ἐν τούτοις παραγράφειν τὰς ἐξηγήσεις ἃς ἐξηγήσαντο οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν παρὰ Πτολεμαίῳ, τῷ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖ γενομένῳ, τολμᾶτε, λέγοντες μὴ ἔχειν τὴν γραφὴν ὡς ἐκεῖνοι ἐξηγήσαντο, ἀλλ', Ἰδού, φησίν, ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ ἕξει, ὡς μεγάλων πραγμάτων σημαινομένων εἰ γυνὴ ἀπὸ συνουσίας τίκτειν ἔμελλεν, ὅπερ πᾶσαι αἱ νεάνιδες γυναῖκες ποιοῦσι πλὴν τῶν στειρῶν, ἃς καὶ αὐτὰς βουληθεὶς ὁ Θεὸς γεννᾷν ποιῆσαι δυνατός. ἡ μήτηρ γὰρ τοῦ Σαμουὴλ μὴ τίκτουσα, διὰ βουλὴν Θεοῦ τέτοκε, καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἁγίου πατριάρχου Ἀβραάμ, καὶ Ἐλισάβετ ἡ τὸν βαπτιστὴν

erat, in quem Spiritus Sanctus exclamabat, *Ecce Dominus dabit ſignum, ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium:* Eſ. vii. 14. ſi perinde atque alii omnes primogeniti, iſtè quoque ex concubitu gignendus erat, quodnam ſignum non cunctis primogenitis commune Deus ſe facere dixit? Enimvero quod vere ſignum eſt, & humano generi credibile futurum erat, hoc eſt ut ex virginali utero primogenitus creaturarum omnium caro factus vere puellus fieret, occupans id per propheticum ſpiritum alio atque alio modo, ſicut vobis recenſui, prænunciavit, ut cum factum eſſet, virtute & conſilio rerum univerſarum conditoris factum eſſe agnoſceretur: haud aliter quam ex coſta lateris Adæ una Eva extitit, atque alia animantia omnia verbo Dei initio genita ſunt. Vos autem in his quoque adulterare tranſlationes ſeniorum veſtrorum, qui apud regem Ægypti Ptolemæum fuere, audetis, allegantes non habere ſcripturam ſicut illi verterunt, ſed, *Ecce juvencula in utero concipiet.* Quaſi vero magnæ quidquam rei deſignaretur, ſi mulier ex concubitu paritura eſſet, quod quidem juvenculæ mulieres pleræque faciunt omnes, exceptis ſterilibus; quas & ipſas, cum vult, efficere poteſt ut prolem gignant, Deus. Nam Samuelis mater infœcunda, per voluntatem Dei peperit, & uxor ſancti patriarchæ Abraæ, & Eliſabeth quæ Joannem

1. Εἰς ἄν.] Lego εἰς ὅ.

16. Ἀνιστόρητα.] Ante ἀνιστόρητα deſideratur ὡς aut cnnſimilis particula. SYLBURGIUS.

29—32. Ὡς μεγάλων πραγμάτων σημαινομένων εἰ γυνὴ ἀπὸ συνουσίας τίκτειν ἔμελλεν, ὅπερ πᾶσαι αἱ νεάνιδες γυναῖκες ποιοῦσι πλὴν τῶν στειρῶν.] Irenæus III. 27. p. 258. *Quid enim magnum aut quod ſignum fieret in eo quod adoleſcentula concipiens ex viro peperiſſet, quod evenit omnibus quæ pariunt mulieribus?*

19, 20. Τὸν

Joannem Baptiſtam genuit, & aliæ quædam ſimiliter. Quocirca non pro impoſſibili vos habere illud oportet, facere Deum poſſe quæ vult omnia: præcipue vero cum quid futurum eſſe vaticiniis eſt prænunciatum. Non decet vos vaticinia ipſa auſu temerario vel adulterare vel perperam exponere. nam vobis ipſis tantum injuriam facietis, Deo autem nihil nocebitis. Propheṫiam quoque dicentem,
Pſ. xxiii. 7. *Tollite portas, principes, veſtras, & elevamini portæ æternæ, ut ingrediatur rex gloriæ*, itidem veſtrum nonnulli in Ezechiam dictam eſſe exponere non dubitant, aliqui autem in Salomonem; cum fieri nequeat ut vel in hunc, vel in illum, vel etiam in alium quempiam eorum qui reges veſtri dicti ſunt, conceptam eſſe demonſtretur, præterquam in hunc ſolum Chriſtum noſtrum, qui informis & inhonoratus apparuit, quemadmodum Eſaias, & David ait, & ſcripturæ omnes: qui eſt Dominus virtutum per voluntatem concedentis hoc ei Patris: qui & reſurrexit a mortuis, & aſcendit in cœlum, ſicut & pſalmus, & aliæ ſcripturæ declararunt, & Dominum ipſum virtutum renunciarunt; quemadmodum & facile eſt nunc vos per ea quæ fieri cernitis, perſuaderi, ſi velitis. Per nomen ſiquidem iſtius ipſius Filii Dei, & primogeniti creaturæ omnis, & ex virgine geniti, perpeſſionibuſque obnoxii hominis facti, & ſub Pontio

βαπτιστὴν Ἰωάννην τεκοῦσα, καὶ ἄλλαι τινὲς ὁμοίως. ὥστε οὐκ ἀδύνατον ὑπολαμβάνειν δεῖ ὑμᾶς πάντα δύνασθαι τὸν Θεὸν ὅσα βούλεται· καὶ μάλιστα ἐπειδὴ ἐπεπροφήτευτο μέλλειν γίνεσθαι, μὴ παραγράφειν ἢ παρεξηγεῖσθαι τολμᾶτε τὰς προφητείας, ἐπεὶ ἑαυτοὺς μόνους ἀδικήσετε, τὸν δὲ Θεὸν οὐ βλάψετε. καὶ γὰρ τὴν προφητείαν τὴν λέγουσαν, Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, ἵνα εἰσέλθῃ ὁ βασιλεὺς τῆς δό- 311
ξης, ὁμοίως εἰς τὸν Ἐζεκίαν τολμῶσί τινες ἐξ ὑμῶν ἐξηγεῖσθαι εἰρῆσθαι, ἄλλοι δὲ εἰς Σολομῶνα· οὐδὲ εἰς τοῦτον, οὐδὲ εἰς ἐκεῖνον, οὔτε εἰς ἄλλον ἁπλῶς λεγόμενον ὑμῶν βασιλέα, δυνατὸν ἀποδειχθῆναι εἰρῆσθαι, εἰς δὲ μόνον τοῦτον τὸν ἡμέτερον Χριστόν, τὸν ἀειδῆ καὶ ἄτιμον φανέντα, ὡς Ἠσαίας ἔφη, καὶ Δαβίδ, καὶ πᾶσαι αἱ γραφαί, ὅς ἐστι Κύριος τῶν δυνάμεων διὰ τὸ θέλημα τοῦ δόντος αὐτῷ πατρός, ὃς καὶ ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀνῆλθεν εἰς τὸν οὐρανόν, ὡς καὶ ὁ ψαλμὸς καὶ αἱ ἄλλαι γραφαὶ ἐδήλουν, καὶ Κύριον αὐτὸν τῶν δυνάμεων κατήγγελλον, ὡς καὶ νῦν ἐκ τῶν ὑπ' ὄψιν γινομένων ῥᾷον ὑμᾶς πεισθῆναι, ἐὰν θέλητε. κατὰ γὰρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τούτου τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, καὶ διὰ παρθένου γεννηθέντος, καὶ παθητοῦ γενομένου ἀνθρώπου, καὶ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου

19, 20. Τὸν ἀειδῆ καὶ ἄτιμον φανέντα.] Fruſtra quæreremus quorſum hæc ſpectarent, aut quomodo ad ea quæ pſalmo xxiii. de aperiendis regi gloriæ portis æternis dicuntur, pertinere poſſent, niſi hæc ejus loci expoſitio ſupra extaret, Ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἐν οὐρανῷ ἄρχοντες ἑώρων ἀειδῆ καὶ ἄτιμον τὸ εἶδος καὶ ἄδοξον ἔχοντα αὐτόν, οὐ γνωρίζοντες αὐτόν, ἐπυνθάνοντο, Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; p 211.

30 & ſeqq. Κατὰ γὰρ τοῦ ὀνόματος——————νικᾶται.] Brevem hanc Chriſti hiſtoriam non puto otioſam eſſe, neque temere aut caſu additam; ſed reſpicit antiquas formulas exorcizandi. Orig. c. Celſ. p. 124. οὐδὲν ἄλλο καλοῦντες ἐπὶ τῶν δεομένων θεραπείας ἢ τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν καὶ τὸ τοῦ Ἰησοῦ ὄνομα μετὰ τῆς περὶ αὐτοῦ ἱστορίας. Quod etſi magis de ſanatione ægrorum quam de exorcizatione dæmonum dictum videatur, de utraque verum eſſe exiſtimo.

5—9. Ἐὰν

Ποντίου Πιλάτου ὑπὸ τοῦ λαοῦ ὑμῶν, καὶ ἀποθανόντος, καὶ ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀναβάντος εἰς τὸν οὐρανὸν, πᾶν δαιμόνιον ἐξορκιζόμενον νικᾶται, καὶ ὑποτάσσεται· ἐὰν δὲ κατὰ παντὸς ὀνόματος τῶν παρ' ὑμῖν γεγενημένων ἢ βασιλέων, ἢ δικαίων, ἢ προφητῶν, ἢ πατριαρχῶν, ἐξορκίζητε ὑμεῖς, οὐχ ὑποταγήσεται οὐδὲν τῶν δαιμονίων· ἀλλ' εἰ ἄρα ἐξορκίζοι τις ὑμῶν κατὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Θεοῦ Ἰσαὰκ, καὶ Θεοῦ Ἰακὼβ, ἴσως ὑποταγήσεται. ἤδη μέντοι οἱ ἐξ ὑμῶν ἐπορκισταὶ τῇ

τέχνῃ,

Pontio Pilato a populo veſtro crucifixi, & mortui, qui & a mortuis reſurrexit, & in cœlum aſcendit, dæmonium omne adjuratum vincitur, & in ditionem redigitur. Sin vos per nomen quodvis, qui vobis fuere, regum aut juſtorum aut prophetarum aut patriarcharum adjuretis, non ſubjicietur vobis dæmonium aliquod: cæterum ſiquis veſtrum adjuret per Deum Abraæ, & Deum Iſaac, & Deum Jacob, fortaſſe ſubjiciatur. Exorciſtæ certe quidem ſeu adjuratores veſtri

jam

5—9. Ἐὰν δὲ κατὰ παντὸς ὀνόματος τῶν παρ' ὑμῖν γεγενημένων ἢ βασιλέων ἢ δικαίων ἢ προφητῶν ἢ πατριαρχῶν ἐξορκίζητε ὑμεῖς, οὐχ ὑποταγήσεται οὐδὲν τῶν δαιμονίων.] Τί οὖν; ὁ Σολομὼν οὐκ ἐδεσπότευσε τῶν δαιμόνων; οὐχὶ πάντας ὑφ' ἓν ὡς ἕνα συνέκλεισεν; οὐχὶ μέχρι τοῦ σήμερον τοῦτον δεδοίκασιν; Hæc Judæi apud Leontium Conſtantinopolitanum col. 724. Tom. I. Auctarii Novi Bibl. PP. Vide Joſeph. Ant. VIII. 2. p. 257, 8. & Gregentii Diſp. fol. 27.

10, 1, 2. Ἀλλ' εἰ ἄρα ἐξορκίζοι τις ὑμῶν κατὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Θεοῦ Ἰσαὰκ, καὶ Θεοῦ Ἰακὼβ, ἴσως ὑποταγήσεται.] Orig. IV. c. Celſ. p. 183, 4. Σαφὲς δὴ ὅτι καὶ γενεαλογοῦνται Ἰουδαῖοι ἀπὸ τῶν τριῶν πατέρων, τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τοῦ Ἰακὼβ, ὧν τοσοῦτον δύναται τὰ ὀνόματα συναπτόμενα τῇ τοῦ Θεοῦ προσηγορίᾳ ὡς οὐ μόνον τοὺς ἀπὸ τοῦ ἔθνους χρῆσθαι ἐν ταῖς πρὸς Θεὸν εὐχαῖς, καὶ ἐν τῷ κατεπᾴδειν δαίμονας, τῷ, Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, ἀλλὰ γὰρ σχεδὸν καὶ πάντας τοὺς τὰ τῶν ἐπῳδῶν καὶ μαγειῶν πραγματευομένους· εὑρίσκεται γὰρ ἐν τοῖς μαγικοῖς συγγράμμασι πολλαχοῦ ἡ τοιαύτη τοῦ Θεοῦ ἐπίκλησις, καὶ παράληψις τοῦ Θεοῦ ὀνόματος, ὡς οἰκείου τοῖς ἀνδράσι τούτοις, εἰς τὰ κατὰ τῶν δαιμόνων. Vide etiam lib. I. p. 17. & lib. V. p. 261, 2. & Iren. II. 5. p. 123, 4.

12 & ſeqq. Ἤδη μέντοι οἱ ἐξ ὑμῶν ἐπορκισταὶ τῇ τέχνῃ, ὥσπερ καὶ τὰ ἔθνη, χρώμενοι ἐξορκίζουσι, καὶ θυμιάμασι καὶ καταδέσμοις χρῶνται, εἶπον.] Vir doctiſſimus Mericus Caſaubonus not. ad M. Anton. lib. 1. §. 6. hunc locum emendare atque interpretari conatur. *Ex his*, inquit, *duobus Origenis locis conjunctis* (citaverat enim ſupra locum Origenis quem modo exſcripſimus, alterumque ejus conſimilem ex libro I. c. Celſ. p. 17.) *Juſtinus Martyr interpretandus, cujus non verba tantum mendoſe ſunt edita, ſed in longe alium, quam quæ fuit auctoris, ſententiam vulgo trahuntur. Is poſtquam negavit ullos exorciſmos a Judæis adhibitos efficaces (ſi tamen ulli ſunt; dubitanter enim loquitur) eſſe, qui non in nomine Dei Abraham, Dei Iſaac, & Dei Jacob, concipiuntur; ita pergit: ἤδη μέντοι* &c. *Hæc Juſtini verba ita vulgo accipiunt, Serarius in Tobiam, aliique, quaſi Juſtinus id ſui temporis Judæis exorciſtis objiceret, eos jam a majorum ritu in exorciſmis faciendis deſciviſſe, & novam exorciſandi artem per* ſuffitus *&* vincula *a gentilibus didiciſſe. Quod quam falſum ſit, vel ex uno, quem laudavimus, abunde conſtat Origene. Præterea, quis qui vel Tobiam legerit, credat θυμιάματα Judæos in exorciſmis & ſuffiendi ritum a gentilibus accepiſſe. Ad* vincula *quod attinet, miror viris doctiſſimis non intellectam vocem ſignificationis non adeo reconditæ: ſunt enim καταδέσμοι ſolennes adjurationum formulæ* (carmina *Latine dicas*) *in exorciſmis adhibitæ. Sed in Juſtini verbis mendum certiſſimum: legendum enim, καταδέσμοις χρῶνται ἐπῶν, non εἶπον, cui verbo nullus ibi locus. Verto igitur,* "Jam ſiquidem *(vel* Pridem enim) exorciſtæ veſtri hac arte *in nomine Dei Abrahami, Iſaaci, & Jacobi exorciſandi ſcilicet)* ut & gentiles (Ægyptii nimirum) utuntur; ſuffitus adhibentes & ſolennes adjurandi formulas." Quantum bonum eſt ſine judicio doctrina! multa legiſſe, & nihil videre! Equidem nihil eſt quod magis optem tenebrionibus quibuſdam inimicis meis, non quo augeri iis ſtultitiam velim, cujus

non eſt ut copia major
Ab Jove donari poſſit,

ſed eruditionem, ut, quos nunc vix præ miſeratione ridere poſſum, digni tandem evadant qui ludibrio nobis ſint. Hoc adeo, cum hæc Caſauboni ſomnia deſcriberem, in mentem venit. Is enim tam ineptam interpretationem, quamvis δεινὸς εἰς τὰ τοιαῦτα, ipſe per ſe abſque Origenis ope procudere nunquam potuiſſet. Verum ne nimis iniqui doctrinæ videamur, fatendum eſt ignorantiam quoque ſuas hic partes habuiſſe. Ut enim alia mittam, quomodo vertit ἤδη μέντοι? Si id operam dediſſet ut quam peſſime verteret, pejus non potuit; quod ſciunt omnes qui Græce ſciunt. Miror autem ἤδη locum ſuum tutari potuiſſe, cum tam facile eſſet ſcribere ἤδε. De verſione vocis καταδέσμοις major oriri poteſt controverſia. Interpretum verſio, *vincula*, non magis mihi, quam Caſaubono,

 placet;

jam arte quadam (dixi) veluti gentes in adjurationibus utuntur, & thymiamata & vincula adhibent. Sedenim & angelos & virtutes eſſe, quibus verbum vaticinii Davidis portas

τέχνῃ, ὥσπερ καὶ τὰ ἔθνη, χρώμενοι ἐξορκίζουσι, καὶ θυμιάμασι, καὶ καταδέσμοις χρῶνται), εἶπον. ὅτι δὲ καὶ ἄγγελοι καὶ δυνάμεις εἰσὶν, οἷς ὁ λόγος ὁ τῆς προφητείας τῆς διὰ Δαβὶδ ἐπᾶραι

placet; etſi abſque iis multorum dæmoniacorum curatio neque facilis neque tuta foret. Neque tamen magis placet verſio quam ſubſtituit Caſaubonus. Nam primo, poſt τέχνῃ & θυμιάμασι facta quam dicta commodius ſequi videantur. Deinde nihil omnium rerum minus erat hic expectandum quam *ſolennes adjurandi formulæ*, ſine quibus exorciſmus neque peragi neque mente concipi poteſt. Tum hoc quoque vide. Hos καταδέσμους, quicquid demum fuerint, Juſtinus manifeſte improbat. At *ſolennes adjurandi formulas* qui potuit aut ille, præſertim hoc loco, aut quivis Chriſtianus, improbare? Quinetiam Caſauboni verſio ſatis ipſa ſe erroris arguit. *Exorciſtæ veſtri*, inquit, *hac arte (in nomine Dei Abrahami exorciſandi) utuntur; ſuffitas adhibentes & ſolennes adjurandi formulas.*

Ὤμοι Τυδεῖδη υἱέ,

Non animadvertis te bis idem dicere, idque ὕστερον πρότερον, quod aiunt? Denique vide ne ſententia verbi κατάδεσμος plane contraria ſit tuæ interpretationi. Utebantur enim his adjurandi formulis ut a dæmonibus obſeſſos & vinctos liberarent: at κατάδεσμοι, *defixiones* ſive *devinctiones* magicæ, hominum corpora menteſque non ſolvebant, ſed ligabant vinciebantque, ut neque mens neque corporis pars devota ſuum officium facere poſſet. Hinc καταδεδέσθαι apud Dinarchum Suidas (aut potius Harpocration, quem Suidas excribit) exponit πεφαρμακεῦσθαι καὶ δεδέσθαι τοῖς φαρμάκοις. Plato XI. De leg. p. 932, 3. Διτταὶ γὰρ δὴ φαρμακεῖαι κατὰ τὸ τῶν ἀνθρώπων οὖσαι γένος, ἐπίσχουσι τὴν διαίρεσιν. ἣν μὲν γὰρ τανῦν διαῤῥήδην εἴπομεν, σώμασι σώματα κακουργοῦσα, ἐστὶ κατὰ φύσιν. ἄλλη δὲ ἡ μαγγανείαις τέ τισι καὶ ἐπῳδαῖς καὶ ΚΑΤΑΔΕΣΕΣΙ ΛΕΓΟΜΕΝΑΙΣ πείθει, τοὺς μὲν τολμῶντας βλάπτειν αὐτοὺς ὡς δύνανται τὸ τοιοῦτον, τοὺς δ' ὡς παντὸς μᾶλλον ὑπὸ τούτων δυναμένων γοητεύειν βλάπτονται· &c. Syneſius Ep CXXI. p. 257. Ἀλλ' ἐγώ τι καὶ ἐπῳδὰς οἶδα, καὶ ΚΑΤΑΔΕΣΜΟΥΣ, καὶ ἐρωτικὰς καταναγκας, αἷς οὐκ εἰκὸς ἀντισχεῖν οὐδὲ πρὸς βραχὺ τὴν Γαλάτειαν. Non affirmo tamen nuſquam reperiri poſſe hanc vocem laxiori & minus proprio ſenſu, ut ſcilicet ea quoque carmina denotet, quæ non damnum ferunt ſed remedium & incolumitatem. Interea (inquies) quomodo erit hic vertenda? Equidem, ut ignorantiam & tarditatem meam fatear, hic, ut in pleriſque aliis rebus, quid verum & rectum non ſit, quam quid ſit, multo facilius dixerim. Quid ſi *ligaturis*? Iſidorus Orig. VIII. 9. p. 69. *Ad hæc omnia pertinent &* ligaturæ *execrabilium remediorum quæ ars medicorum condemnat, ſive in præcantationibus, ſive in characteribus, vel in quibuſcunque rebus ſuſpendendis atque ligandis.* Idem dicit Auguſtinus De doctrina Chriſtiana II. 20. col. 32. quem Iſidorus pene ad verbum compilavit. Gaudentius Tract. IV. p 809. *Partes idololatriæ ſunt veneficia, præcantationes*, ſuballigaturæ, &c. Gregorius Turonenſis De gloria martyrum II. 45. p. 559. *Denique mei cum viderent eum in extrema vexari, ariolum quendam invocant. Ille vero venire non differens acceſſit ad ægrotum, & artem ſuam exercere conatur. Incantationes immurmurat, ſortes jactat*, ligaturas *collo ſuſpendit*. Habet autem κατάδεσμος aliam ſignificationem quæ fortaſſe huc trahi poſſit. Deſignat enim interdum, niſi fallor, carmina quorum viribus magi & vates deos e cœlo vel inferis evocatos quamdiu volebant vel invitos detinebant, ἀπορρήτοις δεσμοῖς καταδεδεμένους, ut loquitur Euſebius. Inde illud,

Λύσατε λοιπὸν ἄνακτα,

aliæque deorum preces, iſtis θεοδαίμοσιν ἀνάγκαις vinctorum, miſereque liberari cupientium, apud Euſebium P. E. V. 9. ex Porphyrio. Euſebius ibidem p. 196. Οὔτ' ἂν ἐρῶσιν ὁ Ῥόδιος Πυθαγόρας, οὔθ' ὁ τούτου ταύτην προσάγων τὴν μαρτυρίαν, οὔθ' ὅστις τῶν ἀνθρώπων θεοὺς προσείποι ἂν εὐλόγως, ἀλλ' οὐδὲ ἀγαθοὺς δαίμονας, τοὺς ὑπὸ θνητῶν ἀνθρώπων, καὶ ταῦτα γοήτων, εἰ κατὰ γνώμην εἰκοῦσαν, βίᾳ δὲ καὶ ἀνάγκῃ συρομένους, καὶ μηδὲ τὸ τῶν δεσμῶν ἀπολύσεως τὴν ἐξουσίαν ἐφ' ἑαυτοῖς ἔχοντας. Idem de laudibus Conſtantini p. 532. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ΚΑΤΑΔΕΣΜΟΙΣ τισὶν ἀπειρημένης γοητείας, ἐνθέσμοις τε καὶ ἐπαναγκοις ᾠδαῖς καὶ ἐπῳδαῖς, δυνάμεις τε ἀφανεῖς ἀμφὶ τὸν ἀέρα πολουμένας, παρέδρους ἑαυτοῖς ἐφειλκύσαντο. Valeſius ad hunc locum de hoc genere καταδέσμων nihil dicit, quod minus miror, cum a nemine, quod ſciam, animadverſum & a cæteris diſtinctum & ſeparatum ſit: ſed quod veneficorum καταδέσμους, iiſque contrarias *ligaturas*, & Oroſii *obligamentum magicum* (quod nihil aliud erat niſi defoſſio hominum in foro boario) permiſcet, in eo ſane judicium ejus tantopere celebratum valde deſidero. Plato II. De rep. p. 364. Ἀγύρται δὲ καὶ μάντεις, ἐπὶ πλουσίων θύρας ἰόντες, πείθουσιν—ἐπαγωγαῖς τισὶ καὶ ΚΑΤΑΔΕΣΜΟΙΣ τοὺς θεοὺς (ὥς φασι) πείθοντές σφισιν ὑπηρετεῖν. Πειθοῖ ſcilicet ἀῤῥήτων ἐπῶν, quam Porphyrius πειθανάγκην vocat. Euſeb. P. E. V. 10. p. 199. Πόθεν γὰρ ἀνθρώποις ταῦτα παρῆν εἰδέναι, ἢ τῶν δαιμόνων αὐτῶν τὰ περὶ ἑαυτῶν ἐξειπόντων, καὶ τοὺς ΚΑΤΑΔΕΣΜΟΥΣ κατ' ἀλλήλων ἐξηγορευκότων; Deinde ejus rei teſtem citat Porphyrium, cujus hæc verba ſunt, ib. c. XI. Οὐ μόνον δὲ τὴν πολιτείαν αὐτῶν αὐτοὶ μεμηνύκασι καὶ τὰ ἄλλα τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ καὶ τίσι χαίρουσι καὶ κρατοῦνται ὑπηγόρευσαν, καὶ μὴν καὶ τίσιν ἀναγκάζονται. Quidni igitur, ut eo tandem veniamus quo hæc omnia tendunt, horum καταδέσμων aliquid ſimile habuerint Judæorum

ἐπᾶραι τὰς πύλας, ἵνα εἰσέλθῃ οὗτος ὁ ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς Κύριος τῶν δυνάμεων κατὰ τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ λόγος τοῦ Δαβὶδ ὁμοίως ἀπέδειξεν, ὃ καὶ πάλιν ἐπιμνησθήσομαι διὰ τούτους τοὺς μὴ καὶ χθὲς συνόντας ἡμῖν, δι' οὓς καὶ πολλὰ τῶν χθὲς εἰρημένων ἐπὶ κεφαλαίων λέγω, καὶ νῦν πρὸς ὑμᾶς ἐὰν τοῦτο λέγω, εἰ καὶ ἐταυτολόγησα πολλάκις, οὐκ ἄτοπον εἰπεῖν ἐπίσταμαι. γελοῖον μὲν γὰρ πρᾶγμά ἐστιν, ὁρᾷν τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τὰ ἄστρα τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἀεὶ, καὶ τὰς τροπὰς τῶν ὡρῶν ποιεῖσθαι, καὶ τὸν ψηφικὸν ἄνδρα, εἰ ἐξετάζοι τὸ τὰ
312 δὶς δύο πόσα ἐστὶ, διὰ τὸ πολλάκις

portas tollere præcipit, ut ingrediatur iſte qui a mortuis reſurrexit Dominus virtutum juxta voluntatem Patris, Chriſtus Jeſus, aliud ejuſdem Davidis verbum conſimiliter oſtendit, quod propter eos repetam qui heri nobiſcum non fuere, quorum nimirum gratia etiam multa heſterno die dicta denuo capitulatim refero. Atque id ſi nunc quoque apud vos commemoravero, non abſurde tamen me facturum eſſe novi. Ridiculum namque fuerit, ſolem videre & lunam & ſidera eandem continue inire viam, & converſiones tempeſtatum eaſdem efficere; & rationum ſupputatorem virum, ſi ab eo requiratur, Bis duo quantum efficiant, propterea quod ſæpius

rum exorciſtarum καλάδεσμοι? Quidni & ii carmina fuerint quibus dæmonium, ſuffimentis (ut iis quoque ſit quod agant) ex dæmoniaco fugatum, ita vinciretur ut redire non poſſet? Mirabilem ſane in modum huic conjecturæ favent quæ ſcribit Joſephus Ant. VIII. 2. p. 257, 8. Παρέσχε δ' αὐτῷ (Solomoni) μαθεῖν ὁ Θεὸς καὶ τὴν κατὰ τῶν δαιμόνων ΤΕΧΝΗΝ εἰς ὠφέλειαν καὶ θεραπείαν τοῖς ἀνθρώποις. ἐπῳδάς τε συνταξάμενος αἷς παρηγορεῖται τὰ νοσήματα, καὶ τρόπους ἐξορκώσεων καταλέλοιπεν, οἷς ΕΝΔΟΥΜΕΝΑ τὰ δαιμόνια ὡς μηκέτ' ἐπανελθεῖν ἐκδιώκουσι. Καὶ αὕτη μέχρι νῦν παρ' ἡμῖν ἡ θεραπεία πλεῖστον ἰσχύει. ἱστόρησα γάρ τινα Ἐλεάζαρον τῶν ὁμοφύλων, Οὐεσπασιανοῦ παρόντος καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ καὶ χιλιάρχων καὶ ἄλλου στρατιωτικοῦ πλήθους, τοὺς ὑπὸ τῶν δαιμονίων λαμβανομένους ἀπολύοντα τούτων. ὁ δὲ τῆς θεραπείας τρόπος τοιοῦτος ἦν. προσφέρων τῇ ῥινὶ τοῦ δαιμονιζομένου τὸν δακτύλιον ἔχοντα ὑπὸ τῇ σφραγῖδι ῥίζαν ἐξ ὧν ὑπέδειξε Σολομὼν, ἔπειτα ἐξεῖλκεν ΟΣΦΡΑΙΝΟΜΕΝΩ διὰ τῶν μυκτήρων τὸ δαιμόνιον, καὶ πεσόντος εὐθὺς τοῦ ἀνθρώπου, μηκέτ' εἰς αὐτὸν ἐπανελθεῖν ὥρκου, Σολομῶνός τε μεμνημένος, καὶ τὰς ἐπῳδὰς ἃς συνέθηκεν ἐκεῖνος, ἐπιλέγων. Non diſſimili arte dæmonio rivali liberatus eſt Tobias. Ἔλαβε τὴν τέφραν τῶν θυμιαμάτων καὶ ἐπέθηκε τὴν καρδίαν τοῦ ἰχθύος καὶ τὸ ἧπαρ, καὶ ἐκάπνισεν. ὅτε δὲ ΩΣΦΡΑΝΘΗ τὸ δαιμόνιον τῆς ὀσμῆς, ἔφυγεν εἰς τὰ ἀνώτατα Αἰγύπτου, καὶ ΕΔΗΣΕΝ αὐτὸν ὁ ἄγγελος. Tob. VIII. 2, 3. Quod autem pro εἶπον, εἰπεῖν legit Caſaubonus, & id quoque improbo damnoque multis de cauſis, quas, prolixitatem meam ipſe faſtidiens, memorare ſuperſedeo, præſertim cum ſatis ſit oſtendere nulla emendatione hic opus eſſe. *Verbo* εἶπον, inquit, *nullus ibi locus*. Nempe aut quia periodum claudit, aut quia in ejuſdem hominis continenti ſermone interponitur. Poſterius quod attinet, nihil Juſtino uſitatius, nihil vulgarius, neque quod minus quis in narrando colloquio vitare poſſit, aut adeo debeat, cum & gratiam & vigorem orationi addat, redigatque in lectorum memoriam non ſe frigidas otioſi hominis commentationes legere, ſed calentem colloquentium ſtudiis dialogum, quo ſcribendi genere nihil eſt jucundius. Quinetiam nuſquam elegantius interponuntur hujuſmodi verba quam poſt ἤδη μέντοι ſimiliaque vocabula, nuſquam etiam, natura duce, ſæpius, quod ſive doctorum ſive indoctorum ſermonem obſerves, verum eſſe comperies. Hinc Juſtinus p. 267. Ἤδη μέντοι, ὦ Τρύφων, εἶπον, οὐκ ἀπεικότως &c. Et p. 343. Ἤδη μέντοι ἐθαύμαζον, ἔφην, &c. At fortaſſe non debuit εἶπον ultimum locum occupare. Equidem non video quam ob cauſam, præſertim in tam brevi periodo. Supra p. 271. Ἐν παραβολῇ δὲ καὶ παρακεκαλυμμένως τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τούτου αὐτὰ ἐλελαλήκει, ἔφην. Vides cognatam vocem ἔφην, ſi non in extrema acie, ſaltem ſatis poſt principia collocatam. P. 356. Καὶ τὰ ἑξῆς αἰνιγματωδῶς ἀπὸ τῶν τοῦ Μωϋσέως, καὶ ἐξηγημένα ὑπ' ἐμοῦ, πάλιν ἔλεγον, δι' ὧν ἀποδέδεικται ὑπὸ τῷ πατρὶ καὶ κυρίῳ τεταγμένος, καὶ ὑπηρετῶν τῇ βουλῇ αὐτοῦ, οὗτος ὃς ὤφθη τῷ τε Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακὼβ, καὶ τοῖς ἄλλοις πατριάρχαις, ἀναγεγραμμένος Θεὸς, ἔλεγον. Iſti verbo tam longam periodum claudere licet; huic tam brevem non licebit?

1. Ἐπᾶραι.] Ante vel poſt ἐπᾶραι deſideratur κελεύει, aut aliud hujuſmodi verbum. Sylburgius.

5, 6. Ὃ καὶ πάλιν ἐπιμνησθήσομαι.] Et hic pſalmus in ſuperioribus deſideratur. Langus.

11. Εἰπεῖν.] F. ποιεῖν.

16, 7. Εἰ ἐξετάζοι τὸ, τὰ δὶς δύο πόσα ἐστί.] Interpres videtur legiſſe ἐξετάζοιτο.

1. Παύ-

ſæpius dixerit Quatuor, non tamen deſinere Quatuor dicere; atque item alia quæcunque frequenter certoque dicuntur identidem eodem modo repeti; eum vero qui ex propheticis literis cum aliis colloquendo verba faciat, ceſſare, & non eaſdem ſcripturas ſemper allegare, ſed ſe ipſum melius quidquam quam ſanctas literas invenire & eloqui poſſe, exiſtimare. Itaque verbum quo ſignificatum eſt Deum oſtendere angelos in cœlo eſſe
Pſ. cxlviii. 1, 2. & virtutes, ſic habet: *Laudate Dominum de cœlis: laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus.* Et Mnaſeas quidam nomine, qui cum eis altero die venerat, Gaudemus, inquit, nos, quod eadem repetere noſtra cauſa ſis aggreſſus. Atque ego, Audite, inquam, o amici, qua ſcriptura adductus hoc faciam. Jeſus præcepit & inimicos diligere; quod & per Eſaiam pluribus verbis eſt promulgatum, in quibus etiam eſt arcanum regenerationis noſtræ, & omnium adeo Chriſtum in Hieruſalem appariturum expectantium, & operibus ei complacere laborantium. Verba Eſaiæ hujuſmodi ſunt:

κις εἰρηκέναι ὅτι τέσσαρα, παύσεσθαι τοῦ πάλιν λέγειν ὅτι τέσσαρα, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως ὅσα παγίως ὁμολογεῖται ἀεὶ ὡσαύτως λέγεσθαι καὶ ὁμολογεῖσθαι· τὸν δὲ ἀπὸ τῶν γραφῶν τῶν προφητικῶν ὁμιλίας ποιούμενον, ἐᾶν, καὶ μὴ τὰς αὐτὰς ἀεὶ λέγειν γραφάς, ἀλλ᾽ ἡγεῖσθαι ἑαυτὸν βέλτιον τῆς γραφῆς γεννήσαντα εἰπεῖν. ἔστιν οὖν ὁ λόγος, δι᾽ οὗ ἐσήμανε τὸν Θεὸν δηλοῦν ὅτι καὶ ἄγγελοί εἰσιν ἐν οὐρανῷ καὶ δυνάμεις, οὗτος, Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις. αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. Καὶ Μνασέας δέ τις ὀνόματι τῶν συνελθόντων αὐτοῖς τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ, εἶπε, Καὶ ἡμεῖς χαίρομεν πάλιν πειρωμένου σου τὰ αὐτὰ λέγειν δι᾽ ἡμᾶς. Κἀγὼ εἶπον, Ἀκούσατε, φίλοι, τίνι γραφῇ πειθόμενος ταῦτα πράττω. Ἰησοῦς ἐκέλευσεν ἀγαπᾷν καὶ τοὺς ἐχθρούς, ὅπερ καὶ διὰ Ἠσαΐου ἐκεκήρυκτο διὰ πλειόνων, ἐν οἷς καὶ τὸ μυστήριον πάλιν τῆς γενέσεως ἡμῶν, καὶ ἁπλῶς πάντων τῶν τὸν Χριστὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ φανήσεσθαι προσδοκώντων, καὶ δι᾽ ἔργων διαρέσκειν αὐτῷ σπουδαζόντων. εἰσὶ δὲ οἱ διὰ Ἠσαΐου λόγοι οὗτοι,

1. Παύσεσθαι.] Addenda particula negativa οὐ, aut hic, aut forte potius ſupra ante διά.

4, 5. Ὁμολογεῖσθαι.] Omnino legendum ποιεῖσθαι. Librario feſtinanti & aliud agenti verſabatur ante oculos quod paulo ante ſcripſerat verbum ὁμολογεῖται. inde natum hoc ὁμολογεῖσθαι. Similia quotide in ſcribendo, maximeque in tranſcribendo, experimur omnes.

8, 9. Βέλτιον τῆς γραφῆς γεννήσαντα εἰπεῖν.] F. βέλτιόν τι.

9. Γεννήσαντα.] Quintil. Inſt. X. 2. p. 757. *An illi rudes ſola mentis natura ducti ſunt in hoc ut tam multa generarent, nos ad quærendum non eo ipſo concitemur, quod certe ſcimus inveniſſe eos qui quæſierunt?* Scriptor Rhetoricorum ad Herennium lib. IV. p. 32. *Quod ſi artificioſum eſt intelligere quæ ſunt ex arte ſcripta, multo eſt artificioſius ipſum ſcribere ex arte. Qui enim ipſe ſcribet artificioſe, ab aliis commode ſcripta facile intelligere poterit: qui eliget facile, non continuo ipſe commode ſcribet. Et ſi eſt maxime artificioſum, alio tempore utantur ea facultate, non tum cum parere ipſi* & gignere *& proferre debent.* Longinus περὶ ὕψους §. VII. p. 18. —— πληροῦται χαρᾶς καὶ μεγαλαυχίας ὡς αὐτὴ ΓΕΝΝΗΣΑΣΑ ὅπερ ἤκουσε.

10. Ἐσήμανε.] Lege ἐσήμαινε.

25, 6. Τὸ μυστήριον πάλιν τῆς γενέσεως ἡμῶν.] Forſaſſe auctor ſcripſit τὸ μυστήριον τῆς πάλιν γενέσεως ἡμῶν (ut infra 346. 31. ἐν τῇ πάλιν παρουσίᾳ) vel etiam compoſite τῆς παλιγγενεσίας. SYLBURGIUS.

1. Τὸ

οὗτοι, Ἀκούσατε τὸ ῥῆμα Κυρίου, οἱ τρέμοντες τὸ ῥῆμα αὐτοῦ· εἴπατε ἀδελφοὶ ἡμῶν, τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ βδελυσσομένοις τὸ ὄνομα Κυρίου δοξασθῆναι, ὤφθη ἐν τῇ εὐφροσύνῃ αὐτῶν, κἀκεῖνοι αἰσχυνθήσονται. Φωνὴ κραυγῆς ἐκ πόλεως, φωνὴ ἐκ ναοῦ, φωνὴ Κυρίου ἀποδιδόντος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις. πρὶν ἢ τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, καὶ πρὶν ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων, ἐξέτεκεν ἄρσεν. τίς ἤκουσε τοιοῦτον; καὶ τίς ἑώρακεν οὕτως; εἰ ὤδινεν ἡ γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, εἰ δὲ καὶ τέκοι ἔθνος εἰσάπαξ; ὅτι ὤδινε καὶ ἔτεκε Σιὼν τὰ παιδία αὐτῆς. ἐγὼ δὲ ἔδωκα τὴν προσδοκίαν ταύτην, καὶ οὐ γεννώσῃ εἶπε Κύριος· ἰδοὺ ἐγὼ γεννῶσαν καὶ στεῖραν ἐποίησα, λέγει Κύριος. εὐφράνθητι Ἱερουσαλήμ, καὶ πανηγυρίσατε πάντες οἱ ἀγαπῶντες αὐτήν, χαίρετε πάντες ὅσοι πενθεῖτε ἐπ' αὐτήν, ἵνα θηλάσητε, καὶ ἐμπλησθῆτε ἀπὸ μαστοῦ παρακλήσεως αὐτῆς, ἵνα ἐκθηλάσαντες τρυφήσητε ἀπὸ εἰσόδου δόξης αὐτοῦ. καὶ ταῦτα εἰπὼν προσέθηκα, Ὅτι δὲ μετὰ τὸ σταυρωθῆναι τοῦτον, ὃν ἔνδοξον πάλιν παραγενήσεσθαι ἀποδεικνύουσιν αἱ γραφαί, σύμβολον εἶχε τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ὃ ἐν τῷ παραδείσῳ πεφυτεῦσθαι

ſunt: *Audite verbum Domini, tre-* Eſai. lxvi. 5—11.
mentes ad verbum ejus. Dicite, Fratres noſtri, ad eos qui odio habent & abominantur vos, ut nomen Domini glorificetur. Viſus eſt in lætitia eorum, atque illi pudore afficientur. Vox clamoris e civitate, vox e templo: vox Domini retributionem ſuperbis retribuentis. Priuſquam parturiens gigneret, & priuſquam veniret labor dolorum, peperit maſculum. Quis audivit tale quidquam, & quis ita vidit? ſi parturiit terra in die uno, ſi vero & peperit gentem nixu uno. quoniam parturiit & progenuit Sion filios ſuos. Ego autem dedi expectationem hanc, & non. parienti, dixit Dominus: ecce ego parientem & ſterilem feci, dicit Dominus. Lætare, Hieruſalem; & conventus agite, omnes qui diligitis eam. Gaudete omnes quicunque lugetis ſuper eam, ut ſugatis & impleamini ab ubere conſolationis ejus: ut poſtquam ſuxeritis, deliciis affluatis ab ingreſſu gloriæ ejus. His dictis adjeci: Quod autem ligni crucis, poſtquam in eo affixus eſt iſte quem glorioſum denuo adventurum eſſe ſanctæ oſtendunt literæ, ſymbolum atque notam lignum vitæ obtinuerit, quod in paradiſo ſatum

1. Τὸ ῥῆμα Κυρίου.] Biblia ῥήματα Κυρίου. Codex Alexandrinus & Cyrillus ut Juſtinus.

2. Τὸ ῥῆμα αὐτοῦ.] Biblia τὸν λόγον αὐτοῦ.

3, 4, 5. Τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ βδελυσσομένοις τὸ ὄνομα Κυρίου δοξασθῆναι, ὤφθη ἐν τῇ εὐφροσύνῃ αὐτῶν.] Biblia τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς καὶ βδελυσσομένοις, ἵνα τὸ ὄνομα Κυρίου δοξασθῇ, καὶ ὀφθῇ &c.

8. Ἀποδιδόντος.] Biblia ἀνταποδιδόντος.

8, 9. Τοῖς ὑπερηφάνοις.] Biblia τοῖς ἀντικειμένοις.

11. Ἐξέτεκεν.] Biblia ἐξέφυγε καὶ ἔτεκεν.

15, 6, 7. Ἐγὼ δὲ ἔδωκα τὴν προσδοκίαν ταύτην, καὶ οὐ γεννώσῃ.] Si ſic ſcripſit Juſtinus, tollenda nota diſtinctionis. Sed fortaſſe legendum οὐ γεννήσω; LXX. οὐκ ἐμνήσθης μου. Symmachus οὐκ ἐκτοκίζω. Hebr. לא אוליד.

17. Ἰδού.] Biblia Complutenſia & Aldina καὶ ἰδού. Romana οὐκ ἰδοὺ—ἐποίησα;

18. Λέγει Κύριος.] Biblia εἶπεν ὁ Θεός σου.

19. Πανηγυρίσατε.] Ita Hieronymus & Cyrillus Hieroſolymitanus. Biblia πανηγυρίσατε ἐν αὐτῇ. V. p. 324. ℣. 27, 8.

20, 1. Χαίρετε πάντες.] Biblia Romana & Aldina χάρητε ἅμα αὐτῇ χαρᾷ πάντες. Complutenſia & Cyrillus Alexandrinus χάρητε χαρᾷ πάντες. Curterii codex χάρητε ※ χαρᾷ πάντες, & in margine ※ Θ. ἅμα αὐτῇ. Hieronymus, *Gaudete gaudio omnes.*

21. Ἐπ' αὐτήν.] Biblia Romana & Aldina ἐπ' αὐτῇ. Complutenſia ut Juſtinus.

24, 5. Αὐτοῦ.] Biblia αὐτῆς.

26. Μετὰ τὸ σταυρωθῆναι.] Præpoſitio μετὰ non video quid huc faciat. aptior eſſet copulativa καί. Sylburgius.

tum fuiſſe dictum eſt, eorumque i-
tem quæ obventura erant juſtis om-
Exod. iv. 17. nibus, audite. Moſes cum virga ad
Exod. xiv. 16, 21. liberationem populi miſſus eſt: eam-
que in manibus geſtans, in prima po-
Exod. xvii. 5, 6. puli fronte mare diſſecuit. Per hanc
e petra aquam profluentem vidit.
Exod. xv. 23, 4, 5. Et ligno in Mara in undam amaram
Gen. xxx. conjecto, dulcem eam reddidit. Vir-
gis in lacus aquarum miſſis, Jacob, ut
fœtæ fierent oves avunculi ſui, quo
ex fœtu earum lucraretur, voti com-
Gen. xxxii. 10. pos eſt factus. Virga ſua ſe fluvium
tranſiiſſe idem Jacob gloriatur. I-
Gen. xxxviii. 12, 3. dem ſcalam a ſe viſam dixit, cui in-
nixum fuiſſe Deum ſcriptura decla-
ravit. Et quod is pater non fuerit,
ex ſacris demonſtravimus literis. Et
Gen. xxviii. 18. xxxi. 13. effuſo in lapidem oleo eodem in
loco, columnam ſe viſo a ſe
Deo unxiſſe, ab ipſo qui illi vi-
ſus eſt, teſtimonium retulit, Deo.
Quod item Christus figurate la-
pis per multas ſcripturas ſit de-
prædicatus, ſimiliter probavimus.
Non minus quoque chriſma & un-
guentum omne, ſive olei, ſive ſta-
ctæ, ſive aliarum ex unguentorum
compoſitione unctionum, hujus fu-
iſſe itidem oſtendimus, verbo di-
Pſ. xliv. 8. cente: *Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis ſupra conſortes tuos.* Nam reges omnes & uncti, huic acceptum tulerunt quod & reges & uncti vocitati ſint:

φυλὰς ἐλέλεκτο, καὶ τῶν γενησομένων πᾶσι τοῖς δικαίοις, ἀκούσατε. Μωσῆς μετὰ ῥάβδου ἐπὶ τὴν τοῦ λαοῦ ἀπολύτρωσιν ἐπέμφθη· καὶ ταύτην ἔχων μετὰ χεῖρας ἐν ἀρχῇ τοῦ λαοῦ διέτεμε τὴν θάλασσαν· διὰ ταύτης ἀπὸ τῆς πέτρας ὕδωρ ἀναβλύσαν ἑώρα· καὶ ξύλον βαλὼν εἰς τὸ ἐν Μερρᾷ ὕδωρ, πικρὸν ὄν, γλυκὺ ἐποίησε. ῥάβδους βαλὼν Ιακὼβ εἰς τὰς ληνοὺς τῶν ὑδάτων ἐγκισσῆσαι τὰ πρόβατα τοῦ μητραδέλφου, ἵνα τὰ γεννήματα ἐξ αὐτῶν κτήσηται, ἐπέτυχεν. ἐν ῥάβδῳ αὐτοῦ διεληλυθέναι τὸν ποταμὸν ὁ αὐτὸς Ιακὼβ καυχᾶται. κλίμακα ἔφη ἑωρακέναι αὐτῷ, καὶ τὸν Θεὸν ἐπ᾽ αὐτῆς ἐστηρίχθαι ἡ γραφὴ δεδήλωκε (καὶ ὅτι οὐχ ὁ πατὴρ ἦν, ἀπὸ τῶν γραφῶν ἀπεδείξαμεν). καὶ ἐπὶ λίθου καταχέας ἔλαιον ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ Ιακὼβ, στήλην τῷ ὀφθέντι αὐτῷ Θεῷ ἀληλιφέναι ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ Θεοῦ μαρτυρεῖται. καὶ ὅτι λίθος Χριστὸς διὰ πολλῶν γραφῶν συμβολικῶς ἐκηρύσσετο, ὁμοίως ἀπεδείξαμεν. καὶ ὅτι τὸ χρῖσμα πᾶν, εἴτε ἐλαίου, εἴτε στακτῆς, εἴτε τῶν ἄλλων τῶν τῆς συνθέσεως τοῦ μύρου χρισμάτων, τούτου ἦν, ὁμοίως ἀπεδείξαμεν, τοῦ λόγου λέγοντος, Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. καὶ γὰρ οἱ βασιλεῖς πάντες, καὶ οἱ χριστοὶ, ἀπὸ τούτου μετέσχον καὶ βασιλεῖς καλεῖσθαι, καὶ χριστοί· 313

1, 2. Τῶν γενησομένων πᾶσι τοῖς δικαίοις.] Legendum γενομένων, quod quæ ſequuntur ſatis oſtendunt.

13, 4, 5. Ἐν ῥάβδῳ αὐτοῦ διεληλυθέναι τὸν ποταμὸν ὁ αὐτὸς Ιακὼβ καυχᾶται.] Geneſ. xxxii. 10. Ἐν γὰρ τῇ ῥάβδῳ μου ταύτῃ διέβην τὸν Ιορδάνην τοῦτον, νυνὶ δὲ γέγονα εἰς δύο παρεμβολάς. Gloriatur autem Jacobus, aut potius gratias agit Deo, non, niſi valde fallor, quod *in baculo ſuo tranſiiſſet Jordanem* (quod, ut opinor, inopiam ejus & ſolitudinem ſignificat, atque ita Targumim) ſed quod *cum duabus turmis regrederetur*.

26. Ἀπεδείξαμεν.] Probationes iſtæ ſupra non reperiuntur, ſed ſunt Pſ. cxvii. Act. iv. Rom. ix. 1 Pet. ii. Eſai. viii. & xxviii. Langus. Reſpicit Danielis locum ſuperius citatum, pag. 301. & forſitan Iſaiæ verba pag. 296. prolata. Jebb.

στοί· ὃν τρόπον καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ πα-
τρὸς ἔλαβε τὸ βασιλεὺς, καὶ Χριστὸς,
καὶ ἱερεὺς, καὶ ἄγγελος, καὶ ὅσα ἄλ-
λα τοιαῦτα ἔχει, ἢ ἔσχε.) ῥάβδος
ἡ Ααρὼν βλαστὸν κομίσασα ἀρχιερέα
αὐτὸν ἀπέδειξε. ῥάβδον ἐκ ῥίζης Ιεσ-
σαὶ γεννήσεσθαι τὸν Χριστὸν Ησαΐας προ-
εφήτευσε. καὶ Δαβὶδ, ὡς τὸ ξύλον
τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους
τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ
δώσειν ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ φύλ-
λον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεσθαι, φησὶν εἶ-
ναι τὸν δίκαιον. καὶ ὡς φοῖνιξ ἀνθή-
σειν ὁ δίκαιος εἴρηται. ἀπὸ ξύλου τῷ
Αβραὰμ ὤφθη ὁ Θεὸς, ὡς γέγραπ-
ται, πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ. ἑβ-
δομήκοντα ἰτέας, καὶ δώδεκα πηγὰς
εὗρεν ὁ λαὸς, διαβὰς τὸν Ιορδάνην.
ἐν ῥάβδῳ καὶ βακτηρίᾳ παρακεκλῆσθαι
ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Δαβὶδ λέγει. ξύλον Ε-
λισσαῖος βαλὼν εἰς τὸν Ιορδάνην πο-
ταμὸν, ἀνήνεγκε τὸν σίδηρον τῆς ἀξίνης,
ἐν ᾗ πεπορευμένοι ἦσαν οἱ υἱοὶ τῶν
προφητῶν κόψαι ξύλα εἰς οἰκοδομὴν
τοῦ οἴκου ἐν ᾧ τὸν νόμον καὶ τὰ προ-
στάγματα τοῦ Θεοῦ λέγειν καὶ μελε-
τᾷν ἐβούλοντο· ὡς καὶ ἡμᾶς βεβαπτισ-
314 μένους ταῖς βαρυτάταις ἁμαρτίαις, ἃς
ἐπράξαμεν, διὰ τοῦ σταυρωθῆναι ἐπὶ
τοῦ ξύλου, καὶ δι' ὕδατος ἁγνίσαι, ὁ
Χριστὸς ἡμῶν ἐλυτρώσατο, καὶ οἶκον εὐ-
χῆς καὶ προσκυνήσεως ἐποίησε. καὶ
ῥάβδος ἦν ἡ δείξασα Ιούδαν πατέρα
τῶν ἀπὸ Θάμαρ διὰ μέγα μυστήρι-
ον γεννηθέντων. Καὶ ὁ Τρύφων,
εἰπόντος

ſint: quemadmodum & ipſe a patre
accepit quod rex, & Chriſtus, & ſa-
cerdos, & angelus ſit, & quæcun-
que ejuſmodi alia habet aut habuit.
Virga Aaron, germen ferens, ponti- Num. xvii.
ficem eum declaravit. Virgam e Eſai. xi. 1.
radice Jeſſæ naſciturum eſſe Chri-
ſtum, Eſaias prolocutus eſt. Et Da- Pſ. i. 3.
vid, ut lignum plantatum ad decurſus
aquarum, quod fructum ſuum pro-
ducturum ſit tempore ſuo, & cujus
folium non ſit defluxurum, juſtum
eſſe ait. Et dicitur fore ut juſtus Pſ. xci. 13.
ſicut palma floreat. A ligno conſpe- Gen. xviii. 1.
ctus eſt Abraæ Deus, ſicut ſcriptum
eſt, *ad ilicem Mambræ*. Septua- Exod. xv.
ginta ſalices, & duodecim fontes in- 27. Num.
venit populus, tranſmiſſo Jordane. xxxiii. 9.
Virga & baculo conſolationem ſe ac- Pſ. xxii. 4.
cepiſſe a Deo, dicit David. Lig- 4 Reg. vi.
num ubi Eliſæus in amnem Jordanem 1—7.
projecit, ferrum ſecuris extulit, qua
filii prophetarum exiverant ut ligna
cæderent ad ſtructuram domus ubi
legem & præcepta Dei commemo-
rare atque meditari conſtituerant:
quemadmodum & nos graviſſimis
peccatis, quæ in nos admiſimus,
ſubmerſos, per ſupplicium crucis in
ligno, & per purificationem aquæ,
Chriſtus noſter redemit, & domum
orationis & adorationis effecit. Et
virga fuit quæ Judam patrem eſ- Geneſ.
ſe demonſtravit eorum qui per in- xxxviii.
gens ſacramentum e Thamar pro-
geniti ſunt. Ac Trypho,
talia

4. Ἔχει ἢ ἔσχε.] Subaudiendum καλεῖσθαι, aut aliud hujuſmodi verbum. Sylburgius.

13, 4. Ἀνθίσειν.] Uſitatius ἀνθήσειν, ut Pſ. xcii. Sylburgius.

14. Ἀπὸ ξύλου.] Sylburgius legit ὑπό. Codex MS. in magine ἐπί. Gen. xviii. 1. Ὤφθη δὲ αὐτῷ ὁ Θεὸς πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, καθημένου αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ μεσημβρίας.

17. Ἰτέας.] LXX. Exod. xv. 27. & Num. xxxiii. 9. στελέχη φοινίκων.

18. Διαβὰς τὸν Ιορδάνην.] Ἁμάρτημα μνημονικόν. Accidit enim id quod narrat, poſtquam tranſiverant mare rubrum, non Jordanem.

34, 5. Τῶν ἀπὸ Θάμαρ διὰ μέγα μυστήριον γεννηθέντων.] Irenæus IV. 25. p. 261. ed. Maſſ. *Hoc & per alia quidem multa, jam vero & per Thamar*

talia cum dixiſſem, Ne me poſthac, inquit, ſuſpicare evertendi animo quæ a te proferuntur, percontari quæcunque percontabor, ſed diſcendi ea quæ inquiro voluntate. Dic igitur mihi, cum verbum per Eſaiam dicat: *Egredietur virga de radice Jeſſæ, & flos aſcendet de radice Jeſſæ, & conquieſcet ſuper eum Spiritus Dei, Spiritus ſapientiæ & intellectus, Spiritus conſilii & fortitudinis, Spiritus cognitionis & pietatis; & replebit eum Spiritus timoris Domini.* Et hæc apud me profeſſus de Chriſto promulgata eſſe, dicere perrexit: Cum Deum ipſum prius fuiſſe affirmes, ac de conſilio & voluntate Dei incarnatum ex virgine hominem natum eſſe aſſeras: quomodo probari poteſt eum prius fuiſſe, qui per virtutes Spiritus Sancti, quas verbum per Eſaiam dinumerat, completur, perinde atque eis indiguiſſet? Et ego reſpondi: Acutiſſime & prudentiſſime interrogaſti. Nam vere hoc dubitationem in ſe habere videtur. Verum ut de his quoque rationem teneas, quæ dicam accipe. Virtutes Spiritus quæ recen-

Eſai. xi. 1, 2, 3.

εἰπόντος μου ταῦτα, ἔφη, Μή με λοιπὸν ὑπολάμβανε ἀνατρέπειν πειρώμενον τὰ ὑπό σου λεγόμενα πυνθάνεσθαι ὅσα ἂν πυνθάνωμαι, ἀλλὰ βουλεσθαι μανθάνειν περὶ τούτων ὧν ἂν ἐρωτῶ. εἰπὲ οὖν μοι, Διὰ τοῦ Ησαΐου εἰπόντος τοῦ λόγου, Εξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ιεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἀναβήσεται ἐκ τῆς ῥίζης Ιεσσαὶ, καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας, καὶ ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου Θεοῦ· καὶ ὁμολογήσας ταῦτα πρός με, ἔλεγεν, εἰς Χριστὸν εἰρῆσθαι, καὶ Θεὸν αὐτὸν προϋπάρχοντα λέγεις, καὶ κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ σαρκοποιηθέντα αὐτὸν λέγεις διὰ τῆς παρθένου γεγεννῆσθαι ἄνθρωπον· πῶς δύναται ἀποδειχθῆναι προϋπάρχων, ὅστις διὰ τῶν δυνάμεων τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἃς καταριθμεῖ ὁ λόγος διὰ Ησαΐου, πληροῦται, ὡς ἐνδεὴς τούτων ὑπάρχων; Κἀγὼ ἀπεκρινάμην, Νουνεχέστατα μὲν καὶ συνετώτατα ἠρώτησας, ἀληθῶς γὰρ ἀπόρημα δοκεῖ εἶναι· ἀλλ' ἵνα ἴδῃς καὶ τὸν περὶ τούτων λόγον, ἄκουε ὧν λέγω. ταύτας τὰς κατηριθμημένας

mar Judæ nurum typice oſtenditur. Cum enim concepiſſet geminos, alter eorum prior protulit manum ſuam; & cum obſtetrix putaret eum primogenitum eſſe, coccinum alligavit ſignum in manu ejus. Cum hoc autem factum eſſet, & abſtraxiſſet manum ſuam, prior exivit frater ejus Phares; ſic deinde ſecundus ille in quo erat coccinum, Zara: clare manifeſtante ſcriptura, eum quidem populum qui habet coccinum ſignum, id eſt, eam fidem quæ eſt in præputio, præoſtenſum (lege, *præoſtenſum*) *quidem primum in patriarchis, poſt deinde ſubtractam* (lege, *ſubtractum*) *uti naſceretur frater ejus; deinde ſic eum qui prior eſſet, ſecundo loco natum, qui eſt cognitus per ſignum coccinum quod erat in eo, quod eſt paſſio juſti, ab initio præfigurata in Abel, & deſcripta a prophetis, perfecta vero in noviſſimis temporibus in Filio Dei.* Neſcio an hoc ſit myſterium quod voluit noſter. certe non abſimile eſt ejus myſteriis.

3. Τὰ ὑπό σου λεγόμενα.] Facile eſſet magnifice demonſtrare Tryphonem hoc dicere non potuiſſe, & miſeros librarios aceto critico perfundere. Facile etiam reponere τὰ ὑπ' ἐμοῦ ὁμολογούμενα. quemadmodum ſupra Juſtinus p. 281. Οὐκ ὀρθῶς μέντοι οὐδὲ φιλαλήθως ποιεῖς κἀκεῖνα περὶ ὧν ἀεὶ συγκατατέθεισθε ἡμῖν γεγράφθαι ——— ἀναλύειν πειρώμενος. Sed nihil mutamus.

12, 3, 4. Πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας, καὶ ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου Θεοῦ.] Biblia πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας ἐμπλήσει αὐτόν. πνεῦμα φόβου Θεοῦ. quod ad diſtinctionem attinet, admodum ſane inepte. Origenes & Cyrillus Hieroſolymitanus & Irenæus ut Juſtinus.

14. Καὶ ὁμολογήσας.] Structuræ cohærentia requirit potius ἐπεὶ ὡμολόγησας. SYLBURGIUS.

24, 5. Νουνεχέστατα καὶ συνετώτατα ἠρώτησας.] Tryphonis patientia, facilitate, obſequio victus tandem Juſtinus, & præcipue ſubmiſſa præfatione hujus quæſtionis, aliquid de ferocia ſua remittit. Qui enim fieri potuit quin eum aliquid aliquando ſentire concederet, a quo ipſe eſt in tanto honore habitus? Sed cito ad ingenium redit.

25, 6. Αν-

μημένας τοῦ πνεύματος δυνάμεις, οὐχ ὡς ἐνδεοῦς αὐτοῦ τούτων ὄντος, φησὶν ὁ λόγος ἐπεληλυθέναι ἐπ' αὐτὸν, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἐκεῖνον ἀνάπαυσιν μελλουσῶν ποιεῖσθαι, τουτέστιν ἐπ' αὐτοῦ πέρας ποιεῖσθαι τοῦ μηκέτι ἐν τῷ γένει ὑμῶν κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος προφήτας γενήσεσθαι, ὅπερ καὶ ὄψει ὑμῖν ἰδεῖν ἔστι· μετ' ἐκεῖνον γὰρ οὐδεὶς ὅλως προφήτης παρ' ὑμῖν γεγένηται. καὶ ὅτι οἱ παρ' ὑμῖν προφῆται ἕκαστος μίαν τινὰ ἢ καὶ δευτέραν δύναμιν παρὰ τοῦ Θεοῦ λαμβάνοντες, ταῦτα ἐποίουν καὶ ἐλάλουν ἃ καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν ἐμάθομεν, κατανοήσατε. καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενα. Σοφίας μὲν γὰρ πνεῦμα Σολομῶν ἔσχε, συνέσεως δὲ καὶ βουλῆς Δανιὴλ, ἰσχύος δὲ καὶ εὐσεβείας Μωσῆς, καὶ Ἠλίας φόβου, καὶ γνώσεως Ἠσαΐας, καὶ οἱ ἄλλοι αὖ ὁμοίως, ἢ μίαν ἕκαστος, ἢ ἐναλλὰξ ἄλλην τινὰ μετ' ἄλλης δυνάμεως ἔχον, οἷον Ἱερεμίας, καὶ οἱ δώδεκα,
315 καὶ Δαβὶδ, καὶ οἱ ἄλλοι ἁπλῶς ὅσοι γεγόνασι παρ' ὑμῖν προφῆται. ἀνεπαύσατο οὖν, τουτέστιν ἐπαύσατο, ἐλθόντος ἐκείνου μεθ' ὃν τῆς οἰκονομίας ταύτης τοῖς ἐν ἀνθρώποις αὐτοῦ γενομένοις χρόνοις παύσασθαι ἔδει αὐτὰ ἀφ' ὑμῶν, καὶ ἐν τούτῳ ἀνάπαυσιν λαβόντα, πάλιν, ὡς ἐπεπροφήτευτο, γενήσεσθαι δόματα, ἃ ἀπὸ τῆς χάριτος τῆς δυνάμεως τοῦ πνεύματος ἐκείνου τοῖς ἐπ' αὐτὸν

recenſitæ ſunt, verbum non ita ſuper eum veniſſe ait, quaſi indigus earum fuerit, ſed quod acquieturæ in eum eſſent, hoc eſt in eo finem facturæ, ita ut in genere veſtro non amplius more veteri prophetæ futuri eſſent. quod & oculis ipſi veſtris cernere poteſtis; poſt illum namque nullus omnino apud vos fuit propheta. Ac quod prophetæ veſtri pro ſe quiſque unam aut etiam alteram Deo acceptam virtutem referentes, ea & fecerint & dixerint, quæ nos quoque ex ſanctis percepimus literis, id una cum his quæ a me dicuntur in animis veſtris conſiderate. Nam ſapientiæ ſpiritum Salomon habuit, intellectus & conſilii Daniel, fortitudinis & pietatis Moſes, timoris Elias, & cognitionis Eſaias, atque alii etiam ſimiliter aut unam aut varie aliam quampiam atque aliam obtinuere virtutem, quemadmodum & Hieremias, & duodecim illi, & David, & alii omnes quicunque apud vos fuere ſacri vates. Conquierunt ergo, id eſt ceſſarunt, virtutes eæ, cum ille veniſſet, poſt quem, œconomiæ & provinciæ iſtius ſuæ obeundæ temporibus, cum inter homines eſſet, exactis, quieſcere ſive ceſſare eas a vobis oportebat, & in illo acquieſcentes denuo, prout prædictum eſt, dona fieri, quæ de gratia virtutis Spiritus illius, in ſe

10—16. Καὶ ὅτι—, κατανοήσατε &c.] Infra p. 368. καὶ ὅτι οὕτω γέγονεν, ἀκούσατε. Atque ita alibi paſſim. Ita etiam alii ſæpe. ut mirari ſatis non queam, interpretes in re tam nota errare potuiſſe.

25, 6. Ἀνεπαύσατο οὖν τουτέστιν ἐπαύσατο.] Tertull. adv. Jud. c. VIII. p. 215. *Omnis plenitudo ſpiritalium retro chariſmatum in Chriſto ceſſerunt* (lege *ceſſarunt*) *ſignante viſionem & prophetias omnes, quas adventu ſuo adimplevit.*

27, 8, 9. Μεθ' ὃν τῆς οἰκονομίας ταύτης τοῖς ἐν ἀνθρώποις αὐτοῦ γενομένοις χρόνοις παύσασθαι ἔδει.] F. leg. μεθ' ὃν, τῆς οἰκονομίας ταύτης τῆς ἐν ἀνθρώποις γενομένης, παύσασθαι ἔδει, nulla ratione habita verbi χρόνοις, ut quod additum videatur propter corruptum illud γενομένοις. Tertull. p. 215. *Poſt adventum Chriſti & paſſionem ipſius jam non viſio neque prophetes eſt.* Quod ſi quis temerarium eſſe putat, nimiæque licentiæ, integram vocem penitus delere, legat per me licet —— γενομένης χρόνοις, vel —— γενομένων χρόνων, aut etiam vulgatam lectionem retineat, mutato

ſe credentibus ipſe donat, pro eo atque dignum quemque eſſe novit. Et quod ita fore ſit prædictum, ſecundum ejus in cœlum aſcenſionem, cum antea dixi, tum iterum repetens dico. Dictum ergo
Pſ. lxvii. 19. Eph. iv. 8, 9. eſt: *Aſcendit in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona filiis hominum.* Ac rurſum in alio vaticinio dictum eſt: *Et futurum eſt po-*
Joel. ii. 28, 9. *ſtea, effundam Spiritum meum ſuper omnem carnem, & ſuper ſervos meos, & ſuper ſervas meas, & prophetabunt.* Atque eſt apud nos videre & fœminas & maſculos dona a Spiritu Dei habentes. Quapropter non eo prædictum eſt, in ipſum, quæ commemoratæ ſunt ab Eſaia, virtutes venturas, quod eis eguerit, ſed quod ulterius non eſſent futuræ. Hujus rei vobis teſtimonium ſit, quod apud vos a Magis Arabicis factum eſſe retuli; qui ſimul atque puellus progenitus eſſet, advenientes adorarunt eum. Nam in lucem editus, virtutem ſuam obtinuit: & incrementum capiens, juxta communem aliorum omnium mortalium morem,

αὐτὸν πιστεύουσι δίδωσιν, ὡς ἄξιον ἕκαστον ἐπίσταται· ὅτι ἐπεπροφήτευτο τοῦτο μέλλειν γίνεσθαι ὑπ' αὐτοῦ μετὰ τὴν εἰς οὐρανὸν ἀνέλευσιν αὐτοῦ, εἶπον μὲν ἤδη, καὶ πάλιν λέγω. εἶπεν οὖν, Ἀνέβη εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔδωκε δόματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρᾳ προφητείᾳ εἴρηται, Καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα ἐκχεῶ τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ ἐπὶ τοὺς δούλους μου, καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου, καὶ προφητεύσουσι. Καὶ παρ' ἡμῖν ἐστιν ἰδεῖν καὶ θηλείας καὶ ἄρσενας χαρίσματα ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ ἔχοντας. ὥστε οὐ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐνδεῆ δυνάμεως ἐπεπροφήτευτο ἐλεύσεσθαι ἐπ' αὐτὸν τὰς δυνάμεις τὰς κατηριθμημένας ὑπὸ Ἡσαΐου, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐπέκεινα μὴ μέλλειν ἔσεσθαι. μαρτύριον δὲ καὶ τοῦτο ἔστω ὑμῖν, ὃ ἔφην πρὸς ὑμᾶς γεγονέναι ὑπὸ τῶν Ἀῤῥαβίας μάγων, οἵτινες ἅμα τῷ γεννηθῆναι τὸ παιδίον ἐλθόντες προσεκύνησαν αὐτῷ. καὶ γὰρ γεννηθεὶς δύναμιν τὴν αὐτοῦ ἔσχε, καὶ αὐξάνων κατὰ τὸ κοινὸν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνθρώπων, χρώμενος τοῖς ἁρμόζουσιν,

tato tantummodo τοῖς in τῷ, ut γινομένοις χρόνοις, abſolute ponatur, cujus conſtructionis videor legiſſe exempla quæ in dubium vocari non poſſint.

2. Ἐπίσταται· ὅτι.] F. leg. ἐπίσταται. καὶ ὅτι.

4, 5. Εἶπον μὲν ἤδη.] P. 216.

10. Ἐκχεῶ.] Biblia Romana & Aldina καὶ ἐκχεῶ. Complutenſia & codex Alexandrinus & Hieronymus ut Juſtinus.

Ib. Τὸ πνεῦμά μου.] Biblia ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου.

12. Δούλας μου.] Biblia Romana & Complutenſia δούλας tantum. Aldina & codex Alexandrinus ut Juſtinus.

12—15. Καὶ παρ' ἡμῖν ἐστιν ἰδεῖν καὶ θηλείας καὶ ἄρσενας χαρίσματα ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ ἔχοντας.] Exiſtimavit hoc memoratu dignum Euſebius H. E. IV. 18. p. 114. Γράφει δὲ καὶ ὡς ὅτι μέχρι καὶ αὐτοῦ χαρίσματα προφητικὰ διέλαμπεν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας. Origenes VII. c. Celſ. p. 337. Σημεῖα δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατ' ἀρχὰς μὲν τῆς Ἰησοῦ διδασκαλίας, μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ πλείονα, ἰδεῖν-νῦλο, ὕστερον δὲ ἐλάττονα· πλὴν καὶ νῦν ἔτι ἴχνη ἐστὶν αὐτοῦ παρ' ὀλίγοις, τὰς ψυχὰς τῷ λόγῳ καὶ ταῖς κατ' αὐτὸν πράξεσι κεκαθαρμένοις. Id. ib. lib. I. p. 34. Καὶ ἔτι ἴχνη τοῦ ἁγίου ἐκείνου πνεύματος ὀφθέντος ἐν εἴδει περιστερᾶς παρὰ Χριστιανοῖς σώζεται. ἐξεπᾴδουσι δαίμονας, καὶ πολλὰς ἰάσεις ἐπιτελοῦσι, καὶ ὁρῶσί τινα κατὰ τὸ βούλημα τοῦ λόγου περὶ μελλόντων.

21. Ἔφην.] P. 303, 4.

22. Ὑπὸ τῶν Ἀῤῥαβίας μάγων.] F. ὑπὸ τῶν ἀπὸ Ἀῤῥαβίας μάγων, quemadmodum alibi ſemper.

25 & ſeqq. Αὐξάνων κατὰ τὸ κοινὸν τῶν ἄλλων &c.] Irenæus II. 22. *Magiſter ergo exiſtens, magiſtri quoque habebat ætatem, non reprobans nec ſupergrediens hominem, neque ſolvens legem in ſe humani generis, ſed omnem ætatem ſanctificans per illam quæ ad ipſum erat ſimilitudinem. Omnes enim venit per ſemetipſum ſalvare; omnes, inquam, qui per eum renaſcuntur in Deum, infantes, & parvulos, & pueros, & juvenes, & ſeniores. Ideo per omnem venit ætatem*, &c. LANGUS.

μάζουσιν, ἑκάστῃ αὐξήσει τὸ οἰκεῖον ἀπένειμε, τρεφόμενος τὰς πάσας τροφὰς, καὶ τριάκοντα ἔτη ἢ πλείονα ἢ καὶ ἐλάσσονα μείνας μέχρις οὗ προελήλυθεν Ἰωάννης, κῆρυξ αὐτοῦ τῆς παρουσίας, καὶ τὴν τοῦ βαπτίσματος ὁδὸν προϊὼν, ὡς καὶ προαπέδειξα· καὶ τότε ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, ἔνθα ὁ Ἰωάννης ἐβάπτιζε, κατελθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸ ὕδωρ, καὶ πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ ἀναδύντος αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ὡς περιστερὰν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπιπτῆναι ἐπ᾽ αὐτὸν ἔγραψαν οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ τούτου τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν. καὶ οὐχ ὡς ἐνδεᾶ αὐτὸν τοῦ βαπτισθῆναι, ἢ τοῦ ἐπελθόντος ἐν εἴδει περιστερᾶς πνεύματος, οἴδαμεν αὐτὸν ἐληλυθέναι ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ γεννηθῆναι αὐτὸν, καὶ σταυρωθῆναι, ὡς ἐνδεὴς τούτων, ὑπέμεινεν, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τοῦ
316 γένους τοῦ τῶν ἀνθρώπων, ὃ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ὑπὸ θάνατον καὶ πλάνην τὴν τοῦ

rem, rebus congruentibus uſurpandis, ſuum cuique auctui & ætati tribuit, alimentis omnibus utens, & ad annos plus minus triginta durans, quoaduſque Joannes, adventus ejus præco, & baptiſmi viam præiens, ſicut antea oſtendi, proceſſit. Ac tum Jeſu ad Jordanem fluvium adveniente, ubi Joannes baptizabat, cum Jeſus in undam deſcendiſſet, & ignis in Jordane accenſus eſt: & revertente ipſo ex aqua, veluti columbam Spiritum Sanctum devolaſſe ſuper eum, ſcripſerunt apoſtoli hujus ipſius Chriſti noſtri. Et ad amnem eum non ideo veniſſe ſcimus, quod vel baptiſmi lavatione, vel Spiritus in ſpecie columbæ adventu, opus ei fuerit, ſicuti nec naſci, & crucifigi, propter functionis hujuſmodi indigentiam ſuſtinuit, ſed humani generis cauſa, quod per Adam in mortem & fraudem ſeductionemque ſerpentis

7. Ὡς καὶ προαπέδειξα] Supra pag. 271. Jebb.

10, 1. Καὶ πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ.] Nonnulli fortaſſe pro ἀνήφθη legendum putabunt ἀνῆφθαι: alii, iique, niſi me fallit animus, multo plures, qui magnopere repugnabunt. Quod autem hic dicit noſter, undecunque acceperit, non ſolus memoriæ prodidit. Idem narrabatur in *Prædicatione Pauli*, quod nos docet ſcriptor libelli De baptiſmo hæreticorum qui eſt inter opera Cypriani. *Eſt autem* (inquit) *adulterini hujus, imo internecini, baptiſmatis, ſi quis alius auctor, tum etiam quidam ab eiſdem ipſis hæreticis propter hunc eundem errorem conſcriptus liber, qui inſcribitur* Pauli prædicatio; *in quo libro contra omnes ſcripturas & de peccato proprio confitentem invenies Chriſtum, qui ſolus omnino nihil deliquit, & ad accipiendum Joannis baptiſma pene invitum a matre ſua Maria eſſe compulſum; item cum baptizaretur IGNEM SUPER AQUAM ESSE VISUM.* p. 30. ed. Ox. Paulo aliter Evangelium Ebionitarum, de quo hæc Epiphanius H. XXX. §. 13. p. 138. Καὶ μετὰ τὸ εἰπεῖν πολλὰ, ἐπιφέρει ὅτι τοῦ λαοῦ βαπτισθέντος ἦλθε καὶ Ἰησοῦς καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου, καὶ ὡς ἀνῆλθεν ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ἠνοίγησαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ —— καὶ εὐθὺς ΠΕΡΙΕΛΑΜΨΕ ΤΟΝ ΤΟΠΟΝ ΦΩΣ ΜΕΓΑ. V. Grabii Spicileg. Tom. I. p. 19, 20. Dodwelli Diſſert. in Iren. p 106, 7. & Millii Prolegom. p. 31. 73.

11—14. Πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ ἀναδύντος αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ὡς περιστερὰν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπιπτῆναι ἐπ᾽ αὐτὸν ἔγραψαν οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ.] Juſtinus ipſa verborum conſtructione quaſi ſtudio indicaſſe videtur, verba, *ſcripſerunt apoſtoli*, poſteriorem tantum propoſitionem de columbæ deſcenſu, quem Matthæus & Joannes Apoſtoli memoriæ prodiderunt, non item priorem de igne ſplendeſcente, ſpectare; ſiquidem illa ſolum in modo infinitivo expreſſa ad τὸ *ſcripſerunt* relationem habet, non prior, quæ in modo indicativo poſita eſt, ideoque merito in impreſſis exemplaribus per colon diſtincta. Grabius, Spicileg. Tom. I. p. 19, 20. Nobis & quæ de diligentia Juſtini dicit vix perſuadet, neque quæ tam arcte cohærent, tanto intervallo ſeparare viſum eſt.

23. Ὑπὸ θάνατον ΚΑΙ πλάνην τὴν τοῦ ὄφεως ἐπεπτώκει.] F. ΔΙΑ πλάνην. P. 306. ὄφιν πλανήσαντα τὴν Εὔαν. P. 327. δι᾽ ἧς ὁδοῦ ἡ ἀπὸ τοῦ ὄφεως παρακοὴ τὴν ἀρχὴν ἔλαβε. P. 339. ἐπὶ θηρίον δι᾽ οὗ ἡ παράβασις καὶ παρακοὴ τὴν ἀρχὴν ἔλαβε. P. 353. τὴν πλάνην τοῦ ἐνὸς τῶν ἀρχόντων, τουτέστι τοῦ κεκλημένου ἐκείνου ὄφεως, πεσόντος πλάνην μεγάλην διὰ τὸ ἀποπλανῆσαι τὴν Εὔαν.

ſerpentis conciderat. ut interim propriam pro ſe maligne agentis cujuſque culpam taceam. Volens namque Deus & angelos & homines per liberum arbitrii delectum ſuæ quemque eſſe poteſtatis, ut quiſque quæ poſſet faceret, tales eos creavit: quo placita ſibi ſi delegiſſent, a corruptione & pœna omni liberi conſerventur; ſin maligne agerent, ſicuti viſum illi eſſet, quiſque torqueretur. Nec illud quoque, quod aſinæ inſidens (quod ita facturum eſſe, prophetia præmonſtratum eſſe docui) Hieroſolyma eſt ingreſſus, virtutem ei aliquam in hoc ut Chriſtus eſſet præſtitit, ſed hominibus Chriſtum ipſum eſſe indicium fecit, quemadmodum & florente Joanne indicium dari hominibus oportuit, ut ſcirent quinam Chriſtus eſſet. Joanne namque ad Jordanem ſedente, & lavacrum pœnitentiæ præconio ſuo annunciante,
Matth. iii. 4. & zonam pelliceam & veſtem de cameli pilis textam tantum gerente, & nihil præterquam ſumma arbuſcularum germina & mel ſylveſtre come-
Luc. iii. 15. dente, homines Chriſtum ipſum eſſe ſuſpicati ſunt. Apud quos ille clami-
Joan. i. 20, 23. tavit: *Non ego ſum Chriſtus, ſed vox*
Luc. iii. 16. *clamantis. Veniet enim fortior me, cu-*
Matth. iii. 11. *jus non ſum dignus ut calceamenta portem.*

τῦ ὄφεως ἐπεπλώκει, παρὰ τὴν ἰδίαν αἰτίαν ἑκάστου αὐτῶν πονηρευσαμένου. βουλόμενος γὰρ τούτους ἐν ἐλευθέρᾳ προαιρέσει καὶ αὐτεξουσίους γενομένους τούς τε ἀγγέλους καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὁ Θεὸς πράττειν ὅσα ἕκαστον ἐνεδυνάμωσε δύνασθαι ποιεῖν, ἐποίησεν· εἰ μὲν τὰ εὐάρεστα αὐτῷ αἱροῖντο, καὶ ἀφθάρτους καὶ ἀτιμωρήτους αὐτοὺς τηρῆσαι, ἐὰν δὲ πονηρεύσωνται, ὡς αὐτῷ δοκεῖ ἕκαστον κολάζειν. καὶ γὰρ οὐδὲ τὸ καθεσθέντα αὐτὸν ὄνῳ εἰσελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα, ὡς ἀπεδείξαμεν πεπροφητεῦσθαι, δύναμιν αὐτῷ ἐνεποίει εἰς τὸ Χριστὸν εἶναι, ἀλλὰ τοῖς ἀνθρώποις γνώρισμα ἔφερεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός· ὅνπερ τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωάννου ἔδει γνώρισμα τοῖς ἀνθρώποις εἶναι, ὅπως ἐπιγνῶσι τίς ἐστιν ὁ Χριστός. Ἰωάννου γὰρ καθεζομένου ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου, καὶ κηρύσσοντος βάπτισμα μετανοίας, καὶ ζώνην δερματίνην, καὶ ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου μόνον φοροῦντος, καὶ μηδὲν ἐσθίοντος πλὴν ἀκρίδας καὶ μέλι ἄγριον, οἱ ἄνθρωποι ὑπελάμβανον αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστόν· πρὸς οὓς καὶ αὐτὸς ἐβόα, Οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ φωνὴ βοῶντος, ἥξει γὰρ ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· καὶ ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην,

Et cum ad Jordanem veniſſet Jeſus, &

1, 2. Παρὰ τὴν ἰδίαν αἰτίαν ἑκάστου αὐτῶν πονηρευσαμένου.] Langus, *at interim propriam pro ſe maligne agentis cujuſque culpam taceam.* Perionius, *ſed generis hominum cauſa, quod Adami opera, qui præter privatam ac propriam uniuſcujuſque eorum culpam deliquerat, in mortem ſerpentiſque fraudem incidiſſet.* Uterque male. fortaſſe idem veriti, cujus timor extorſit a viro doctiſſimo Joanne Clerico non multo commodiorem interpretationem alius loci ſub finem ſecundæ apologiæ. Παρὰ τὴν ἰδίαν αἰτίαν nihil aliud ſignificare poteſt niſi aut *culpa ſua*, aut *præter culpam ſuam*. Priori interpretationi favent, primo ſaltem aſpectu, verba ſequentia: quæ antecedunt, ſi ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ *ab Adamo* vertendum ſit, iidem priori; ſin id recte vertunt interpretes, poſteriori, πεφυλαγμένου μέντοι τοῦ αὐτεξουσίου.

13. Ὡς ἀπεδείξαμεν πεπροφητεῦσθαι.] P. 244, 5.

25—28. Οἱ ἄνθρωποι ὑπελάμβανον αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστὸν, πρὸς οὓς καὶ αὐτὸς ἐβόα, Οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστός.] Luc. iii. 15, 6. Προσδοκῶντος δὲ τοῦ λαοῦ, καὶ διαλογιζομένων πάντων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν περὶ τοῦ Ἰωάννου, μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς, ἀπεκρίνατο ὁ Ἰωάννης ἅπασι λέγων, Ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς, ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου, &c. Joan. I. 20. Καὶ ὡμολόγησε καὶ οὐκ ἠρνήσατο, καὶ ὡμολόγησεν ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός.

1, 2. Καὶ

καὶ νομιζομένου Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος υἱοῦ ὑπάρχειν, καὶ ἀειδοῦς, ὡς αἱ γραφαὶ ἐκήρυσσον, φαινομένου, καὶ τέκτονος νομιζομένου (ταῦτα γὰρ τὰ τεκτονικὰ ἔργα εἰργάζετο ἐν ἀνθρώποις ὤν, ἄροτρα καὶ ζυγὰ, διὰ τούτων καὶ τὰ τῆς δικαιοσύνης σύμβολα διδάσκων, καὶ ἀεργῆ βίον) τὸ πνεῦμα οὖν τὸ ἅγιον καὶ διὰ τοὺς ἀνθρώπους, ὡς προέφην, ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπέπτη αὐτῷ, καὶ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν ἅμα ἐληλύθει, ἥτις καὶ διὰ Δαβὶδ λεγομένη, ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ λεγομένου ὅπερ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἔμελλε λέγεσθαι, Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· τότε γένεσιν αὐτοῦ λέγων γίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἐξότου ἡ γνῶσις αὐτοῦ ἔμελλε γίνεσθαι, Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Καὶ ὁ Τρύφων, Εὖ ἴσθι, ἔφη, ὅτι καὶ πᾶν τὸ γένος ἡμῶν τὸν Χριστὸν ἐκδέχεται, καὶ ὅτι πᾶσαι αἱ γραφαὶ ἃς ἔφης, εἰς

& Joſeph fabri lignarii filius haberetur, & informis, quemadmodum ſcripturæ annunciaverant, appareret, faberque adeo & ipſe putaretur eſſe (fabrilia namque, cum in hominibus eſſet, faciebat opera, aratra & juga conficiens; per hæc & juſtitiæ docens ſigna, & vitam non otioſam) ſimul Spiritus Sanctus propter ho-
mines, prout antea dixi, in ſpecie Luc. iii. 21, 22.
columbæ in eum devolavit; ſimul vox de cœlo venit, quæ etiam per Davidem eſt dicta, tanquam ex perſona ſua referentem quod illi a Pa-
tre dicendum erat, *Filius meus es* Pſ. ii. 7.
tu, ego hodie genui te: tum nativitatem etiam ejus contingere hominibus affirmans, cum notio ejus contingeret: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Et Trypho, Quod genus quoque noſtrum omne, inquit, Chriſtum expectet, ſcito; quodque ſcripturæ quas commemoraſti omnes in

1, 2. Νομιζομένου Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος υἱοῦ ὑπάρχειν.] Luc. iii. 23. ὤν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσήφ. Matth. xiii. 55. Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός;

3, 4, 5, 6. Τέκτονος νομιζομένου, ταῦτα γὰρ τὰ τεκτονικὰ ἔργα &c.]. Marc. vi. 3. Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων; V. Grotium ad Matth. xiii. 55. Quidam e Patribus Latinis, non famam aliquam veterem, ut opinor, ſecuti, ſed verbum *faber* ita interpretati, exiſtimarunt Joſephum fabrum ferrarium fuiſſe, non lignarium.

8 Ἀεργῆ.] Langus legit οὐκ ἀεργῆ, Wolfius & Sylburgius ἐνεργῆ.

14, 5, 6. Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.] Clement Alexandrinus Pæd. I. 6. p. 113. Αὐτίκα γοῦν βαπτιζομένῳ τῷ Κυρίῳ ἀπ' οὐρανῶν ἐπήχησε φωνὴ μάρτυς ἠγαπημένου· Υἱός μου εἶ σὺ ἀγαπητὸς, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Methodius Conv. Virg. p. 112. ed. Combef. Ἔοικε δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῦτο μάλιστα προσϊστάναι καὶ συμφωνεῖν, τὸ χρηματισθὲν ἄνωθεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς τῷ Χριστῷ ἐπὶ τὸν ἁγνισμὸν ἥκοντι τοῦ ὕδατος ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Lactantius IV. 15. p. 249. *Tunc vox audita de cœlo eſt, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* . Auguſtinus Enchirid. ad Laurent. c. XLIX. col. 169. *Vox illa Patris quæ ſuper baptizatum facta eſt, Ego hodie genui te.* Idem ſcribunt alii & Juſtinus iterum infra p. 331. Similiter codex MS. Academiæ Cantabrigienſi a Beza donatus Luc. iii. 22. habet ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. quod idem ſua quoque ætate nonnullos Lucæ codices habuiſſe teſtatur Auguſtinus, De conſenſu Evang. II. 14. col. 415. *Illud vero* (inquit) *quod nonnulli codices habent ſecundum Lucam, hoc illa voce ſonuiſſe quod in pſalmo ſcriptum eſt,* Filius meus es tu, ego hodie genui te, *quanquam in antiquioribus codicibus Græcis non inveniri perhibeatur, tamen ſi aliquibus fide dignis exemplaribus confirmari poſſit, quid aliud quam utrumque intelligendum eſt quolibet verborum ordine de cœlo ſonuiſſe?* Simili ſane modo in fragmento evangelii Ebionæorum apud Epiphanium H. XXX. §. 13. p. 138. *utrumque de cœlo ſonuiſſe* narratur. Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσα, Σύ μου εἶ ὁ υἱὸς ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ ηὐδόκησα· καὶ πάλιν, Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.

16, 7, 8. Τότε γένεσιν αὐτοῦ λέγων γίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἐξότου ἡ γνῶσις αὐτοῦ ἔμελλε γίνεσθαι.] Sunt qui non dubitarent audacter reſcribere τότε γένεσιν αὐτοῦ λέγων γίνεσθαι, ἐξότου ἡ γνῶσις αὐτοῦ ἔμελλε γίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις. Nos nihil mutamus. Methodius p. 112. Τὸ δὲ, Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, ὅτι προόντα ἤδη πρὸ τῶν αἰώνων ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐβουλήθην καὶ τῷ κόσμῳ γεννῆσαι, ὃ δή ἐστι, πρόσθεν ἀγνοούμενον γνωρίσαι.

22 & ſeqq. Καὶ ὅτι πᾶσαι αἱ γραφαὶ &c.] Cl. Clericus Hiſtor. Eccleſ. p. 642. *Si credimus Juſtino, Judæi agnoſcebant omnia loca ſcripturæ, quæ permulta protulit, quaſi Chriſtum reſpicientia, & quorum quædam ſine dubio contorta erant, ad eum revera pertinere. Quod profitetur Trypho his verbis:* Scito genus omne noſtrum Chriſtum expectare, & nos fateri omnia loca ſcrip-

in ipſum conceptæ ſint, confitemur; & quod præterea Jeſu nomen quo filius Navæ cognominatus eſt, perſuaſerit mihi ut in hunc veſtrum Jeſum propenſior ſim, profiteor: quod vero tam ignominioſe Chriſtus in cruce ſit ſuſpenſus, de eo ambigimus. Maledictus enim eſſe, qui in crucem agitur, in lege perhibetur. Proinde ad id credendum admodum adhuc ſum difficilis. Nam paſſioni ſubditum eſſe Chriſtum, ſanctas denunciare literas, manifeſtum eſt: an autem per eam, quæ execrationi in lege ſubjecta eſt, paſſionem mulctatus ſit, ſi de hoc quoque quod demonſtres habes, diſcere volumus. Si quidem non fuiſſet paſſurus Chriſtus (ad illum dixi ego) nec prophetæ eum ab iniquitatibus populi in mortem abductum, & ignominia affectum, & flagris cæſum, & inter iniquos reputatum, & veluti ovem ad occiſionem raptum

Deut. xxi. 23. Galat. iii. 13.

εἰς αὐτὸν εἰρῆσθαι ὁμολογοῦμεν, καὶ ὅτι τὸ Ἰησοῦς ὄνομα δεδυσώπηκέ με, τῷ τοῦ Ναυῆ υἱῷ ἐπικληθὲν, ἐνδότως 317 ἔχειν καὶ πρὸς τοῦτο, καὶ τοῦτό φημι· εἰ δὲ καὶ ἀτίμως οὕτως σταυρωθῆναι τὸν Χριστὸν ἀποροῦμεν. ἐπικατάρατος γὰρ ὁ σταυρούμενος ἐν τῷ νόμῳ λέγεται εἶναι, ὥστε πρὸς τοῦτο ἀκμὴν δυσπείστως ἔχω. παθητὸν μὲν τὸν Χριστὸν ὅτι αἱ γραφαὶ κηρύσσουσι, φανερόν ἐστιν· εἰ δὲ διὰ τοῦ ἐν τῷ νόμῳ κεκατηραμένου πάθους, βουλόμεθα μαθεῖν, εἰ ἔχεις καὶ περὶ τούτου ἀποδεῖξαι. Εἰ μὲν μὴ ἔμελλε πάσχειν ὁ Χριστὸς, φημὶ αὐτῷ ἐγὼ, μηδὲ προεῖπον οἱ προφῆται ὅτι ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ ἀχθήσεται εἰς θάνατον, καὶ ἀτιμωθήσεται, καὶ μαστιχθήσεται, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις λογισθήσεται, καὶ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν

ſcripturæ, quæ dixiſti, de Chriſto dicta eſſe. Sed & hoc addo, nomen Jeſu, quo vocatus eſt filius Navæ, me pudore ſuffudiſſe, & me, ad hoc quod adtinet, vobis adſentiri. *Qui talia credidiſſet, vere Juſtino dicere poterat, quod rex Agrippa Paulo per jocum dixiſſe videtur:* Parum abeſt quin mihi perſuadeas ut fiam Chriſtianus. *Ubique Tryphon & comites eum audiunt potius ut magiſtrum quam ut adverſarium; eique pauca quædam objiciunt, ut loquendi occaſionem ſuppeditent, potius quam ut ſua dogmata tueantur aut Chriſtiana confutent.* Id. ib. in not. *Res eſt vix credibilis, & quæ dialogum Platonicum redoleat, in quo doctrinæ Platonicæ adverſarius ſemper longe altero indoctior deſcribitur, nec ferme reſpondet, niſi quod facit ad ejus doctrinæ confirmationem.* Noſtra de hac re hæc eſt ſententia. Juſtinum hunc dialogum non ſuo arbitratu confinxiſſe, ſed diſputationem cum Judæis revera habitam narrare, tam mihi liquet, quam me quæ ſcribo ſcribere. Tryphonis cum argumenta eadem diligentia qua ſua ipſius recitare neque nego neque affirmo: finxiſſe adverſarium aut reverentiorem ſui, aut ad religionem Chriſtianam proniorem, quam veritas ferebat, non credo. Quod rarius & plerumque paucis verbis interloquitur Trypho, in eo agnoſco ingenium Juſtini, a quo non erat expectandum ut loquendi vices ſervaret. Quod ſatis pro imperio & ſatis acerbe Judæos tractat noſter, de more ſuo facit, neque mirum ſi profugis Judæis non magis obſequioſus fuerit quam Romanis rerum dominis. Quod æquo plerumque animo Juſtini imperium & reprehenſiones paſſus eſt Trypho, recte & ſapienter fecit; ex quo enim aliquid diſcere cupias, ferendi utique ejus mores ſunt, etiamſi iracundius doceat. *Omnia loca ſcripturæ quæ quaſi Chriſtum reſpicientia protulerat,* Judæos omnes *agnoviſſe ad eum revera pertinere* Tryphonem adeo non facit dicere Juſtinus, ut ipſe ultro fateatur eorum nonnulla aliter ab iis exponi ſolere. Pleraque tamen Judæos veteres *ad Chriſtum pertinere agnoviſſe,* vel abſque teſtimonio Tryphonis aut Juſtini ſatis conſtat. Fieri etiam poteſt ut Trypho neque omnium Judæorum, neque plerorumque, ſed ſuis tantum comitumque ſuorum verbis hoc dixerit. quod certe minime mirum eſt, niſi mirum ſit ullos Judæorum olim in Jeſum credidiſſe.

1. Εἰρῆσθαι.] Ita ed. Sylburg. R. Steph. εὑρῆσθαι.

3, 4. Ἐνδότως ἔχειν καὶ πρὸς τοῦτον.] Langus, *Et, quod præterea Jeſu nomen, quo filius Navæ cognominatus eſt, & huic recte ſit inditum* (ἐνδότως ἔχει καὶ πρὸς τοῦτον) *id quoque religioſe perſuaſus probo.* Peſſime. Ἔχειν nullo modo mutandum eſt. Si ſcribendum τοῦτον pro τοῦτο, quod & ipſe olim ſuſpicabar, hæc erit Tryphonis ſententia, "τὸ "Ἰησοῦς ὄνομα τῷ τοῦ Ναυῆ υἱῷ ἐπικληθὲν facit ut in- "clinatior propenſiorque ſim in veſtrum Jeſum." Si vulgata lectio vera eſt, hoc eſt quod dicit Trypho, nempe eo inclinare animum ut crederet idem nomen Meſſiæ eſſe debere, quod Navæ filio inditum eſt.

5. Εἰ δὲ.] Deſideratur ἴδεν, ἰσχύω, vel ſimile quid. SYLBURGIUS.

15. Ἀπο-

ἀχθήσεσθαι), οὗ τὸ γένος ἐξηγήσασθαι ἔχειν οὐδένα φησὶν ὁ προφήτης, καλῶς εἶχε θαυμάζειν· εἰ δὲ τοῦτό ἐστι τὸ χαρακτηρίζον αὐτὸν καὶ πᾶσι μηνύον, πῶς οὐχὶ καὶ ἡμεῖς θαρροῦντες πεπιστεύκαμεν εἰς αὐτόν, καὶ ὅσοι νενοήκασι τὰ τῶν προφητῶν τοῦτον φήσουσιν, οὐκ ἄλλον, εἰ μόνον ἀκούσειαν ὅτι οὗτός ἐστιν ἐσταυρωμένος; Καὶ ἡμᾶς οὖν, ἔφη, προβίβασον ἐκ τῶν γραφῶν, ἵνα σοὶ πεισθῶμεν καὶ ἡμεῖς. παθεῖν μὲν γάρ, καὶ ὡς πρόβατον ἀχθήσεσθαι οἴδαμεν· εἰ δὲ καὶ σταυρωθῆναι, καὶ οὕτως αἰσχρῶς καὶ ἀτίμως ἀποθανεῖν διὰ τοῦ κεκατηραμένου ἐν τῷ νόμῳ θανάτου, ἀπόδειξον ἡμῖν· ἡμεῖς γὰρ οὐδ' εἰς ἔννοιαν τούτου ἐλθεῖν δυνάμεθα. Οἶσθα, ἔφην, ὅτι ὅσα εἶπον καὶ ἐποίησαν οἱ προφῆται, ὡς καὶ ὡμολογήθη ὑμῖν, παραβολαῖς καὶ τύποις ἀπεκάλυψαν, ὡς μὴ ῥᾳδίως τὰ πλεῖστα ὑπὸ πάντων νοηθῆναι, κρύπτοντες τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν, ὡς καὶ πονέσαι τοὺς ζητοῦντας εὑρεῖν καὶ μαθεῖν. Οἱ δὲ ἔφησαν, Καὶ ὡμολογήθη ἡμῖν. Ἀκούοις ἂν οὖν, φημί, τὸ μετὰ τοῦτο. Μωσῆς γὰρ πρῶτος ἐξέφανεν αὐτοῦ ταύτην τὴν δοκοῦσαν κατάραν δι' ὧν ἐποίησε σημείων. Τίνων τούτων, ἔφη, λέγεις; Ὅτε ὁ λαός, φημί, ἐπολέμει τῷ Ἀμαλήκ, καὶ ὁ τοῦ Ναυῆ υἱός, ὁ ἐπονομασθεὶς τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι, τῆς μάχης ἦρχεν, αὐτὸς Μωσῆς ηὔχετο τῷ Θεῷ τὰς χεῖρας ἑκατέρως ἐκπετάσας, Ὢρ δὲ καὶ

tum iri, cujus genus neminem enarraturum eſſe affirmat ſacer vates, præclocuti eſſent; recte admirationi fuiſſet relictus locus. Sin hoc illud eſt quod ipſum denotat & indicat omnibus, qui fieri potuit, quin & nos in eum cum magna fiducia crederemus? & quicunque prophetarum ſenſum tenent, hunc ipſum, non alium, Chriſtum eſſe dicent, ſi modo audierint: hunc inquam crucifixum. Itaque & nos, Trypho inquit, ex ſacris inſtitue literis, ut tibi fidem nos quoque habeamus. Pati enim illum, & tanquam ovem duci, ſcimus: an autem in crucem etiam actus, & tam fœde ignominioſeque ſupplicio per legem maledictionis diris devoto mortuus ſit, nobis oſtende. nos etenim, ne in cogitationem quidem hujus indignitatis venire poſſumus. Sciſne, inquam, quæcunque dixerunt & fecerunt prophetæ, ſicut & confeſſi eſtis, quod ſimilitudinibus & figuris ea contexerint, ut non facile plurima ab omnibus intelligerentur; veritatem in ipſis recondentes, ut laborem aliquem ferrent, invenire & aſſequi eam ſtudentes? Illi autem reſponderunt: Confeſſi hoc ſumus. Audi ergo, dixi, quod conſequitur. Nam Moſes princeps hanc ejus, ſicuti videtur, execrationem manifeſte exhibuit per ea quæ edidit ſigna. Quænam, inquit, iſta dicis? Cum populus, inquam, bellum gereret adverſus Amalech, & Navæ filius, Jeſu nomine cognominatus, inter primos pugnaret, Moſes ipſe Deum orabat, manibus utrinque expaſſis, Hur autem & Aaron

Exod. xvii. 9. & ſeqq.

15. Ἀποθανεῖν.] Deſideratur ἔμελλε, ἔδει, vel ſimile quodpiam verbum. SYLBURGIUS.

20. Ὡς καὶ ὡμολογήθη ὑμῖν.] V. p. 285. ℣. 3—11.

21. Ἀπεκάλυψαν.] F. ἐπικάλυψαν.

26. Καὶ ὡμολογήθη ἡμῖν.] Pro καὶ non minus apte legerimus ναί. SYLBURGIUS.

36. Ἑκατέρως.] Perionius omittit hanc vocem. Sylburgius legit ἑκατέρας. Uterque male.

Digitized by Google

Aaron eas die toto ſuſtinebant, ne ipſo defatigato demitterentur. Nam ſi quidquam remittebatur de ſigno iſto crucem imitante, prout in Moſæ literis eſt ſcriptum, populus vincebatur: ſin in ſtatu iſto permanebat, Amalech ſuperabatur:. & qui fortis erat, per crucem fortis rem præclare gerebat. Non enim propterea quod Moſes ita orabat, populus in prælio ſuperior erat; ſed quod, nomine Jeſu in prima acie verſante, ipſe crucis ſignum deſignabat. Quis enim veſtrum ignorat, precationem eam maxime flectere Deum, quæ ad commiſerationem movendam lacrymis eſt comparata, ab eo qui pronus provolvitur, aut in genua procumbit? Ad hunc autem modum in ſaxo reſidens, neque ipſe antea oraverat, neque poſtea alius. Habet autem & lapis deſignationem ſuam ad Chriſtum, ſicuti oſtendi. Et aliter vim myſterii crucis indiçans Deus per Moſen, in benedictione qua Joſepho benedixit, ait: *De benedictione Domini terra ejus, ex horis cœli, & rore, & ex abyſſo fontium, & aquarum purarum inferne: germina ſolis converſionis, & ex coitionibus*

Deuter. xxxiii. 13—17.

Ἀαρὼν ὑπεβάσταζον αὐτὰς πανήμαρ, ἵνα μὴ κοπωθέντος αὐτοῦ χαλασθῶσιν· εἰ γὰρ ἐνεδεδώκει τι τοῦ σχήματος 318
τούτου τοῦ τὸν σταυρὸν μεμιμημένου, ὡς γέγραπται ἐν ταῖς Μωσέως γραφαῖς, ὁ λαὸς ἡττᾶτο, εἰ δὲ ἐν τῇ τάξει ἔμενε ταύτῃ, Ἀμαλὴκ ἐνικᾶτο τοσοῦτον, καὶ ἰσχύων, διὰ τοῦ σταυροῦ ἴσχυεν. οὐ γὰρ ὅτι οὕτως ηὔχετο Μωσῆς, διὰ τοῦτο κρείσσων ὁ λαὸς ἐγίνετο, ἀλλ' ὅτι, ἐν ἀρχῇ τῆς μάχης τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ ὄντος, αὐτὸς τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐποίει. τίς γὰρ οὐκ ἐπίσταται ὑμῶν, ὅτι μάλιστα μὲν ἡ μετ' οἴκτου καὶ δακρύων εὐχὴ μειλίσσεται τὸν Θεὸν, καὶ ἡ ἐν πρηνεῖ κατακλίσει, καὶ ἐν γόνασιν ὀκλάσαντός τινος; τοῦτον δὲ τὸν τρόπον, ἐπὶ λίθου καθεζόμενος, οὔτε αὐτὸς ηὔξατο, οὔτε ἄλλος ὕστερον. ἔχει δὲ καὶ ὁ λίθος σύμβολον, ὡς ἀπέδειξα, πρὸς τὸν Χριστόν. καὶ γὰρ δι' ἄλλου μηνύων τὴν ἰσχὺν τοῦ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ ὁ Θεὸς διὰ Μωσέως εἶπεν ἐν εὐλογίᾳ ἣν εὐλόγει τὸν Ἰωσὴφ, Ἀπὸ εὐλογίας Κυρίου ἡ γῆ αὐτοῦ, ἀπὸ ὡρῶν οὐρανοῦ, καὶ δρόσων, καὶ ἀπὸ ἀβύσσου πηγῶν κάτωθεν, καὶ καθαρῶν. γεννήματα ἡλίου τροπῶν, καὶ ἀπὸ συνόδων

le. Eſt enim prorſus neceſſarium ἱκετήριος, aut, ſi cui id rectius videatur, ἐκ[illegible], ad conficiendum τύπον σταυροῦ, quem Juſtinus, non ſolus, neque primus, in hac Moſis actione deprehendit.

11, 2, 3. Ἀλλ' ὅτι ἐν ἀρχῇ τῆς μάχης τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ ὄντος, αὐτὸς τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐποίει.] Hieronymus in Abdiam col. 1458. *Ac ne forſitan gravis nobis & inſolita pugna videatur, Me, inquit, habetis* primum in acie. *Ego ero* ἀρχιστράτηγος *præliorum, qui & Jeſu filio Nave gladium tenens apparui, & Amalec in crucis vexillo Moyſe pugnante ſuperavi.* Tertullianus autem hæc & quæ ſequuntur pene vertit adv. Jud. c. XI. & III. adv. Marc. c. 18. *Jam vero* (inquit) *Moyſes, quid utique tunc tantum cum Jeſus adverſus Amalech prælibatur, expanſis manibus orabat reſidens; quando in rebus tam attonitis magis utique genibus poſitis, & manibus cædentibus pectus, & facie humi volutata, orationem commendare debuiſſet? niſi quia illic ubi nomen Jeſu dimicabat, dimicaturi quandoque adverſus diabolum, crucis habitus quoque erat neceſſarius, per quam Jeſus victoriam eſſet relaturus.*

21. Ὡς ἀπέδειξα.] Supra pag. 206. & 301. item 313. Vide autem inferius, pag. 327. 341. Jebb.

27. Δρόσων.] Biblia δρόσου.

28. Ἀβύσσου.] Biblia ἀβύσσων.

28, 9. Πηγῶν κάτωθεν, καὶ καθαρῶν. γεννήματα——] Scribendum cum bibliis πηγῶν κάτωθεν, καὶ καθ' ὥραν γεννημάτων——

δῶν μηνῶν, καὶ ἀπὸ κορυφῆς ὀρέων ἀρχῆς, καὶ ἀπὸ κορυφῆς βουνῶν, καὶ ποταμῶν ἀενάων, καὶ καρπῶν γῆς πληρώσεως. καὶ τὰ δεκτὰ τῷ ὀφθέντι ἐν τῇ βάτῳ ἔλθοισαν ἐπὶ κεφαλὴν Ἰωσὴφ, καὶ ἐπὶ κορυφῆς. δοξασθεὶς ἐν ἀδελφοῖς πρωτότοκος· ταύρου τὸ κάλλος αὐτοῦ· κέρατα μονοκέρωτος τὰ κέρατα αὐτοῦ, ἐν αὐτοῖς ἔθνη κερατιεῖ ἅμα ἕως ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς. Μονοκέρωτος γὰρ κέρατα οὐδενὸς ἄλλου πράγματος ἢ σχήματος ἔχει ἄν τις εἰπεῖν καὶ ἀποδεῖξαι, εἰ μὴ τοῦ τύπου ὃς τὸν σταυρὸν δείκνυσιν. ὄρθιον γὰρ τὸ ἓν ἐστι ξύλον, ἀφ' οὗ ἐστι τὸ ἀνώτατον μέρος εἰς κέρας ὑπερηρμένον ὅταν τὸ ἄλλο ξύλον προσαρμοσθῇ, καὶ ἑκατέρωθεν ὡς κέρατα τῷ ἑνὶ κέρατι παρεζευγμένα τὰ ἄκρα φαίνηται. καὶ τὸ ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμενον, ὡς κέρας καὶ αὐτὸ ἐξέχον ἐστὶν, ἐφ' ᾧ ἐποχοῦνται οἱ σταυρούμενοι, καὶ

bus menſium, & a vertice ſummitatis montium, & a vertice collium, & fluminum perennium, & fructuum terræ plenitudinis: & placita acceptaque ei qui in rubo apparuit, veniant in caput & verticem Joſeph. Gloria evectus inter fratres, primogenitus, tauri pulchritudo ejus. cornua monocerotis cornua ejus. ipſis gentes petet ad ſummum inde uſque a ſummo terræ. Unicornis enim cornua, non alterius cujuſpiam rei aut figuræ aliquis dicere & demonſtrare queat, ſimilia eſſe, quam notæ ejus quæ crucem deſignat. Directum namque eſt unum lignum, unde ſumma pars in cornu ſuſtollitur cum lignum ei aliud adaptatur: & utrinque ut cornua, uni cornu adjuncta, extremitates apparent. Et quod in medio fixum eſt, ut cornu & ipſum eminet, in quo vehuntur & inſident qui crucis ſupplicium ſubeunt: &

1. Καὶ ἀπὸ κορυφῆς ὀρέων.] Biblia Romana ἀπὸ κορυφῆς ὀρέων abſque copula. Codex Alexandrinus, & biblia Complutenſia, & Aldina, & Hebraica, ut Juſtinus.

2, 3. Καὶ ποταμῶν.] Hæc neque LXX. agnoſcunt, neque biblia Hebraica; neque facile dicas unde huc irrepſerint, niſi forte propter ἀενάων addita fuerint.

3. Καρπῶν.] LXX. καθ' ὥραν. ex quo, conjunctim & negligenter ſcripto, ut ſupra καθαρῶν, ita & hic καρπῶν facile naſci potuit, vel incuria librariorum, vel etiam nimia diligentia. Sed magis credo ab alia interpretatione hoc eſſe.

6, 7, 8. Δοξασθεὶς ἐν ἀδελφοῖς πρωτότοκος· ταύρου τὸ κάλλος αὐτοῦ.] Ita R. Stephanus. Eadem diſtinctio Tertulliano quoque placuit. orditur enim recitationem a voce *Tauri*, p. 221. & 492.

7. Ἐν ἀδελφοῖς.] Biblia Romana ἐπ' ἀδελφοῖς. Aldina & Complutenſia & codex Alexandrinus ut Juſtinus.

11, 2. Μονοκέρωτος γὰρ κέρατα &c.] Vitiatus locus. Primum enim poſt σχήματος deſideratur εἰκόνισμα, vel tale quodpiam aliud. Deinde uſitatius optativo modo ἔχοι ἂν ſcripſerimus, ut paſſim declarant exempla, nominatim 321. 15, 23. Κέρατα vero μονοκέρωτος plurali numero propterea dicit, quia unum illud cornu grande, ramulis utrimque exſtantibus, quodammodo trifurcum eſſe ſignificat in ſequentibus, & rurſum infra confirmat non abſimili loco, 332. 36. Sylburgius. V. Tertull. adv. Jud. c. X. p. 221.

14, 5. Ὄρθιον γὰρ τὸ ἕν ἐστι ξύλον.] Firmicus De errore prof. relig p. 448. *Hujus ſigni uno extenſo ac directo cornu mundus ſuſtentatur.* Scaliger ad Euſeb. p. 118. Extenſum cornu *dixit, quod Juſtinus* ἐξέχον, & ſuſtentari, *quod ille* ἐποχοῦνται. Mirabilem in modum fallitur vir magnus. Arrectarium planiſſime deſignat Firmicus, ut & hic Juſtinus.

15, 6, 7. Ἀφ' οὗ ἐστι τὸ ἀνώτατον μέρος εἰς κέρας ὑπερηρμένον ὅταν τὸ ἄλλο ξύλον προσαρμοσθῇ.] In nonnullis crucibus lignum tranſverſarium ita affigebatur arrectario ſtipiti, ut vertex ejus paulum ſupra commiſſuram extaret. Eam crucis partem hic denotat Juſtinus. Eandem ſic deſcribit Auguſtinus, —— *in ea ligni parte quæ ab illo quod tranſverſum figitur ſurſum verſus relinquitur.* Epiſt. CXX. c. 26. p. 231. & paucioribus alibi verbis, *ab illo innexo ligno ſurſum quod eminet.* Enarrat. in Pſ. ciii. p. 484.

19. Φαίνηται.] Sic legendum, non ut vulgo eſt, φαίνεται. Salmasius, Epiſt. De cruce p. 242. Nimis feſtinabat vir doctiſſimus. Nam & princeps editio, & aliæ omnes quæ in manus meas venerunt, habent φαίνηται. Iſtud autem ſpretum & rejectum φαίνεται mihi adeo non dejiciendum videtur ſi fuiſſet in poſſeſſione, ut pene dignum putem cui lectio recepta loco cedat.

19, 20, 1. Καὶ τὸ ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμενον, ὡς κέρας καὶ αὐτὸ ἐξέχον ἐστὶν, ἐφ' ᾧ ἐποχοῦνται οἱ σταυρούμενοι.] Irenæus

& cornu formam præ ſe fert iſtud ipſum quoque cum aliis cornibus conformatum & compactum lignum. Et illud, *Eis gentes petet ad ſummum inde uſque a ſummo terræ*, rem inter omnes gentes nunc geſtam denotat. Cornibus enim petiti, hoc eſt compuncti, ex nationibus omnibus per ſacramentum iſtud ad veram religionem converſi ſunt a vanis ſimulacris & dæmonibus homines, infidelibus autem hoc idem ſignum in excidium & condemnationem oſtentatur; eodem quo in populo ex Ægypto profecto modo, una per figuram extenſarum Moſæ manuum, una per Navæ filii nominis Jeſu appellationem, Amalech quidem fundebatur, Iſrael autem victor evadebat.

Num. xxi. 6—9. Hac quoque nota & ſigno, Iſraeli contra ſerpentes morſu perimentes ſtatua apparet eſſe facta, propter credentium ſalutem, quod jam inde ab eo tempore per eum qui crucis ſupplicium pertulit, ſerpenti mors præſagio ſit denunciata, ſalus autem his qui ab ipſo morſu læſi ad eum confugiunt a quo Filius crucifixus in mundum eſt miſſus. non enim in ſerpentem nos credere

καὶ βλέπεται) ὡς κέρας καὶ αὐτὸ σὺν τοῖς ἄλλοις κέρασι συνεσχηματισμένον καὶ πεπηγμένον. Καὶ τὸ, Εν αὐτοῖς ἔθνη κερατιεῖ ἅμα ἕως ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς, δηλωτικόν ἐστι τοῦ νῦν γεγενημένου πράγματος ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. κερατισθέντες γὰρ, τουτέστι κατανυγέντες, οἱ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν διὰ τούτου τοῦ μυστηρίου, εἰς τὴν θεοσέβειαν ἐτράπησαν ἀπὸ τῶν ματαίων εἰδώλων καὶ δαιμόνων, τοῖς δὲ ἀπίστοις τὸ αὐτὸ σχῆμα εἰς κατάλυσιν καὶ καταδίκην δηλοῦται· ὃν τρόπον ἐν τῷ ἀπ' Αἰ- 319 γύπτου ἐξελθόντι λαῷ διά τε τοῦ τύπου τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν τοῦ Μωϋσέως, καὶ τῆς τοῦ Ναυῆ υἱοῦ ἐπικλήσεως τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ, ὁ Ἀμαλὴκ μὲν ἡττᾶτο, Ἰσραὴλ δὲ ἐνίκα. καὶ διὰ τοῦ τύπου δὲ καὶ σημείου τοῦ κατὰ τῶν δακόντων τὸν Ἰσραὴλ ὄφεων ἡ ἀνάθεσις φαίνεται γεγενημένη ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πιστευόντων ὅτι διὰ τοῦ σταυροῦσθαι μέλλοντος θάνατος γενήσεσθαι ἔκτοτε προεκηρύσσετο τῷ ὄφει, σωτηρία δὲ τοῖς καταδακνομένοις ὑπ' αὐτοῦ καὶ προσφεύγουσι τῷ τὸν ἐσταυρωμένον υἱὸν αὐτοῦ πέμψαντι εἰς τὸν κόσμον. οὐ γὰρ ἐπὶ ὄφιν ἡμᾶς πιστεύειν

Irenæus II. 42. p. 166. *Habitus crucis fines & ſummitates habet quinque; duos in longitudine, & duos in latitudine, & unum in medio, in quo requieſcit qui clavis affigitur.* Tertullianus I. ad Nationes c. XII. p. 58. *Nobis tota crux imputatur, cum antenna ſcilicet ſua, & cum illo ſedilis exceſſu.* Qui tabulam in qua affixis pedibus crucifixi ſtarent hic denotari putant, ſatis a Salmaſio refutantur in epiſtolis de cruce. Id. ib. p. 243. pro ὡς κέρας legit οἱ κέρας.

13, 4. Εν τῷ ἀπ' Αἰγύπτου ἐξελθόντι λαῷ.] Aptius fortaſſe videatur, primo ſaltem aſpectu, ἐν τῷ ἀπ' Αἰγύπτου ἐξελθεῖν τὸν λαὸν, quemadmodum Apol. I. p. 87. Εν γὰρ ταῖς Μωσέως γραφαῖς ἀναγέγραπται, ὡς κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ὅτε ἐξῆλθον ἀπ' Αἰγύπτου οἱ Ἰσραηλῖται, καὶ γεγόνασιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἀπηντήσαν αὐτοῖς ἰοβόλα θηρία, &c. Sed nihil mutamus.

19. Σημείου τοῦ.] F. leg. σημείου τούτου.

19, 20. Κατὰ τῶν δακόντων τὸν Ἰσραὴλ ὄφεων.] Ut clarior ſit ſententia, legi poteſt vel κατὰ τῶν δακόντων τὸν Ἰσραὴλ ὄφεων, vel κατὰ τῶν δακόντων ὄφεων τῷ Ἰσραὴλ ἡ ἀνάθεσις φαίνεται γεγ. Sylburgius.

28 & ſeqq. Ου γὰρ ἐπὶ ὄφιν ΗΜΑΣ πιστεύειν τὸ προφητικὸν πνεῦμα διὰ Μωσέως ἐδίδαξεν.] Non dubito fore pleroſque quibus rectius videatur ὑμᾶς. cui lectioni favere videantur cum quæ hic antecedunt ℣. 21. & ſeqq. ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πιστευόντων ὅτι διὰ τοῦ σταυροῦσθαι μέλλοντος θάνατος γενήσεσθαι ἔκτοτε προεκηρύσσετο τῷ ὄφει, σωτηρία δὲ τοῖς καταδακνομένοις ὑπ' αὐτοῦ καὶ προσφεύγουσι τῷ τὸν ἐσταυρωμένον υἱὸν αὐτοῦ πέμψαντι εἰς τὸν κόσμον, tum locus conſimilis, &, ut noſtri loquuntur, parallelus infra p. 339. Ο ὄφις ἄρα νενικῆσθαι (sic) ... ἐκεῖνον τὸν λαὸν τότε, ὃν (προεῖπον) καταρᾶσθαι ὁ Θεὸς τὸν δράκοντα, καὶ ἀνεῖλε διὰ τῆς μεγάλης μαχαίρας, ὡς Ἠσαΐας βοᾷ; Sed nihil muto.

2, 3. Κατα-

σθένειν τὸ προφητικὸν πνεῦμα διὰ Μωσέως ἐδίδασκεν, ὅπου καὶ καταρᾶσθαι αὐτὸν τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δηλοῖ, καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ ἀναιρεθήσεσθαι ὡς πολέμιον διὰ τῆς μεγάλης μαχαίρας, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, σημαίνει. εἰ οὖν τις μὴ μετὰ μεγάλης χάριτος τῆς παρὰ Θεοῦ λάβοι νοῆσαι τὰ εἰρημένα καὶ γεγενημένα ὑπὸ τῶν προφητῶν, οὐδὲν αὐτὸν ὀνήσει τὸ τὰς ῥήσεις δοκεῖν λέγειν, ἢ τὰ γεγενημένα, εἰ μὴ λόγον ἔχει καὶ περὶ αὐτῶν ἀποδιδόναι· ἀλλὰ μήτι γε καὶ εὐκαταφρόνητα δόξει τοῖς πολλοῖς, ὑπὸ τῶν μὴ νοούντων αὐτὰ λεγόμενα. εἰ γάρ τις ἐξετάζειν βούλοιτο ὑμᾶς, ὅτι Ἐνὼχ καὶ Νῶε ἅμα τοῖς τέκνοις, καὶ εἴ τινες ἄλλοι τοιοῦτοι γεγόνασι, μήτε ἐν περιτομῇ γενόμενοι, μήτε σαββατίσαντες εὐηρέστησαν τῷ Θεῷ, τίς ἡ αἰτία τοῦ δι' ἄλλων προστατῶν καὶ νομοθεσίας μετὰ τοσαύτας γενεὰς ἀξιοῦν τὸν Θεὸν δικαιοῦσθαι μὲν τοὺς ἀπὸ Ἀβραὰμ μέχρι Μωσέως διὰ περιτομῆς, τοὺς δὲ ἀπὸ Μωσέως καὶ διὰ περιτομῆς καὶ τῶν ἄλλων ἐντολῶν, τουτέστι σαββάτου, καὶ θυσιῶν, καὶ σποδῶν, καὶ προσφορῶν, εἰ μὴ, ὡς προείρηται ὑπ' ἐμοῦ, ἀποδείξετε ὅτι διὰ τὸ τὸν Θεὸν, προγνώστην ὄντα, ἐγνωκέναι ἄξιον γενησόμενον τὸν λαὸν ὑμῶν ἐκβληθῆναι ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ μηδένα ἐπιτρέπεσθαι εἰσελθεῖν ἐκεῖ· οὐδαμόθεν γὰρ ἄλλα-

dere per Moſen docuit Spiritus propheticus, quando illum a principio etiam maledictionis execratione a Deo mulctatum eſſe indicat, & in Eſaia per gladium magnum, qui Chriſtus eſt, jugulandum eſſe, ut hoſtem, ſignificavit. Itaque niſi quis cum prolixa Dei gratia intelligere cœperit dicta & facta prophetarum, nihil ei proderit quod videatur voces eorum & opera referre, ſi non poſſit rationem quoque eorum explicare. Quin permultis illa etiam contemptibilia exiſtimabuntur eſſe, ſi ab eis qui non intelligant, commemorentur. Si quis namque ex vobis percunctari velit, cum Enoch & Noe una cum liberis, & ſi qui præterea ejuſmodi extitere, neque circumciſionem habentes, neque ſabbata celebrantes, grati acceptique Deo fuerint; quæ cauſa ſit quamobrem per alios præfectos & conſtitutiones poſt tot hominum ætates & generationes dignatus Deus ſit juſtificare Abrahæ quidem poſteros uſque ad Moſen per circumciſionem, Moſæ autem ſucceſſores & per circumciſionem & per alia inſtituta, hoc eſt ſabbata, & victimas, & cineres, & oblationes: niſi, quemadmodum prius a me eſt dictum, oſtenderitis Deum, qui futurorum præſcius eſt, cognoviſſe populum veſtrum dignum fore ut Hieroſolymis ejiciatur, neque cuiquam veſtrum ut eo introeat, concedatur [quid habebitis quod reſpondeatis?] De nulla enim nota alia cognoſci

Gen. iii. 14.
Eſai. xxvii. 1.

2, 3. Καταρᾶσθαι.] Rectius κατηρᾶσθαι, tempore præterito. SYLBURGIUS.

21. Προστατῶν.] Legi poſſet etiam προσταγῶν, *mandatorum*. ſed ferri tamen & προστατῶν poteſt. SYLBURGIUS.

27. Σποδῶν.] Supra p. 160. μηκέτι αἵμασι τράγων καὶ προβάτων, ἢ σποδῷ δαμάλεως, ἢ σεμιδάλεως προσφοραῖς καθαριζομένους, ἀλλὰ πίστει. Nequeo tamen mihi perſuadere a Juſtino eſſe hoc σποδῶν. Lego σπονδῶν.

28. Ὡς προείρηται ὑπ' ἐμοῦ.] V. p. 168, 9. & 218.

1, 2. Ὡς

cognoſci poteſtis, quam de circumciſione, ſicut a me eſt dictum. Siquidem Abraam non propter circumciſionem juſtitiæ a Deo reportavit teſtimonium, ſed propter fidem. Priuſquam enim eſt circumciſus, ſic de eo promulgatum eſt: *Credidit autem Abraam Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam.* Quocirca & nos, in præputio carnis noſtræ credentes Deo per Chriſtum, & circumciſionem obtinentes nobis eam aſſecutis utilem, cordis ſcilicet circumciſionem, juſti & placiti Deo, ut ſperamus, apparebimus: quandoquidem jam nunc teſtimonium accepimus ab eo per ſermones propheticos. Porro quod juſſi eſtis ſabbata agere, & oblationes offerre, & quod Dominus locum de nomine Dei vocari ſuſtinuit; factum eſt, ſicut dixi, ne ſimulacra colentes, & Dei obliviſcentes, impii & ſine Deo eſſetis, ſicuti vos ſemper fuiſſe patet. Et propter hanc ipſam cauſam, Deum de ſabbatis & oblationibus vobis ſanctiones tuliſſe, in ſuperioribus a me eſt demonſtratum. Verum propter eos qui hodie venerunt, eadem prope omnia repetere volo. nam ſi hoc ita non eſt, calumnioſe ſuggillabitur Deus, quaſi futurorum ſcientiam non teneat, neque eadem juſta ex æquo omnes & ſcire & facere inſtituerit. Plures enim generationes hominum ante Moſen certum eſt extitiſſe: neque

Gen xv. 6.

χόθεν ἐστὲ γνωρίζόμενοι, ὡς προέφην, εἰ μὴ ἀπὸ τῆς περὶ τὴν σάρκα περιτομῆς. οὐδὲ γὰρ Ἀβραὰμ διὰ τὴν περιτομὴν δίκαιος εἶναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐμαρτυρήθη, ἀλλὰ διὰ τὴν πίστιν· πρὸ τοῦ γὰρ περιτμηθῆναι αὐτὸν, εἴρηται περὶ αὐτοῦ οὕτως, Ἐπίστευσε δὲ τῷ Θεῷ Ἀβραὰμ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. 320 Καὶ ἡμεῖς οὖν, ἐν ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ἡμῶν πιστεύοντες τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ περιτομὴν ἔχοντες τὴν ὠφελοῦσαν ἡμᾶς τοὺς κεκτημένους, τουτέστι τῆς καρδίας, δίκαιοι καὶ εὐάρεστοι τῷ Θεῷ ἐλπίζομεν φανῆναι· ἐπειδὴ καὶ ἤδη μεμαρτυρήμεθα διὰ τῶν προφητικῶν λόγων ὑπ' αὐτοῦ. τὸ δὲ σαββατίζειν, καὶ τὰς προσφορὰς φέρειν, κελευσθῆναι ὑμᾶς, καὶ τόπον εἰς ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἐπικληθῆναι ἀνασχέσθαι τὸν Κύριον, ἵνα, ὡς εἴρηται, μὴ εἰδωλολατροῦντες, καὶ ἀμνημονοῦντες τοῦ Θεοῦ, ἀσεβεῖς καὶ ἄθεοι γένησθε, ὡς ἀεὶ φαίνεσθε γεγενημένοι. καὶ ὅτι διὰ ταῦτα ἐνετέταλτο ὁ Θεὸς τὰς περὶ σαββάτων καὶ προσφορῶν ἐντολὰς, προαποδέδεικταί μοι διὰ τῶν προειρημένων· διὰ δὲ τοὺς σήμερον ἐλθόντας καὶ τὰ αὐτὰ σχεδὸν πάντα βούλομαι ἀναλαμβάνειν· ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτό ἐστι, συκοφαντηθήσεται ὁ Θεὸς, ὡς μήτε πρόγνωσιν ἔχων, μήτε τὰ αὐτὰ δίκαια πάντας διδάσκων καὶ εἰδέναι καὶ πράττειν· πολλαὶ γὰρ γενεαὶ ἀνθρώπων πρὸ Μωσέως φαίνονται γεγενημέναι· καὶ

1, 2. Ὡς προέφην.] P. 169. ℣. 9, 10, 1.

20, 1. Ὡς εἴρηται.] Reſpicit quæ ſuperius eſſet prolocutus, pag. 237. & ſeqq. ubi fuſius hoc argumentum proſequitur. Jebb.

30 & ſeqq. Ἐπεὶ, εἰ μὴ τοῦτό ἐστι, (συκοφαντηθήσεται) ὁ Θεὸς, &c.] Lucem huic loco afferent parallela verba, ad quæ alludere videtur Juſtinus, ſupra ſcripta pag. 240, 1. Ἐὰν δὲ ταῦτα οὕτως μὴ ὁμολογήσωμεν, συμβήσεται ἡμῖν εἰς ἄτοπα ἐμπίπτειν νοήματα, ὡς τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ μὴ ὄντος τοῦ κατὰ τὸν Ἐνὼχ καὶ τοὺς ἄλλους, οἳ μήτε περιτομὴν τὴν κατὰ σάρκα ἔχοντες, &c. ἢ τὰ αὐτὰ αὐτὸν δίκαια μὴ ἀεὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων βεβουλῆσθαι πράσσειν· ἅπερ γελοῖα καὶ ἀνόητα ὁμολογεῖν φαίνεται. Jebb. Vide p. 195.

1—4. Καὶ

καὶ οὐκ ἔστι λόγος ὁ λέγων ὡς οὐκ ἀληθὴς ὁ Θεὸς, καὶ δίκαιος, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ κρίσεις, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. ἐπειδὴ δὲ ἀληθὴς ὁ λόγος, καὶ Θεὸς ὑμᾶς τοιούτους μὴ εἶναι ἀσυνέτους καὶ φιλαύτους ἀεὶ βούλεται, ὅπως σωθῆτε μετὰ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ εὐαρεστοῦντος τῷ Θεῷ, καὶ

neque ullum eſt verbum quod dicat Deum verum & juſtum non eſſe. Quippe omnes viæ ejus judicia, & non eſt iniquitas in eo. Enimvero cum verbum verum ſit, ac Deus vos non ſemper ejuſmodi, inſipientes videlicet & ſui amantes, eſſe velit: videte ut ſalvemini cum Chriſto, qui complacuit Deo, &

1—4. Καὶ οὐκ ἔστι λόγος ὁ λέγων ὡς οὐκ ἀληθὴς ὁ Θεὸς, καὶ δίκαιος, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ κρίσεις, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ.] Corrupta hæc eſſe, & ipſa clamant, & quæ antecedunt quæque ſequuntur. Variis modis emendari poſſunt, multoque facilius eſt dicere quid ſatis apte ſcribere potuerit Juſtinus, quam quid ſcripſerit. Fortaſſe ſic ſcripſit: καὶ οὐκ ἔστιν (aut ἔσται) ἀληθὴς ὁ λόγος ὁ λέγων ὡς δίκαιος ὁ Θεὸς, καὶ πᾶσαι &c. aut—ὡς ἀληθὴς ὁ Θεὸς καὶ δίκαιος, aut εὐθὺς ὁ Θεὸς καὶ δίκαιος, aut Θεὸς ἀληθὴς καὶ δίκαιος. Pſ. xci. 15. Εὐθὺς Κύριος ὁ Θεός μου, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. Deut. xxxii. 4. Θεὸς, ἀληθινὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ κρίσεις· Θεὸς πιστὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία, (ita biblia Romana. Complutenſia & Aldina καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ) δίκαιος καὶ ὅσιος Κύριος.

5. Καὶ Θεὸς ὑμᾶς.] Καὶ redditive capiendum pro *etiam*: vel ỳ. 7. ante ὅπως cum interprete inſerendum φροντίσατε, aut aliud hujuſmodi verbum. SYLBURGIUS.

7 & ſeqq. Ὅπως σωθῆτε μετὰ τοῦ Χριστοῦ &c.] P. 327, 8. Τὰ δὲ ἀκόλουθα τοῦ ψαλμοῦ —— δηλοῦντα ὅτι τοὺς καὶ πατέρας αὐτὸν ὁμολογεῖν σὺν ἐλπίσαντας ἐπὶ τὸν Θεὸν καὶ σωθέντας ὑπ᾽ αὐτοῦ· οἵτινες καὶ πατέρες ἦσαν τῆς παρθένου δι᾽ ἧς ἐγεννήθη ἄνθρωπος γενόμενος· καὶ αὐτὸς σωθήσεσθαι ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ μηνύων, ἀλλ᾽ οὐ τῇ αὐτοῦ βουλῇ ἢ ἰσχύϊ πράττειν τι καυχώμενος. 329, 30. Εἰ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ φαίνεται [μήτε] διὰ τὸ εἶναι υἱὸς, μήτε κατὰ τὸ εἶναι ἰσχυρὸς, μήτε διὰ τὸ σοφὸς [εἶναι,] λέγων δύνασθαι σώζεσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀναμάρτητος εἶναι —— ἄνευ τοῦ Θεοῦ σωθήσεσθαι μὴ δύνασθαι, πῶς ὑμεῖς ἢ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἄνευ τῆς ἐλπίδος ταύτης σωθήσεσθαι προσδοκῶντες, οὐχ ἑαυτοὺς ἀπατᾶν λογίζεσθε; Sed iſti loci hunc, niſi valde fallor, defendere non poſſunt; præſertim cum paulo ante, qualis eſſet σωτηρία Chriſti de qua locuturus eſſet, ſatis plane expoſuiſſe videatur his verbis p. 324, 5. Καὶ τὸν πάντα δὲ ψαλμὸν εἴποιμι ἄν, ὅπως καὶ τὸ πρὸς τὸν πατέρα εὐσεβὲς αὐτοῦ ἀκούσητε, καὶ ὡς εἰς ἐκεῖνον πάντα ἀναφέρει, ὡς αὐτὸς δι᾽ ἐκείνου καὶ σωθῆναι ἀπὸ τοῦ θανάτου τούτου αἰτῶν, ἅμα τὸ δηλοῦν ἐν τῷ ψαλμῷ ὁποῖοι ἦσαν οἱ ἐπισυνιστάμενοι κατ᾽ αὐτοῦ, καὶ ἀποδεικνύων ὅτι ἀληθῶς γέγονεν ἄνθρωπος ἀντιληπτικὸς παθῶν. Supra p. 298. —— περὶ τούτου μόνου τοῦ σταυρωθέντος, ὃν καὶ σεσῶσθαι ἀναστάντα —— τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει. Eſt equidem alius locus in enarratione hujus pſalmi qui ad σωτηρίαν ἀπὸ θανάτου, neque ut ne moriatur, neque ut reſurgat, referri non poteſt. Is ita ſe habet. Καὶ τὸ ἀπὸ ῥομφαίας, καὶ στόματος λέοντος, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς αἰτεῖν αὐτὸν τὴν ψυχὴν σωθῆναι, ἵνα μηδεὶς κυριεύσῃ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, αἴτησις ἦν· ἵνα ἡνίκα ἡμεῖς πρὸς τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου γινόμεθα, τὰ αὐτὰ αἰτῶμεν τὸν Θεὸν τὸν δυνάμενον ἀποστρέψαι πάντα ἀναιδῆ πονηρὸν ἄγγελον μὴ λαβέσθαι ἡμῶν τῆς ψυχῆς. καὶ ὅτι μένουσιν αἱ ψυχαί, ἀπέδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ καὶ τὴν Σαμουὴλ ψυχὴν κληθῆναι ὑπὸ τῆς ἐγγαστριμύθου, ὡς ἠξίωσεν ὁ Σαούλ. Φαίνεται δὲ καὶ ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν οὕτως δικαίων καὶ προφητῶν ὑπὸ ἐξουσίαν ἔπιπτον τῶν τοιούτων δυνάμεων, ὁποία δὴ καὶ ἐν τῇ ἐγγαστριμύθῳ ἐκείνῃ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὁμολογεῖται. P. 332, 3. Sed & hanc quoque σωτηρίαν, αἰώνιον σωτηρίαν non eſſe, ſatis apparet. Jam ſi rem ipſam ſpectes, neutiquam veriſimile videtur Juſtinum hoc de Chriſto dicere potuiſſe, quaſi ei ſalute opus eſſet, per quem, quod ipſe ſæpe in hoc dialogo affirmat, omnes ſalvantur. Tum quæ ſequuntur, τοῦ εὐαρεστοῦντος τῷ Θεῷ, καὶ μεμαρτυρημένου, ὡς προέφην, διὰ τῶν ἁγίων προφητικῶν λόγων τὴν ἀπόδειξιν ποιήσας, quam frigide de Chriſto dicantur, nihil attinet me demonſtrare; quippe id ipſi per ſe, quotquot natura criticos eſſe voluit, facile videbunt, cæteri quam planiſſime licet explicatum fortaſſe vix intelligent. Quare ita potius legendum eſſe crediderim, ὅπως σωθῆτε μετὰ τῶν (vel μεθ᾽ ἡμῶν τῶν, vel μετὰ τῶν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν) διὰ τοῦ Χριστοῦ τούτου εὐαρεστούντων τῷ Θεῷ καὶ μεμαρτυρημένων, &c. P. 340. hujus editionis, Ἡμᾶς οὖν ἐν ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ἡμῶν πιστεύοντας τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ περιτομὴν ἔχοντας τὴν ὠφελοῦσαν ἡμᾶς τοὺς κεκτημένους, τουτέστι τῆς καρδίας, δίκαιοι καὶ ΕΥΑΡΕΣΤΟΙ ΤΩι ΘΕΩι ἐλπίζομεν φανεῖσθαι, ἐπειδὴ καὶ ἤδη ΜΕΜΑΡΤΥΡΗΜΕΘΑ ΔΙΑ ΤΩΝ ΠΡΟΦΗΤΙΚΩΝ ΛΟΓΩΝ ΥΠ᾽ ΑΥΤΟΥ. P. 61. ed. Par. Τοὺς ἀδίκως μισοῦντας πείθειν πειρώμενοι, ὅπως οἱ κατὰ τὰς τοῦ Χριστοῦ καλὰς ὑποθημοσύνας βιώσαντες, εὐέλπιδες ὦσι σὺν ἡμῖν τῶν αὐτῶν παρὰ τοῦ πάντων δεσπόζοντος Θεοῦ τυχεῖν. 246. εὐδόκησε γὰρ καὶ εἰς τὰ ἔθνη, καὶ τὰς θυσίας ἥδιον παρ᾽ ἡμῶν ἢ παρ᾽ ὑμῶν λαμβάνει. τίς οὖν ἔτι μοι περιτομῆς λόγος, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μαρτυρηθέντι; 254. διό καὶ ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνθρώπων τῶν ἐχθραινόντων ἡμῖν εὐχόμεθα, ἵνα μεταγνόντες σὺν ἡμῖν, μὴ βλασφημῆτε τὸν —— ἄμωμον καὶ ἀνέγκλητον κατὰ πάντα Χριστὸν Ἰησοῦν, ἀλλὰ πιστεύσαντες εἰς αὐτὸν, ἐν τῇ πάλιν γενησομένῃ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ σωθῆτε, καὶ μὴ καταδικασθῆτε εἰς τὸ πῦρ ὑπ᾽ αὐτοῦ. 263, 4. ἐπεὶ οἱ τὰ καθόλου καὶ φύσει καὶ αἰώνια καλὰ ἐποίουν, εὐάρεστοί εἰσι τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τοῦ Χριστοῦ τούτου ἐν τῇ ἀναστάσει ὁμοίως τοῖς προγενομένοις αὐτῶν δικαίοις, Νῶε, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ εἴ τινες ἄλλοι γεγόνασι, σωθήσονται σὺν τοῖς ἐπιγνοῦσι τὸν Χριστὸν τοῦτον τοῦ Θεοῦ υἱόν. 344. ἀρχιερατικὸν τὸ ἀληθινὸν γένος ἐσμὲν τοῦ Θεοῦ, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς μαρτυρεῖ, εἰπὼν ὅτι ἐν παντὶ τόπῳ ἐν τοῖς ἔθνεσι θυσίας εὐαρέστους αὐτῷ καὶ καθαρὰς προσφέροντες. οὐ δέχεται δὲ παρ᾽ οὐδενὸς θυσίας ὁ Θεὸς εἰ μὴ διὰ τῶν ἱερέων αὐτοῦ.

 πάντας

& teſtimonia ab eodem idonea obtinuit, prout ſupra commemoravi, demonſtratione per verba prophetica comparata. Quæ enim ſemper & modis omnibus juſta ſunt, omnemque juſtitiam proponit in omni genere mortalium: & genus omne novit adulterium eſſe malum, & fornicationem, & homicidium, & quæcunque alia ſunt ejuſmodi peccata. Atque etiamſi omnes hæc admittant, non tamen ea facientes injuſte ſe agere neſciunt, eis exceptis qui ſpiritu impuro repleti, & per educationem, conſuetudinemque pravam, & leges malas corrupti, naturales notiones perdiderunt, imo potius extinxerunt, aut inhibitas tenent. Videre enim eſt tum pati ea nolentes quæ aliis ipſi faciunt, tum conſcientiis hoſtilibus probroſe aliis objicientes, quæ ab ipſis committuntur. Quapropter pulchre mihi videtur eſſe dictum a Domino & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto, duobus præceptis omnem impleri juſtitiam & religionem. Sunt autem iſta, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &*

Matt. xxii. 35—40.

καὶ μεμαρτυρημένης, ὡς προέφην, διὰ τῶν ἁγίων προφητικῶν λόγων τὴν ἀπόδειξιν ποιήσας. τὰ γὰρ ἀεὶ καὶ δι' ὅλου δίκαια καὶ πᾶσαν δικαιοσύνην παρέχει ἐν παντὶ γένει ἀνθρώπων, καὶ ἔστι πᾶν γένος γνωρίζον ὅτι μοιχεία κακὸν, καὶ πορνεία, καὶ ἀνδροφονία, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, καὶ πάντες πράττωσιν αὐτὰ, ἀλλ' οὖν γε τοῦ ἐπίστασθαι ἀδικοῦντες ὅταν πράττωσι ταῦτα οὐκ ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ, πλὴν ὅσοι ὑπὸ ἀκαθάρτου πνεύματος ἐμπεφορημένοι, καὶ ἀνατροφῆς, καὶ ἐθῶν φαύλων, καὶ νόμων πονηρῶν διαφθαρέντες, τὰς φυσικὰς ἐννοίας ἀπώλεσαν, μᾶλλον δὲ ἔσβεσαν, ἢ ἐπεχημένας ἔχουσιν· ἰδεῖν γάρ ἐστι τοὺς τοιούτους μὴ τὰ αὐτὰ παθεῖν βουλομένους ἅπερ αὐτοὶ τοὺς ἄλλους διατιθέασι, καὶ ἐν συνειδήσεσιν ἐχθραῖς ταῦτα ὀνειδίζοντας ἀλλήλοις ἅπερ ἐργάζονται. ὅθεν μοι δοκεῖ καλῶς εἰρῆσθαι ὑπὸ 321 τοῦ ἡμετέρου κυρίου καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν δυσὶν ἐντολαῖς πᾶσαν δικαιοσύνην καὶ εὐσέβειαν πληροῦσθαι· εἰσὶ δὲ αὗται, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ

πάντας οὖν οἱ διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου θυσίας ἃς παρέδωκεν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς γίνεσθαι, τουτέστιν ἐπὶ τῇ εὐχαριστίᾳ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ ποτηρίου, τὰς ἐν παντὶ τόπῳ τῆς γῆς γινομένας ὑπὸ τῶν χριστιανῶν, προλαβὼν ὁ Θεὸς μαρτυρεῖ εὐαρέστους ὑπάρχειν αὐτῷ. Non eſt autem quod quenquam valde moveat magnitudo mutationis. Nam quæ addidimus inter μετὰ & τοῦ Χριστοῦ, facile intercidere potuerunt: quod obi factum, fieri non potuit ut non εὐαρεστούντων & μεμαρτυρημένων ſtatim mutarentur in εὐαρεστοῦντες & μεμαρτυρημένους. Quod ſi quis lectionem vulgatam retinendam putet, auctor ei ſane eſſem, ut non tam ex ſono verborum interpretaretur, quam ex ſententia ſcriptoris tot aliis locis declarata, ad hunc ſcilicet modum: " ut ſalvemini, & proinde ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ μερίδι ἦτε, & *ubi ille eſt & vos ſitis.*" P. 306. Ὑμεῖς αἰνιττόμενοι τὴν τόπον Ἱερουσαλὴμ τοῦτον ὁμολογεῖτε, καὶ συναχθήσεσθαι τὸν λαὸν ὑμῶν, καὶ εὐφρανθήσεσθαι σὺν τῷ Χριστῷ ἅμα τοῖς πατριάρχαις, 369. ὅθεν οἱ πάντοθεν ἄνθρωποι, εἴτε δοῦλοι εἴτε ἐλεύθεροι, πιστεύοντες ἐπὶ τὸν Χριστόν,—— ἐπίστανται ἅμα αὐτῷ ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ γενησόμενοι, καὶ τὰ αἰώνια καὶ ἄφθαρτα κληρονομήσειν. 57. τὸν μετὰ Θεοῦ τοῦ πάντων πατρὸς καὶ δημιουργοῦ διαγωγῆς ἀντιποιούμεθα. 58. ὑμεῖς, ἀκούσαντες βασιλείαν προσδεχομένους ἡμᾶς, ἀκρίτως ἀνθρώπινον λέγειν ἡμᾶς ὑπειλήφατε, ἡμῶν τὴν μετὰ Θεοῦ λεγόντων.

7, 8. Ἀνδροφονία.] In margine codicis MS. ſcriptum eſt librarii manu ἀνδρομανία. Si ex conjectura, non eſt cauſa cur lectio recepta mutetur: ſin hæc erat lectio codicis quem deſcripſit, neque ea mutanda erat.

13. Καί.] F. ἤ.

Ib. Ἀνατροφῆς.] Deeſt hic fortaſſe aliquid, & ſcripſerat, ὑπὸ φαύλης ἀνατροφῆς, vel ὑπὸ κακῆς ἀνατροφῆς. H. Stephanus.

17, 8. Καὶ τούς.] Conjeceram olim legendum eſſe αὐτοὺς, vel καὶ αὐτούς. quibus conjecturis nunc nihil opus eſt, nam codex MS. habet καὶ τοὺς τοιούτους.

ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. ὁ γὰρ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, πλήρης θεοσεβοῦς γνώμης ὑπάρχων, οὐδένα ἄλλον τιμήσει Θεὸν, καὶ ἄγγελον ἐκεῖνον ἂν τιμήσῃ, Θεοῦ βουλομένου, τὸν ἀγαπώμενον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ· καὶ ὁ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἀγαπῶν, ἅπερ αὐτῷ βούλεται ἀγαθὰ, κἀκείνῳ βουλήσεται· οὐδεὶς δὲ ἑαυτῷ κακὰ βουλήσεται· ταῦτ' οὖν τῷ πλησίον καὶ εὔξαιτ' ἂν καὶ ἐργάσαιτο γενέσθαι, ἅπερ καὶ ἑαυτῷ, ὁ τὸν πλησίον ἀγαπῶν. πλησίον δὲ ἀνθρώπου οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τὸ ὁμοιοπαθὲς καὶ λογικὸν ζῶον, ὁ ἄνθρωπος. διχῆ οὖν τῆς πάσης δικαιοσύνης τετμημένης, πρός τε Θεὸν καὶ ἀνθρώπους, ὅστις, φησὶν ὁ λόγος, ἀγαπᾷ Κύριον τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν, δίκαιος ἀληθῶς ἂν εἴη. ὑμεῖς δὲ οὔτε πρὸς Θεὸν, οὔτε πρὸς τοὺς προφήτας, οὔτε πρὸς ἑαυτοὺς φιλίαν ἢ ἀγάπην ἔχοντες οὐδέποτε ἐδείχθητε, ἀλλ', ὡς δείκνυται, καὶ εἰδωλολάτραι πάντοτε, καὶ φονεῖς τῶν δικαίων εὑρίσκεσθε, ὡς καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν ὑμᾶς, καὶ μέχρι νῦν ἐπιμένειν τῇ κακίᾳ ὑμῶν, καταρωμένους καὶ τῶν τοῦτον τὸν ἐσταυρωμένον ὑφ' ὑμῶν ἀποδεικνύντων εἶναι τὸν Χριστόν· καὶ πρὸς

τούτοις

ex omni fortitudine tua, & proximum ſicut teipſum. Nam qui ex toto corde, & ex omni fortitudine Deum diligit, religioſæ piæque ſententiæ plenus, Deum alium non venerabitur, & angelum ſive nuncium illum, de voluntate Dei, colet, ipſi Domino & Deo dilectum. Et cui proximus perinde atque ipſe ſibi carus ſit, quæ ſibi ipſi obvenire vult, eadem illi optarit commoda. Nemo certe quidem ſibi ipſi male vult. Proinde proximo precabitur & præſtabit quæcunque ſibi ipſi expetet, proximum diligens. Homini autem propinquius eſt nihil, quam eiſdem perpeſſionibus obnoxium, & ratione præditum animal, homo. Bifariam ergo juſtitia omni diſpertita, in Deum & homines; Quicunque, verbum inquit, diligit Dominum Deum ex toto corde, & ex omnibus viribus, & proximum ſicut ſeipſum, is demum vere juſtus fuerit. At vos neque erga Deum, neque adverſus prophetas, neque adeo in vos ipſos unquam viſi eſtis amorem & charitatem obtinere: verum, prout res declarat, tum idololatræ ſemper, tum juſtorum percuſſores & homicidæ eſſe comperti eſtis; uſque adeo, ut & Chriſto ipſi manus intuleritis, & ad hoc uſq; tempus in malitia veſtra perduretis, diris execrationibus eos perſequentes qui hunc a vobis crucifixum, Chriſtum eſſe demonſtrant. Et ad

hæc,

9—15. Ὁ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἀγαπῶν, ἅπερ αὐτῷ βούλεται ἀγαθὰ, κἀκείνῳ βουλήσεται· οὐδεὶς δὲ ἑαυτῷ κακὰ βουλήσεται· ταῦτ' οὖν τῷ πλησίον καὶ εὔξαιτ' ἂν καὶ ἐργάσαιτο γενέσθαι, ἅπερ καὶ ἑαυτῷ, ὁ τὸν πλησίον ἀγαπῶν.] Primo perſpicuitatis gratia pro αὐτῷ legendum ἑαυτῷ, uti mox bis in his verbis quæ deſcripſimus. Alibi facilius pati poſſum αὐτῷ pro ἑαυτῷ, αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ, &c. more priſco. Deinde pro ταῦτα ſcribendum ταὐτά. Sed quantulum profecimus? Nam contemplare demum conſtructionem hujus argumenti. Qui vicinum, inquit, diligit tanquam ſe, quæ ſibi exoptat bona, illi quoque exoptabit. Nemo autem ſibi mala exoptat. Ergo quid? Ergo qui vicinum amat, eadem illi optabit quæ ſibi. Dixitne vobis Trypho hunc κατὰ τὴν δύναμιν λόγων τεχνικῶν? Minus erit ridiculus ſyllogiſmus, ſi transferas iſtud ἀγαθὰ a propoſitione, ubi omnia turbat, ad complexionem, ubi deſideratur.

17. Διὰ

hæc, illum ut hoſtem Dei, & maledictioni ſubditum, in cruce ſuſpenſum eſſe affirmatis: quod quidem animi veſtri nihil rationis habentis opus eſt. Anſam enim & occaſionem ex ſignis per Moſen editis, ut hunc illum ipſum eſſe intelligatis, tenentes, uti ea non vultis: ſed inſuper præter rationem omnem nos agi poſſe ſuſpicantes, quæſtiones nobis in collocutionibus, utcunque vobis in mentem venere, proponitis, verbis & rationibus vobis non ſuppeditantibus cum in firmum Chriſtianum incideritis. Dicite namque mihi, annon Deus is erat, qui per Moſen ſanxit ne qua omnino fieret vel imago vel ſimilitudo, neque eorum quæ in cœlo ſunt ſurſum, neque in terris deorſum? Atqui idem ipſe in ſolitudine per Moſen fieri fecit æneum ſerpentem, eumque ſuper ſignum ſtatuit, per quod ſervabantur qui ſerpentum morſu letaliter læſi fuerant. Et extra culpam omnem eſt. Sacramentum namque arcanum per hoc, prout antea dixi, denunciavit, quo ſerpentis quidem, qui etiam prævaricationis ab Adam commiſſæ auctor fuerat, poteſtatem everſum iri ſignificabatur, ſalus autem credentibus in iſtum qui per ſignum id adumbrabatur, & in cruce moriturus eſſe præmonſtrabatur, a ſerpentis morſibus, qui ſunt actiones pravæ, idolorum cultus, & aliæ iniquitates, promittebatur. Niſi enim hoc ſic in animis veſtris conſideratum fuerit, date mihi rationem, cujus gratia æneum ſerpentem Moſes ſuper ſignum collocaverit, & inſpicere id iis qui morſu lædebantur præceperit, unde etiam illi

cura-

17, 8, 9. Ἰδίως ἐξ αὐτοῦ λόγος καὶ δύναμις γεγεννημένος.] F. leg. λόγος καὶ δύναμις αὐτοῦ. Apol. I. p. 33. ἰδίως παρὰ τὴν κοινὴν γένεσιν γεγεννῆσθαι αὐτὸν ἐκ Θεοῦ λέγομεν λόγον Θεοῦ. Dial. p. 267. ὁ λόγος τῆς σοφίας, αὐτὸς ὢν οὗτος ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων γεννηθεὶς, καὶ λόγος καὶ σοφία καὶ δύναμις καὶ δόξα τοῦ γεννήσαντος ὑπάρχων. Sed nihil muto.

18, 9. Γεγεννημένος.] Si quis legere malit γεγενημένος, per me licet, modo ſuo periculo, non meo, qui quidem vereor ne iſtam vocem nimium ſæpe jam mutaverim.

28, 9. Μηνύοντος δι' οὗ πάθους &c.] Tertul. adverſ. Judæos, cap. 10. pag. 196. *Cum auxilium patris imploraret,* Salvum me fac, *inquit,* ex ore leonis, *utique mortis,* & de cornibus unicornuorum humilitatem meam; *de apicibus ſcilicet crucis.* Jebb.

30, 1, 2. Τὸ γὰρ κεράτων μονοκερώτων ὅτι τὸ σχῆμα τοῦ σαυροῦ ἐστὶ μόνου, προεξηγησάμην ὑμῖν.] Hunc locum ſatis ſanum eſſe, perſuadere mihi non poſſum: quanquam videor poſſe exponere non una via aliquanto melius quam fecit Langus. Occurrebat ſtatim, τὰ γὰρ κέρατα τῶν μονοκερώτων ὅτι τὸ σχῆμα τοῦ σαυροῦ ἔχει μόνου. quam lectionem confirmare videatur locus, corruptus tamen & ipſe, ad quem nos hic rejicit, p. 318. μονοκέρωτος γὰρ κέρατα οὐδενὸς ἄλλου πράγματος ἢ σχήματος ἔχοι ἄν τις εἰπεῖν καὶ ἀποδεῖξαι εἰ μὴ τοῦ τύπου ὃς τὸν σαυρὸν δείκνυσι. Sed iſtud τὸ γὰρ κεράτων non videtur temere mutandum. F. leg. Τὸ γὰρ, Κεράτων μονοκερώτων, ὅτι τὸ

ut a gladio, & ore leonis, & de manu canis anima ſua ſalva conſervetur, orat, ut ne quis animæ ſuæ dominaretur, petitio fuit; quo & nos, cum jam ad exitum vitæ ſumus, a Deo eadem poſcamus, qui avertere poteſt omnem impudentem & malignum angelum, ne animam noſtram capiat. Animas enim ſuperſtites manere, eo vobis demonſtravi, quod & Samuelis animam ventriloqua Pythoniſſa, ita ut Saul petierat,
1 Reg. xxviii. evocavit. Apparet autem, ad eum modum omnes animas virorum juſtorum & prophetarum ſub poteſtatem ejuſmodi virtutum cadere, qualem & in ventriloqua illa fuiſſe rebus ipſis declaratur. Quapropter & ſic nos per filium quoque ſuum Deus, ut viribus omnibus adverſus eos contendamus, per quos hoc fiat, & migraturi ex hac vita, ut oremus ne animæ noſtræ ſub talem aliquam virtutem cadant, docere videtur. Nam ſpiritum in cruce red-
Luc. xxiii. 46. dens Chriſtus, dixit: *Pater, in manus tuas depono ſpiritum meum:* ſicut & hoc ex commentariis apoſtolicis didici. Porro cum diſcipulos ſuos excitaret ut Phariſæorum vitæ conſuetudinem & converſationem ſupergrederentur, ſin minus, minime ſe ſalvatum iri ut ſcirent; hæc illum dixiſſe in eis ipſis ſcriptum eſt libris:
Matth. v. 20. *Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam ſcribarum & Phariſæorum, non ingrediemini in regnum cœlorum.*

Et

ἀπὸ ῥομφαίας, καὶ στόματος λέοντος, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς αἰτεῖν αὐτὸν τὴν ψυχὴν σωθῆναι, ἵνα μηδεὶς κυριεύσῃ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ αἴτησις ἦν, ἵνα ἡνίκα ἡμεῖς πρὸς τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου γινόμεθα, τὰ αὐτὰ αἰτῶμεν τὸν Θεὸν, τὸν δυνάμενον ἀποστρέψαι πάντα ἀναιδῆ, πονηρὸν ἄγγελον μὴ λαβέσθαι ἡμῶν τῆς ψυχῆς. καὶ ὅτι μένουσιν αἱ 333
ψυχαὶ, ἀπέδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ καὶ τὴν Σαμουὴλ ψυχὴν κληθῆναι ὑπὸ τῆς ἐγγαστριμύθου, ὡς ἠξίωσεν ὁ Σαούλ. φαίνεται δὲ καὶ ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν οὕτως δικαίων καὶ προφητῶν ὑπὸ ἐξουσίαν ἔπιπτον τῶν τοιούτων δυνάμεων, ὁποία δὴ καὶ ἐν τῇ ἐγγαστριμύθῳ ἐκείνῃ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὁμολογεῖται. ὅθεν καὶ οὗτος διδάσκει ἡμᾶς καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τὸ πάντως ἀγωνίζεσθαι δι' οὓς γίνεσθαι, καὶ πρὸς τῇ ἐξόδῳ αἰτεῖν μὴ ὑπὸ τοιαύτην τινὰ δύναμιν ὑποπεσεῖν τὰς ψυχὰς ἡμῶν, φαίνεται. καὶ γὰρ ἀποδιδοὺς τὸ πνεῦμα ἐπὶ τῷ σταυρῷ, εἶπε, Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου, ὡς καὶ ἐκ τῶν ἀπομνημονευμάτων καὶ τοῦτο ἔμαθον. καὶ γὰρ πρὸς τὸ ὑπερβάλλειν τὴν Φαρισαίων πολιτείαν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ συνωθῶν, εἰ δὲ μή γε, ἐπίστασθαι ὅτι οὐ σωθήσονται, ταῦτα εἰρηκέναι ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι γέγραπται, Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Καὶ

τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ ἱστάμενος, vel σημαίνων, προεξηγησαμένου ὑμῖν. Sed neque hoc ſatisfaeit, præſertim cum ea quæ modo exſcripſi ex p. 318. tantopere patrocinentur voci μόνου.

7, 8. Ἀναιδῆ.] V. ℣ 2. & ride.

10. Ἀπέδειξα.] Hæc demonſtratio periit.

14. Τῶν οὕτως δικαίων.] V. p. 211, ℣. 32, 3.

& quæ ibi annotata ſunt.

18. Οὗτος.] Lego ὁ Θεός.

19—23. Διδάσκει—ἡμῶν, φαίνεται.] Dele φαίνεται.

20. Δι' οὓς γίνεσθαι.] Pro δι' οὓς ſententia poſtulat δικαίως, vel ſimile quid. SYLBURGIUS.

28. Καὶ γάρ.] Iſto γὰρ facile, niſi fallor, carere poſſemus. Sed nihil muto.

3. Ἀνήγαγεν.]

Καὶ ὅτι ἠπίστατο τὸν πατέρα αὐτοῦ πάντα παρέχειν αὐτῷ, ὡς ἠξίου, καὶ ἀνήγειρεν αὐτὸν ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ πάντας τοὺς φοβουμένους τὸν Θεὸν προέτρεπεν αἰνεῖν τὸν Θεὸν διὰ τὸ ἐλεῆσαι καὶ διὰ τοῦ μυστηρίου τοῦ σταυρωθέντος τούτου πᾶν γένος τῶν πιστευόντων ἀνθρώπων, καὶ ὅτι ἐν μέσῳ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ἔστη, τῶν ἀποστόλων (οἵτινες μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ πεισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ ὅτι καὶ πρὸ τοῦ παθεῖν ἔλεγεν αὐτοῖς ὅτι ταῦτα αὐτὸν δεῖ παθεῖν, καὶ ἀπὸ τῶν προφητῶν ὅτι προκεκήρυκτο ταῦτα, μετενόησαν ἐπὶ τῷ ἀφίστασθαι αὐτοῦ ὅτε ἐσταυρώθη) καὶ μετ' αὐτῶν διάγων ὕμνησε τὸν Θεόν, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων δηλοῦται γεγενημένον, τὰ λείποντα τοῦ ψαλμοῦ ἐδήλωσεν· ἔστι δὲ ταῦτα, Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον αἰνέσατε αὐτόν· ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακὼβ δοξάσατε αὐτόν· Φοβηθήτωσαν αὐτὸν ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραήλ. Καὶ τὸ εἰπεῖν μετωνομακέναι αὐτὸν Πέτρον ἕνα τῶν ἀποστόλων, καὶ γεγράφθαι ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν αὐτοῦ γεγενημένον καὶ τοῦτο, μετὰ τοῦ καὶ ἄλλους δύο ἀδελφοὺς υἱοὺς Ζεβεδαίου ὄντας μετωνομακέναι ὀνόματι
334 τοῦ Βοανεργές, ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς, σημαντικὸν ἦν τοῦ αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι· διὸ καὶ τὸ ἐπώνυμον Ἰακὼβ τῷ Ἰσραὴλ ἐπικληθέντι ἐδόθη, καὶ τὸ Αὐσῆ ὄνομα Ἰησοῦς ἐπεκλήθη, δι' οὗ ὀνόματος καὶ εἰσήχθη

Et quod ſciverit patrem ſuum omnia ſibi ita ut petebat præbere, qui eum quoque excitavit a mortuis, & omnes Deum timentes hortatus fuerit ad laudandum Deum propter miſericordiam per myſterium crucifixi hujus omni generi fidelium hominum præſtitam, & quod ſtaturus fuerit in medio fratrum ſuorum, apoſtolorum (qui poſtquam reſurrexiſſet a mortuis, ipſique ab eo perſuaſi fuiſſent ipſum, antequam paſſus eſt, eis dixiſſe hæc ſe pati oportere, & a prophetis hæc prædicta fuiſſe, pœnitentiam de eo egere quod ab ipſo, cum ſupplicium crucis ſubiret, defeciſſent) tum autem quod cum eis agens Deum laudibus celebraturus erat, prout in ſcripturis apoſtolorum etiam hoc factum eſſe oſtenditur, reliqua pſalmi verba declararunt. Sunt ea hujuſmodi: *Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio eccleſiæ laudabo te. Timentes Dominum, laudate eum. Omne ſemen Jacob, glorificate eum. metuant eum omne ſemen Iſrael.* Et quod dictum eſt illum unum ex apoſtolis tranſnominaſſe Petrum, atque id ita factum eſſe in apoſtolicos commentarios eſſe relatum, & quod inſuper alios duos fratres, Zebedæi filios, nomine Boanerges, hoc eſt tonitrus filios vocavit; indicio id fuit, ipſiſſimum illum eſſe, per quem & Jacobo Iſraelis cognomen inditum, & is qui prius Oſee vocatus fuerat, Jeſus tranſnominatus eſt: per quod nomen etiam

Pſ. xxi. 22, 3.

3. Ἀνήγειρεν.] Convenientius fut. ἀνεγερεῖν. Sylburgius.

8, 9. Ἐν μέσῳ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ἔστη, τῶν ἀποστόλων.] V. Matth. xxviii. 10, 16. Joan. xx. 17, 8, 9. & Hebr. ii. 11, 2.

17. Ὕμνησε τὸν Θεόν.] Matth. xxvi. 30. καὶ ὑμνήσαντες, ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.

35. Διό.] Legendum δι' οὗ, quod monuit olim Caſaubonus c. Baron. p. 258. Langus etiam vertit *per quem*.

36, 7. Τὸ Αὐσῆ.] Lege τῷ Αὐσῆ.

etiam in terram patriarchis promiſſam populus, ex multitudine ea quæ ex Ægypto egreſſa fuerat, reliquus eſt introductus. Et quod tanquam aſtrum exoriturus fuerit ipſe idem ex genere Abraæ, Moſes obiter de-
Num. xxiv. 17. claravit, ita dicens: *Orietur ſtella ex Jacob, & dux ex Iſrael.* Et a-
Zach. vi. 12. lia ſcriptura inquit: *Ecce vir, Oriens nomen ejus.* Enimvero ſtella, ſimulatque natus eſt, in cœlo exorta, quemadmodum ſcriptum eſt in commentariis apoſtolorum ejus, Magi Arabes, inde edocti, affuerunt, & adoraverunt illum. Tertio quoque die reſurrecturum eum fuiſſe, poſt crucis ſupplicium toleratum, in eiſdem libris eſt perſcriptum. Populares namque veſtri, percontationibus cum eo agen-
Matth. xii. 38, 9, 40. tes, dixerunt, *Oſtende nobis ſignum.* & ille reſpondit eis: *Generatio prava & adultera ſignum requirit, & ſignum non dabitur eis, præterquam ſignum Ionæ.* Atque hæc eo dicente, recondita ita fuere, ut ab audientibus non intelligeretur tertio eum die, poſtquam crucifixus
Matth. xii. 41. eſſet, reſurrecturum eſſe. atque generationem veſtram deteriorem magiſque adulteram civitate Ninivitarum eſſe declaravit; qui Iona, cum tertio die ex alvo grandis piſcis ejectus fuiſſet, annunciante urbem eorum poſt dies quadraginta tres cum multitudine

εἰσήχθη εἰς τὴν ἐπηγγελμένην τοῖς πατριάρχαις γῆν ὁ περιλειφθεὶς ἀπὸ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου ἐξελθόντων λαός. καὶ ὅτι ὡς ἄστρον ἔμελλεν ἀνατέλλειν αὐτὸς διὰ τοῦ γένους τοῦ Ἀβραάμ, Μωϋσῆς παρεδήλωσεν, οὕτως εἰπών, Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ, καὶ ἡγούμενος ἐξ Ἰσραήλ. Καὶ ἄλλη δὲ γραφή φησιν, Ἰδοὺ ἀνήρ, ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ. Ἀνατείλαντος οὖν καὶ ἐν οὐρανῷ ἅμα τῷ γεννηθῆναι αὐτὸν ἀστέρος, ὡς γέγραπται ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, οἱ ἀπὸ Ἀῤῥαβίας μάγοι, ἐκ τούτου ἐπιγνόντες, παρεγένοντο καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ. καὶ ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἔμελλεν ἀναστήσεσθαι μετὰ τὸ σταυρωθῆναι, γέγραπται ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν ὅτι οἱ ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν συζητοῦντες αὐτῷ, ἔλεγον ὅτι Δεῖξον ἡμῖν σημεῖον, καὶ ἀπεκρίνατο αὐτοῖς, Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτοῖς, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ. Καὶ ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ, παρακεκαλυμμένα ἦν νοεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀκουόντων, ὅτι μετὰ τὸ σταυρωθῆναι αὐτόν, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. καὶ πονηροτέραν τὴν γενεὰν ὑμῶν καὶ μοιχαλίδα μᾶλλον τῆς Νινευιτῶν πόλεως ἐδήλου, οἵτινες, τοῦ Ἰωνᾶ κηρύξαντος αὐτοῖς, μετὰ τὸ ἐκβρασθῆναι αὐτὸν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῆς κοιλίας τοῦ ἁδροῦ ἰχθύος, ὅτι μετὰ ἐν ἄλλοις * τεσσαρακοντατρεῖς ἡμέρας παμπληθεὶ

6. Παρεδήλωσεν.] F. προεδήλωσεν.

7, 8. Καὶ ἡγούμενος.] Biblia καὶ ἀναστήσεται ἄνθρωπος. Hebr. וקם שבט. Irenæus, *& ſurget dux in Iſrael.*

28 & ſeqq. Καὶ πονηροτέραν—ἐδήλου.] Proximo commate poſt ea quæ de ſigno Jonæ dixit.

33, 4. Ἐν ἄλλοις * τεσσαρακοντατρεῖς ἡμέρας.] In ſuperiori ed. poſt ἐν ἄλλοις, eſt ſpatium vacuum, quantum tres quatuorve literas capiat. ei ego inſerui τρεῖς. ut hæc incluſa (ἐν ἄλλοις τρεῖς) per incuriam amanuenſis e margine in contextum ſint inſulta; cum doctus aliquis iſta marginali aonotatione monere voluiſſet, in aliis exemplaribus pro τεσσαρακοντατρεῖς legi tantum τρεῖς, detracto numero majore, qui eſt XL: ſicut videlicet in vulgatis bibliis Ionæ iii. legitur, ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὶ καταστραφήσεται. Arcerius minorem numerum τρεῖς expungit, & μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας legendum judicat: itidemque pag. ſeq. ℣. 15, 6. τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ. SYLBURGIUS.

34. Τεσσαρακοντατρεῖς.] Iſaacus Voſſius Diſſert. De LXX. Int. p. 75. ex hoc Juſtini loco colligit

παμπληθεὶ ἀπολοῦνται, νηστείαν ἁπλῶς πάντων ζώων, ἀνθρώπων τε καὶ ἀλόγων, μετὰ σακκοφορίας, καὶ ἐκτενοῦς ὀλολυγμοῦ, καὶ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ἀληθινῆς μετανοίας αὐτῶν, καὶ ἀποταγῆς τῆς πρὸς ἀδικίαν, ἐκήρυξαν, πιστεύσαντες ὅτι ἐλεήμων ὁ Θεὸς καὶ φιλάνθρωπός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς μετατιθεμένους ἀπὸ τῆς κακίας, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα τῆς πόλεως ἐκείνης καὶ τοὺς μεγιστᾶνας ὁμοίως σακκοφορήσαντας προσμεμενηκέναι τῇ νηστείᾳ, καὶ τῇ ἱκεσίᾳ, καὶ ἐπιτυχεῖν μὴ καταστραφῆναι τὴν πόλιν αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ τοῦ Ἰωνᾶ ἀνιωμένου ἐπὶ τῷ τῇ τεσσαρακοστῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ὡς ἐκήρυξε, μὴ καταστραφῆναι τὴν πόλιν, διὰ τῆς οἰκονομίας τοῦ ἐκ τῆς γῆς ἀνατεῖλαι αὐτῷ σικυῶνα, ὑφ' ὃν καθεζόμενος ἐσκιάζετο ἀπὸ καύματος
335 (ἦν δὲ ὁ σικυὼν κολόκυνθα αἰφνίδιος, μήτε φυτεύσαντος τοῦ Ἰωνᾶ, μήτε ποτίσαντος, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐπανατείλας αὐτῷ σκιὰν παρέχειν) κἀκ τῆς ἄλλης ξηρᾶναι αὐτὸν, ἐφ' ᾧ ἐλυπεῖτο Ἰωνᾶς; καὶ ἤλεγξεν αὐτὸν οὐ δικαίως ἀθυμοῦντα ἐπὶ τῷ μὴ καταστραφῆναι τὴν Νινευϊτῶν πόλιν, λέγων, Σὺ ἐφείσω περὶ τοῦ σικυῶνος, ὃ οὐκ ἐκοπίασας ἐν αὐτῷ, οὔτε ἐξέθρεψας αὐτὸν, ὃς ὑπὸ νύκτα αὐτοῦ ἦλθε, καὶ ὑπὸ νύκτα αὐτοῦ ἀπώλετο· κἀγὼ οὐ φείσομαι

multitudine univerſa interituram eſſe, jejunium animantium ſimul omnium, hominum videlicet & irrationalium, indixerunt, atque ut omnes in ſaccis eſſent, & cum vehementi ejulatu, veraque animorum pœnitentia, iniquitati omni nuncium remitterent, mandatum propoſuerunt; perſuaſione illa concepta, miſericordem eſſe Deum, humanumque & benignum in eos qui a pravitate deficiunt. Rex etiam civitatis ejus, & magnates, pariter ſumptis ſaccis perſeveraverunt in jejunio, & in ſupplicationibus, & ut urbs non everteretur, obtinuerunt. At Jonas moleſte ferebat, quod quadrageſimo tertio die, ita ut prædixerat, civitas non peſſum iret. Itaque œconomia & diſpoſitione quadam exoriri illi hederam (erat autem hedera cucurbita repentina) ſub qua is ſedens ab æſtu obumbraretur, cum eam nec ſeviſſet, nec rigaſſet, ſed quæ ſubito ei exorta umbram præberet, altero autem illam die exareſcere, Deus fecit. Qua de cauſa mœrore afficiebatur Jonas. Illum vero injuſte ita indignari, quod Ninivitæ non perderentur, convicit Deus, dicens: *Tu parci voluiſti hederæ, in qua* Jon. iv. 10. [1]
nihil feciſti operæ, neque eam foviſti, quæ ſub nocte ſua prodiit, & ſub nocte ſua interiit; & ego non parcam

git LXX. ſcripſiſſe ἔτι τρεῖς καὶ μ' ἡμέραι, ſed ex eorum exemplaribus numerum majorem, minoremque adeo ex Hebræis excidiſſe. Aut fallit aut fallitur. quod de inventis ejus fere omnibus haud temere dixeris. Τεσσαράκοντα & τρεῖς eodem errore conjunxit hic Juſtinus, quo paulo ante κοινὸς & κοινωνοί.

6. Τῆς πρὸς ἀδικίαν.] Mallet fortaſſe aliquis τῆς προτέρας ἀδικίας. Sed ferri etiam vulgata lectio poteſt. Sylburgius.

24, 5. Κἀκ τῆς ἄλλης.] Pro ἄλλης ſententia poſtulat potius ἀλέης, ſeu ἀλέας, *caloris*. niſi forte εἵλης malis: quæ magis propria ſolis eſt. Sylburgius. Alii fortaſſe legent, καὶ τῆς ἄλλης, & *inſequenti die*, aut lectionem vulgatam ita cum Lango interpretabuntur.

29. Περί.] F. leg. ὑπὲρ cum bibliis.

Ib. Τοῦ σικυῶνος.] Biblia τῆς κολοκύνθης.

29, 30. Ου οὐκ ἐκοπίασας ἐν αὐτῷ.] Biblia ὑπὲρ ἧς οὐκ ἐκακοπάθησας ἐπ' αὐτήν.

31, 2. Ος ὑπὸ νύκτα αὐτοῦ ἦλθε καὶ ὑπὸ νύκτα αὐτοῦ ἀπώλετο.] Biblia ἣ ἐγενήθη ὑπὸ νύκτα καὶ ὑπὸ νύκτα ἀπώλετο.

32. Κἀγώ.] Biblia ἐγὼ δέ.

1. Νινευΐ.]

parcam Ninivæ civitati magnæ, in qua habitant plus quam centum & viginti millia virorum (ſive hominum) qui neſciunt quid ſit inter dextram ſuam & ſiniſtram ſuam, & jumenta multa? Atque hæc populares veſtri a Jona facta eſſe ſciebant omnes, & Chriſtus apud vos vociferabatur daturum ſe vobis Jonæ ſignum, cohortans ut vel poſt reſurrectionem ejus a mortuis de perpetratis malis ageretis pœnitentiam, & itidem ut Ninivitæ ploraretis apud Deum, ut ne gens & urbs veſtra ita caperetur everſa, ſicut eſt everſa: verum tantum abeſt ut pœnitentiam egeritis poſtquam eum a mortuis reſurrexiſſe accepiſtis, ut etiam, prout antea memoravi, eximiis delectis viris, in omnem terrarum orbem eos miſeritis, qui renunciarent ſectam quandam impiam & legi contrariam excitatam eſſe a Jeſu quodam Galilæo, plano & ſeductore, quem a vobis crucifixum diſcipuli ejus noctu e monumento, ubi a cruce refixus poſitus erat, furto ſuſtulerint, & homines in errorem abduxerint, aſſeverantes a mortuis eum excitatum eſſe, atque in cœlum aſcendiſſe; quique calumnioſe ſermonibus ſpargerent, docuiſſe etiam ea illum impia & iniqua & impura, quæ apud omne genus hominum jactatis contra eos qui illum Chriſtum, & doctorem, & filium Dei eſſe

φείσομαι ὑπὲρ Νινευῒ τῆς πόλεως τῆς μεγάλης, ἐν ᾗ κατοικοῦσι πλείους ἢ δώδεκα μυριάδες ἀνδρῶν οἱ οὐκ ἔγνωσαν ἀνὰ μέσον δεξιᾶς αὐτῶν καὶ ἀνὰ μέσον ἀριστερᾶς αὐτῶν, καὶ κτήνη πολλά; Καὶ ταῦτα οἱ ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν ἐπιστάμενοι ἅπαντες γεγενημένα ὑπὸ τοῦ Ἰωνᾶ, καὶ τοῦ Χριστοῦ παρ' ὑμῖν βοῶντος ὅτι τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ δώσει ὑμῖν, προτρεπομένου ἵνα κἂν μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἀπὸ τῶν νεκρῶν μετανοήσητε ἐφ' οἷς ἐπράξατε κακοῖς, καὶ ὁμοίως Νινευΐταις προσκλαύσητε τῷ Θεῷ, ὅπως καὶ τὸ ἔθνος καὶ ἡ πόλις ὑμῶν μὴ ἁλῷ καταστραφεῖσα, ὡς κατεστράφη· καὶ οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε, μαθόντες αὐτὸν ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, ἀλλ', ὡς προεῖπον, ἄνδρας χειροτονήσαντες ἐκλεκτοὺς, εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπέμψατε, κηρύσσοντας ὅτι αἵρεσίς τις ἄθεος καὶ ἄνομος ἐγήγερται ἀπὸ Ἰησοῦ τινὸς Γαλιλαίου πλάνου, ὃν σταυρωσάντων ἡμῶν, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ κλέψαντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ μνήματος νυκτὸς, ὁπόθεν κατετέθη ἀφηλωθεὶς ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, πλανῶσι τοὺς ἀνθρώπους λέγοντες ἐγηγέρθαι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνεληλυθέναι· κατειπόντες δεδιδαχέναι καὶ ταῦτα ἅπερ κατὰ τῶν ὁμολογούντων Χριστὸν, καὶ διδάσκαλον, καὶ υἱὸν Θεοῦ εἶναι, παντὶ γένει ἀνθρώπων ἄθεα, καὶ ἄνομα, καὶ ἀνόσια

1. Νινευῒ.] Biblia Romana Νινευὴ, Complutenſia & Aldina ut hic.

3. Ἀνδρῶν.] Biblia Romana & Aldina & codex Alexandrinus & Cyrillus & Theodoritus ἀνθρώπων. Biblia Complutenſia ut Juſtinus. Hieronymus *virorum*.

3, 4, 5. Οἳ οὐκ ἔγνωσαν ἀνὰ μέσον δεξιᾶς αὐτῶν καὶ ἀνὰ μέσον ἀριστερᾶς αὐτῶν.] Biblia οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν δεξιὰν αὐτῶν ἢ ἀριστερὰν αὐτῶν. Hebr. אשר לא ידע בין ימינו לשמאלו.

16. Καί.] F. delendum.

18, 9. Ὡς προεῖπον.] P. 170, 1.

23. Πλάνου.] Matth. xxvii. 63. Κύριε, ἐμνήσθημεν ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν, Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι.

24, 5, 6. Οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ κλέψαντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ μνήματος νυκτός.] Matth. xxviii. 13. Εἴπατε ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐλθόντες ἔκλεψαν αὐτὸν ἡμῶν κοιμωμένων. Ib. com. 15. καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον.

26. Ὁπόθεν κατετέθη.] Uſitatius ὅπου κατετέθη. Sylburgius.

11—15. Μετα-

ἀνόσια λέγειν. πρὸς τούτοις, καὶ ἁλούσης ὑμῶν τῆς πόλεως, καὶ τῆς γῆς ἐρημωθείσης, οὐ μετανοεῖτε, ἀλλὰ καὶ καταρᾶσθε αὐτοῦ, καὶ τῶν πιστευόντων εἰς αὐτὸν πάντων τολμᾶτε. καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς, καὶ τοὺς δι' ὑμᾶς τοιαῦτα καθ' ἡμῶν ὑπειληφότας, οὐ μισοῦμεν, ἀλλ' εὐχόμεθα κἂν νῦν μετανοήσαντας πάντας ἐλέους τυχεῖν παρὰ τοῦ εὐσπλάγχνου καὶ πολυελέου πατρὸς τῶν ὅλων Θεοῦ. ἀλλ' ὅτι τὰ ἔθνη μετανοεῖν ἀπὸ τῆς κακίας ἐν ᾗ πλανώμενοι ἐπο-
336 λιτεύοντο, ἀκούσαντα τὸν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ κηρυχθέντα δι' αὐτῶν παθόντα λόγον, καὶ λόγους βραχεῖς λέγοντός μου ἀπὸ προφητείας Μιχαίου, ἑνὸς τῶν δώδεκα, ἀνάσχεσθε· εἰσὶ δὲ οὗτοι, Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτου ἡμερῶν ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου, ἕτοιμον ἀπ' ἄκρου τῶν ὀρέων, ἐπηρμένον αὐτὸ ὑπὲρ τοὺς βουνούς· καὶ ποταμὸν θήσονται ἐπ' αὐτῷ λαοί. καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλά, καὶ ἐροῦσι, Δεῦτε ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ, καὶ φωτιοῦσιν ἡμᾶς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν ταῖς τρίβοις αὐτοῦ.

eſſe profitentur. Ad hæc, capta quoque urbe veſtra, & terra vaſtata, non reſipiſcitis, diris maledictionibus eum, & credentes in eum univerſos, execrari audentes. Ac nos non modo neq; vos, neque eos qui ſuggeſtione veſtra talia de nobis ſuſpicantur, odimus, ſed precamur etiam ut vel nunc pœnitentiam agentes omnes miſericordiam ab eo qui prolixæ eſt humanitatis & miſerationis, parente univerſorum Deo conſequamini. Cæterum quod vaticinio prædictum ſit, gentes a vitioſitate ſua, in qua errore tranſverſim abductæ vixerunt, per reſipiſcentiam mentem recepturas, & pœnitentiam acturas eſſe, poſtquam ex apoſtolis ejus prædicantibus ab Hieroſolymis Verbum paſſum audiiſſent; pauca verba ex prophetia Michææ, unius e duodecim, me referentem ſuſtinete. Ea ſunt hujuſmodi: *Et erit in extremis diebus præclarus mons Domini, paratus in ſummo montium, ſublimatus ipſe ſuper colles. & fluvium ponent in ipſo populi (ſive confluent ad ipſum,) & ambulabunt gentes multæ, & dicent: Venite, aſcendamus in montem Domini, & in domum Dei Jacob: & illuminabunt nos docentes de via ejus, & ambulabimus in ſemitis ejus.* Mich. iv. 1—7.

Quoniam

11 & ſeqq. Ἀλλ' ὅτι τὰ ἔθνη μετανοεῖν &c.] Poſt μετανοεῖν, aut certe ψ. 15. poſt λόγον, deſideratur ἔμελλεν, προλέλεκται, aut aliud ejuſmodi verbum. Sylburgius.

13, 4. Ἀπὸ τῶν ἀποστόλων.] Magis fortaſſe conſentaneum διὰ τῶν ἀποστόλων, *per apoſtolos*. Sylburgius. Si quid mutandum, legerim potius ὑπὸ minima mutatione. ſed ἀπὸ pro ὑπὸ vel διὰ apud noſtrum alioſque ſcriptores ſæpius reperitur quam ut librarios ſemper in culpa eſſe affirmare audeam.

15. Δι' αὐτῶν.] Magis fortaſſe conſentaneum δι' αὐτοῖς. Sylburgius.

18, 9. Ἐπ' ἐσχάτου ἡμερῶν.] Biblia Romana & Aldina ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν. Complutenſia ἐπ' ἐσχάτῳ τῶν ἡμερῶν. Theodoritus ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν. Hebr. באחרית הימים.

20. Ἀπ' ἄκρου.] In noſtris exemplaribus eſt ἐπὶ τὰς κορυφάς, in Juſtiniano ἀπ' ἄκρου, pro ἐπ'. Perionius.

21. Ἐπηρμένον αὐτὸ ὑπὲρ τοὺς βουνούς.] Biblia καὶ μετεωρισθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν. Hebr. ונשא הוא מגבעות.

22. Ποταμὸν θήσονται ἐπ' αὐτῷ λαοί.] LXX. σπεύσουσι πρὸς αὐτὸ λαοί. In Hebræo ונהרו, hoc eſt, *confluent*. Antiquarius autem (vel forte Aquila, qui originationes & etymon vocum odioſe & ad nauſeam uſque in ſua verſione ſectabatur) verbum verbo reddidit, ποταμὸν θήσονται, phraſi admodum dura, & Græcis plane ignota. Hunc ſecutus eſt Juſtinus, vel qui Juſtinum deſcripſit. Cappellus, Append. ad Crit. Sac. p. 528, 9.

26. Φωτιοῦσιν ἡμᾶς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ.] LXX. δείξουσιν ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. In Hebræo eſt וירנו *docebit nos*. Verum imperitus aliquis antiquarius, qui putavit vocem hanc eſſe ab אור quod *lucem* ſignificat, margini adſcripſit, φωτιοῦσιν, quam lectionem ſecutus eſt Juſtinus. Cappellus, p. 529. Sine dubio verſio eſt alicujus interpretis: fortaſſe Aquilæ, quem idem verbum alibi ita vertiſſe ſcimus. quod & LXX. interdum faciunt.

Quoniam ex Sion egredietur lex, & verbum Domini ex Hieruſalem. & judicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes, uſque in longinquum. Et concident gladios ſuos in vomeres, & haſtas ſuas in falces: & non ſumet gens in gentem gladium, & non diſcent ultra belligerare. Et ſedebit vir ſub vite ſua, & ſub ficu ſua, & non erit qui exterreat; quia os Domini virtutum locutum eſt. Quoniam omnes populi ambulabunt in nomine deorum ſuorum, nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei noſtri in æternum. Et erit in die illo, colligam anguſtiis affectam, & ejectam congregabo, & eam quam afflixi: & ponam anguſtiis affectam in reſiduum; & ejectam, in gentem potentem. Et regnabit Dominus ſuper eos in monte Sion ex hoc nunc & uſque in ſeculum. His finitis, dicere perrexi: Magiſtros veſtros,

ὅτι ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ· καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον λαῶν πολλῶν, καὶ ἐλέγξει ἔθνη ἰσχυρὰ ἕως μακράν. καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐ μὴ ἄρῃ ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. καὶ καθίσεται ἀνὴρ ὑποκάτω ἀμπέλου αὐτοῦ, καὶ ὑποκάτω συκῆς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐκφοβῶν· ὅτι στόμα Κυρίου τῶν δυνάμεων ἐλάλησεν. ὅτι πάντες οἱ λαοὶ πορεύσονται ἐν ὀνόματι θεῶν αὐτῶν, ἡμεῖς δὲ πορευσόμεθα ἐν ὀνόματι Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα. καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, συνάξω τὴν ἐκτεθλιμμένην, καὶ τὴν ἐξωσμένην ἀθροίσω, καὶ ἣν ἐκάκωσα, καὶ θήσω τὴν ἐκτεθλιμμένην εἰς ὑπόλειμμα, καὶ τὴν ἐκπεπιεσμένην εἰς ἔθνος ἰσχυρόν· καὶ βασιλεύσει Κύριος ἐπ' αὐτῶν ἐν τῷ ὄρει Σιὼν ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. Καὶ τελέσας ταῦτα, ἐπεῖπον, Καὶ ὅτι οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν,

4. Ἐλέγξει.] Biblia Romana & Aldina ἐξελέγξει. Complutenſia, & codex Alexandrinus, & Theodoritus, & Cyrillus, ut Juſtinus.

Ib. Ἕως μακράν.] Biblia Romana ἕως εἰς μακράν. Aldina, & Complutenſia, ut Juſtinus.

5. Συγκόψουσι.] Biblia κατακόψουσι.

Ib. Τὰς μαχαίρας.] Biblia Romana & Complutenſia τὰς ῥομφαίας. Aldina, & Theodoritus, ut Juſtinus.

6. Τὰς ζιβύνας.] Biblia τὰ δόρατα. Codex Alexandrinus & Cyrillus ut Juſtinus.

7. Οὐ μὴ ἄρῃ.] Biblia Romana οὐκέτι μὴ ἀντάρῃ. Aldina οὐκ ἔτι μὴ ἄρῃ. Complutenſia οὐκέτι οὐ μὴ ἀντάρῃ. Codex Alexandrinus & Theodoritus & Cyrillus οὐκέτι οὐ μὴ ἄρῃ.

8. Μάχαιραν.] Biblia ῥομφαίαν. Theodoritus ut Juſtinus.

8, 9. Καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν.] Biblia Romana & Aldina καὶ οὐκέτι μὴ μάθωσι πολεμεῖν. Complutenſia & codex Alexandrinus & Cyrillus ut Juſtinus.

9. Καθίσεται ἀνήρ.] LXX. ἀναπαύσεται ἕκαστος, Hebraice ישבו איש, rem expreſſerunt & ſenſum: at alius de verbo ad verbum reddere voluit, καθίσεται ἀνήρ, quem ſecutus eſt Juſtinus. CAPPELLUS.

10. Καὶ ὑποκάτω.] Biblia καὶ ἕκαστος ὑποκάτω.

12, 13. Ὅτι στόμα Κυρίου τῶν δυνάμεων ἐλάλησεν.] Biblia διότι τὸ στόμα Κυρίου παντοκράτορος ἐλάλησε ταῦτα.

13, 14. Πορεύσονται ἐν ὀνόματι θεῶν αὐτῶν.] LXX. πορεύσονται ἕκαστος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. rem magis quam verba expreſſerunt (in Hebræo enim eſt ילכו איש בשם אלהיו) nam *incedere viam ſuam* hic eſt colere Deos ſuos. Alius (quem ſecutus eſt Juſtinus) reddidit ad verbum, πορεύσονται ἐν ὀνόματι τῶν θεῶν αὐτῶν. CAPPELLUS.

16. Εἰς τὸν αἰῶνα. καὶ ΕΣΤΑΙ ἐν ——] Biblia εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ΕΠΕΚΕΙΝΑ. ἐν ——

17. Συνάξω.] Biblia λέγει Κύριος, συνάξω.

Ib. Τὴν ἐκτεθλιμμένην.] Biblia τὴν συντετριμμένην.

18. Ἀθροίσω.] Biblia εἰσδέξομαι. Hebr. אקבצה.

18, 9. Καὶ ἣν ἐκάκωσα.] Biblia καὶ οὓς ἀπωσάμην. Hebr. ואשר הרעתי.

19. Θήσω.] Biblia θήσομαι.

Ib. Τὴν ἐκτεθλιμμένην.] Biblia τὴν συντετριμμένην.

20. Ἐκπεπιεσμένην.] Neſcio an ἐκπεπιεσμένην Juſtinus ſcripſerit. Vulg. B. Mich. iv. habent ἀπωσμένην. SYLBURGIUS.

21. Ἰσχυρόν.] Biblia Romana δυνατόν. Aldina, & Complutenſia, & codex Alexandrinus, & Theodoritus, ut Juſtinus.

22. Ἐπ' αὐτῶν.] Biblia ἐπ' αὐτούς.

23. Καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.] Biblia Romana ἕως εἰς τὸν αἰῶνα. Aldina ἕως εἰς τοὺς αἰῶνας. Complutenſia ut Juſtinus.

6, 7. Οὐ

μῶν, ὦ ἄνδρες, σοῦ πάντας λό-
γους τῆς περικοπῆς ταύτης εἰς τὸν Χρι-
στὸν ὁμολογοῦσιν εἰρῆσθαι, ἐπίσταμαι.
καὶ αὐτὸν ὅτι οὐδέπω φασὶν ἐληλυθέ-
ναι, καὶ τοῦτο γινώσκω· εἰ δὲ καὶ ἐλη-
λυθέναι λέγουσιν, οὐ γινώσκεται ὃς ἐ-
στιν, ἀλλ' ὅταν ἐμφανὴς καὶ ἔνδο-
ξος γένηται, τότε γνωσθήσεται ὃς ἐστι,
φασί· καὶ τότε τὰ εἰρημένα ἐν τῇ
περικοπῇ ταύτῃ φασὶν ἀποβήσεσθαι,
ὡς μηδενὸς μηδέπω καρποῦ ἀπὸ τῶν
λόγων τῆς προφητείας γενομένου· ἀ-
λόγιστοι, μὴ συνιέντες ὅπερ, διὰ πάν-
των τῶν λόγων ἀποδέδεικται, ὅτι
δύο παρουσίαι αὐτοῦ κατηγγελμέναι εἰ-
σί· μία μὲν ἐν ᾗ παθητὸς, καὶ ἄδο-
ξος, καὶ ἄτιμος, καὶ σταυρούμενος κε-
κήρυκται· ἡ δὲ δευτέρα ἐν ᾗ μετὰ
δόξης ἀπὸ τῶν οὐρανῶν παρέσται, ὅ-
ταν καὶ ὁ τῆς ἀποστασίας ἄνθρωπος,
ὁ καὶ εἰς τὸν ὕψιστον ἔξαλλα λαλῶν,
ἐπὶ τῆς γῆς ἄνομα τολμήσῃ εἰς ἡμᾶς
τοὺς Χριστιανοὺς, οἵτινες ἀπὸ τοῦ νόμου
337 καὶ τοῦ λόγου τοῦ ἐξελθόντος ἀπὸ Ἱε-
ρουσαλὴμ διὰ τῶν τοῦ Ἰησοῦ ἀποστό-
λων τὴν θεοσέβειαν ἐπιγνόντες, ἐπὶ
τὸν Θεὸν Ἰακὼβ καὶ Θεὸν Ἰσραὴλ
καταφεύγομεν, καὶ οἱ πολέμου, καὶ
ἀλληλοφονίας, καὶ πάσης κακίας με-
μεστωμένοι ἀπὸ πάσης τῆς γῆς τὰ
πολεμικὰ

ſtros, o viri, verba hujus loci omnia confiteri quod de Chriſto dicta ſint, ſcio: & eoſdem quod nondum venerit, affirmare, id quoque ſcio. Sin veniſſe etiam fateantur, non agnoſci tamen eum ipſum eſſe, ſed cum præclarus atque glorioſus fuerit, tum agnitum iri eum; ac tum demum quæ in hoc loco ſunt commemorata eventura eſſe, dicunt; ita ut nullus dum verborum prophetiæ fructus extiterit: rationis quippe expertes omnis, neque intelligentes (quod in omni hac diſputatione eſt oſtenſum) duplicem ipſius adventum eſſe prænunciatum: unum, in quo paſſioni ſubjectus, & inglorius, & dehoneſtatus, & crucifixus deprædicatur: ſecundum, in quo cœlitus cum gloria aderit: quando & defectionis homo adverſus Altiſſimum quoque grandia loquens in terris, iniqua in nos Chriſtianos committere audebit; qui, ex lege & verbo ab Hieroſolymis progreſſo per apoſtolos Jeſu vero cultu Dei percepto, ad Deum Jacob & Deum Iſrael confugimus: quique bello & mutuis cædibus & malitia omni pleni ex terra quavis pro ſe quiſque bellica

6, 7. Οὐ γινώσκεται ὃς ἐστι.] Sic Trypho ad initium hujus dialogi, ſupra p. 226. Χριστὸς δὲ εἰ καὶ γεγένηται, καὶ ἔστι που, ἄγνωστός ἐστι, καὶ οὐδὲ αὐτός πω ἑαυτὸν ἐπίσταται, &c. Jebb.

20. Ὁ τῆς ἀποστασίας ἄνθρωπος.] 2 Theſſ. ii. 3, 4. Ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα.

23, 4, 5. Οἵτινες ἀπὸ τοῦ νόμου καὶ τοῦ λόγου τοῦ ἐπελθόντος ἀπὸ Ἱερουσαλήμ.] F. ἐξελθόντος. Reſpicit verba Michææ modo citata, Ὅτι ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ.

24, 5. Τοῦ ἐπελθόντος ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ &c.] Iren. lib. 4. adverſ. hæreſ. cap. 67. *Si libertatis lex, id eſt, verbum Dei ab apoſtolis, qui ab Hieruſalem exierunt, annuntiatum in univerſam terram, ta tantum tranſmutationem fecit, ut gladios & lanceas bellatorias in aratra fabricaverint ipſi, & in falces, quæ donavit ad metendum frumentum, in organa pacifica, demutaverint, & jam neſciant pugnare, ſed percuſſi & alteram præbent maxillam; non de aliquo alio prophetæ dixerunt hæc, ſed de eo qui fecit ea.* Jebb.

26, 7, 8. Ἐπὶ τὸν Θεὸν Ἰακὼβ καὶ Θεὸν Ἰσραὴλ καταφύγομεν.] Michæas citatus ſupra p. 369. καὶ πορεύσονται ἐπ' αὐτοῦ λαοὶ. [LXX. σπεύσουσι πρὸς αὐτὸ λαοὶ] καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλὰ καὶ ἐροῦσι, Δεῦτε ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. Hierem. l. 5. καὶ ἥξουσι καὶ καταφεύξονται πρὸς Κύριον τὸν Θεόν. Zachar. ii. 11. καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαὸν, &c.

12, 3. Οὐκ

Digitized by Google

bellica arma, gladios in vomeres, & haſtas in ruſtica inſtrumenta, transmutavimus, & tanquàm agricolæ exercemus veram pietatem, juſtitiam, humanitatem, fidem, ſpem de patre ipſo per crucifixum conceptam; ſub vite quiſque ſua ſedens, hoc eſt ſola nupta quiſque muliere ſua contentus. Nam quod ſermo propheticus dicat, *Et uxor ejus veluti vitis exuberans*, ſcitis. Non eſſe autem qui exterreat & in ſervitutem redigat nos, qui Jeſu nomina per fidem dedimus per terram omnem, manifeſtum eſt. Quod namque dum gladio percutimur, & in crucem agimur, & beſtiis objicimur, & vinculis, & igne, & tormentis aliis omnibus plectimur & excruciamur, a profeſſione noſtra non diſcedamus, ſatis conſtat: & quanto magis ejuſmodi quædam in nos expediuntur tormenta, tanto alii plures fideles, & veræ religionis per nomen Jeſu fiunt cultores. Quemadmodum enim ſi quis excidat eas vitis partes quæ fructus tulerunt, ut alios floridos & frugiferos ramos illa proferat, facit: ita in nobis quoque accidit. plantata namque eſt a Deo & Chriſto ſervatore vitis, populus ejus. Reliqua porro prophetiæ, in altero ejus adventu ad rem conferentur. Colliget enim anguſtiis affectam,

Ps. cxxvii. 3.

πολεμικὰ ὄργανα ἕκαστος, τὰς μαχαίρας εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας εἰς γεωργικὰ μετεβαλόμεθα, καὶ γεωργοῦμεν εὐσέβειαν, δικαιοσύνην, φιλανθρωπίαν, πίστιν, ἐλπίδα, τὴν παρ' αὐτοῦ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ σταυρωθέντος, ὑπὸ τὴν ἄμπελον τὴν ἑαυτοῦ ἕκαστος καθεζόμενοι, τουτέστι μόνῃ τῇ γαμετῇ γυναικὶ ἕκαστος χρώμενοι· ὅτι γὰρ ὁ λόγος ὁ προφητικὸς λέγει, Καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα, ἐπίστασθε.* καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ ἐκφοβῶν καὶ δουλαγωγῶν ἡμᾶς τοὺς ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν πεπιστευκότας κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, φανερόν ἐστι. κεφαλοτομούμενοι γὰρ, καὶ σταυρούμενοι, καὶ θηρίοις παραβαλλόμενοι, καὶ δεσμοῖς, καὶ πυρὶ, καὶ πάσαις ταῖς ἄλλαις βασάνοις, ὅτι οὐκ ἀφιστάμεθα τῆς ὁμολογίας, δῆλόν ἐστιν. ἀλλ' ὅσωπερ ἂν τοιαῦτά τινα γίνηται, τοσούτῳ μᾶλλον ἄλλοι πλείονες πιστοὶ καὶ θεοσεβεῖς διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ γίγνονται· ὁποῖον ἐὰν ἀμπέλου τὶς ἐκτέμῃ τὰ καρποφορήσαντα μέρη, εἰς τὸ ἀναβλαστῆσαι ἑτέρους κλάδους καὶ εὐθαλεῖς καὶ καρποφόρους ἀναδίδωσι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐφ' ἡμῶν γίνεται. ἡ γὰρ φυτευθεῖσα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἄμπελος, καὶ σωτῆρος Χριστοῦ, ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐστι. τὰ δὲ λοιπὰ τῆς προφητείας ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ ἀποβήσεται. τὴν γὰρ ἐκτεθλιμμένην,

12, 3. Οὐκ ἔστιν ὁ ἐκφοβῶν καὶ δουλαγωγῶν ἡμᾶς.] V. p. 370. ℣. 11.

24 & ſeqq. Ὁποῖον ἐὰν ἀμπέλου &c.] Non inelegans ſimilitudo. Horatius Carm. IV. 4.

Duris ut ilex tonſa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido,
Per damna, per cædes, ab ipſo
Ducit opes animumque ferro.

33 & ſeqq. Τὴν γὰρ ἐκτεθλιμμένην—συγχωροῦντες.] Locus miris modis depravatus. Sylburgius legit συγχωροῦσι pro συγχωροῦντες, *ut conſonet cum dativo* ὑμῖν. Recte fortaſſe, ſi deleviſſet intermedia, οὐ μόνον ἀπὸ τῶν κτημάτων τῶν ἰδίων ἕκαστος τῶν χριστιανῶν ἐκβέβληται, ἀλλὰ καὶ τοῦ κόσμου παντός. quæ ſane annotationis ſpeciem aliquam habere videantur. Ego autem & ea facile fero, & συγχωροῦντες non muto, quandoquidem eandem enallagen in præſtantiſſimis ſcriptoribus ſæpe invenimus, & donec nos meliora docuerit aut codex aliquis MS. aut felicior alterius conjectura, interea totum locum ſic legam: Τὴν γὰρ ἐκτεθλιμμένην ΤΟΤΕ ΣΥΝΑΞΕΙ, ΚΑΙ ΑΘΡΟΙΣΕΙ ΤΗΝ ΕΞΩΣΜΕΝΗΝ, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ κόσμου, ὅσον ἐφ' ὑμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις, ΟΙΣ οὐ μόνον &c. V. p. 370. ℣. 17, 8.

τεθλιμμένην, τελέσιν ἀπὸ τοῦ κόσμου, ὅσον ἐφ᾽ ὑμῖν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις, οὐ μόνον ἀπὸ τῶν κτημάτων τῶν ἰδίων ἕκαστος τῶν Χριστιανῶν ἐκβέβληται, ἀλλὰ καὶ τοῦ κόσμου παντὸς, ζῆν μηδενὶ Χριστιανῷ συγχωροῦντες. ὑμεῖς δὲ ἐπὶ τὸν λαὸν ὑμῶν συμβεβηκέναι τοῦτο φατέ. εἰ δὲ ἐξεβλήθητε πολεμηθέντες, δικαίως μὲν ὑμεῖς ταῦτα πεπόνθατε, ὡς αἱ γραφαὶ πᾶσαι μαρτυροῦσιν· ἡμεῖς δὲ, οὐδὲν τοιοῦτον πράξαντες μετὰ τὸ ἐπιγνῶναι τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ, μαρτυρούμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, σὺν τῷ δικαιοτάτῳ καὶ μόνῳ ἀσπίλῳ καὶ ἀναμαρτήτῳ Χριστῷ, ὅτι ἀπὸ γῆς αἰρόμεθα. βοᾷ γὰρ Ἠσαΐας, Ἰδοὺ ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ· καὶ ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ. Καὶ ὅτι
338 δύο παρουσίας συμβολικῶς γενήσεσθαι τούτου τοῦ Χριστοῦ καὶ ἐπὶ Μωσέως προελέγετο, προεῖπον, διὰ τοῦ συμβόλου τῶν ἐν τῇ νηστείᾳ προσφερομένων τράγων. καὶ πάλιν ἐν οἷς ἐποίησαν Μωσῆς καὶ Ἰησοῦς τὸ αὐτὸ προκηρυσσόμενον συμβολικῶς ἦν καὶ λεγόμενον. ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐκτείνας ἐπὶ τοῦ βουνοῦ μέχρις ἑσπέρας ἔμενεν, ὑποβασταζομένων τῶν χειρῶν, ὃ οὐδενὸς ἄλλου τύπον δείκνυσιν, ἢ τοῦ σταυροῦ· ὁ δὲ, τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι μετονομασθεὶς, ἦρχε τῆς μάχης· καὶ ἐνίκα Ἰσραήλ. ἦν δὲ καὶ τοῦτο ἐπ᾽ ἀμφοτέρων τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ἐκείνων, καὶ προφητῶν τοῦ Θεοῦ, νοῆσαι γεγενημένον, ὅτι ἀμφότερα τὰ μυστήρια

fectam, hoc eſt ex orbe terrarum ejectam, quantum in vobis & aliis cunctis mortalibus eſt ſitum. quandoquidem non ſolum ex poſſeſſionibus ſuis Chriſtianorum quiſque exigitur, verum etiam in mundo toto nemini eorum vivere permittitur. Vos autem in populo veſtro hoc eventu completum eſſe dicitis: qui ſi bello ſuperati, & ejecti [e patria] eſtis; ſicuti ſcripturæ omnes atteſtantur, jure hoc perpeſſi eſtis. At nos qui nihil tale admiſimus poſteaquam veritatem Dei cognovimus, teſtimonium a Deo habemus, nos una cum juſtiſſimo & ſolo immaculato & a peccato immuni Chriſto e medio tolli. Clamat enim Eſaias: *Ecce quomodo perit juſtus, & nemo percipit corde; & viri juſti tolluntur, & nemo conſiderat.* Eſai. lvii. 1.
Ac duos adventus Chriſti hujus fore, figurate ſub Moſe eſſe promulgatum, antea dixi, per ſymbolum eorum qui in jejunio offerebantur hircorum. Et rurſum in eo quod Moſes & Jeſus fecerunt, idem hoc per figuram eſt prænunciatum. Horum enim alter manus expandens in colle ad veſperam uſque manſit, manibus ſuſtentatis, quod nullius alterius rei quam crucis notam deſignavit; alter vero, Jeſu nomine cognominatus, aliis in pugna præiit; unde victoria Iſraeli eſt parta. Hoc vero quoque in utroque ſanctorum illorum virorum & prophetarum Dei factum conſiderare erat, quod utrumque ſacramentum

11—17. Ἡμεῖς δὲ οὐδὲν τοιοῦτον πράξαντες μετὰ τὸ ἐπιγνῶναι τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ μαρτυρούμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ σὺν τῷ δικαιοτάτῳ——Χριστῷ ὅτι ἀπὸ γῆς αἰρόμεθα.] F. vult, μαρτυρούμεθα ὅτι αἰρόμεθα ἀπὸ γῆς μηδὲν τοιοῦτον πράξαντες, id eſt, δίκαιοι.

22. Ἐπὶ Μωσέως.] Ἐπὶ ferri poteſt. non minus apta tamen ὑπό. SYLBURGIUS.

23. Προεῖπον.] P. 219.

29, 30. Μέχρις ἑσπέρας.] V. p. 347, 8.

mentum unus eorum portare non potuerit: figuram dico crucis, & nominis Jeſu notam. Unius namque & ſolius virtus hæc eſt, & fuit, & futura eſt: cujus ipſum quoque nomen principatus omnes metuunt, graviſſimis doloribus cruciati, quod per illum aliquando excidendi ſint. Itaque paſſioni ſubditus & crucifixus Chriſtus noſter, maledictioni a lege ſubjectus non eſt: ſed ſe ſolum clare ſignificavit ille ſalvaturum eos eſſe, qui a terra ejus non deficerent. Et qui in Ægypto ſervati ſunt, cum Ægyptiorum primogenita interirent, eos paſchæ ſanguis liberavit, quo poſtes utrinque & ſuperliminare imbutum erat. Paſcha namque erat Chriſtus, immolatus poſtea, ſicut & Eſaias inquit: *Ipſe tanquam ovis ad occiſionem ductus eſt.*

Eſai. liii. 7.

Porro quod in die paſchæ ipſum comprehenderitis, & ſimiliter in paſcha crucifixeritis, ſcriptum eſt. Ut autem eos qui in Ægypto fuere, ſanguis paſchæ ſalvos conſervavit; ita & credentes liberabit a morte ſanguis Chriſti. Hallucinaturus ergo per errorem Deus fuerat, niſi hoc ſignum ſuper foribus extitiſſet? Equidem id non dico: ſed quod ſalutem hominum generi per ſanguinem Chriſti adventuram prænunciavit, id aio. Funiculi etiam coccinei ſymbolum, quem Hierichunte a Jeſu Navæ miſſi exploratores Raab meretrici dederunt, alligari ad feneſtram, unde eos demiſerat ut hoſtium

σημεῖα εἰς αὐτῶν βαστάσαι οὐκ ἦν δυνατός· λέγω δὲ τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ, καὶ τὸν τύπον τῆς τοῦ ὀνόματος ἐπικλήσεως. ἑνὸς γὰρ μόνου ἡ ἰσχὺς αὕτη ἐστὶ, καὶ ἦν, καὶ ἔσται, οὗ καὶ τὸ ὄνομα πᾶσα ἀρχὴ δέδιεν, ὠδίνουσα ὅτι δι' αὐτοῦ καταλύεσθαι μέλλουσιν. ὁ οὖν παθητὸς ἡμῶν καὶ σταυρωθεὶς Χριστὸς, οὐ κατηράθη ὑπὸ τοῦ νόμου, ἀλλὰ μόνος σώσειν τοὺς μὴ ἀφισταμένους τῆς γῆς τέως αὐτοῦ ἐδήλου. καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ δὲ σωθέντας, ὅτε ἀπώλλυντο τὰ πρωτότοκα τῶν Αἰγυπτίων, τὸ τοῦ πάσχα ἐρρύσατο αἷμα, τὸ ἑκατέρωσε τῶν σταθμῶν καὶ τοῦ ὑπερθύρου χρισθέν· ἦν γὰρ τὸ πάσχα ὁ Χριστὸς, ὁ τυθεὶς ὕστερον, ὡς καὶ Ἠσαΐας ἔφη, Αὐτὸς ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη. Καὶ ὅτι ἐν ἡμέρᾳ τοῦ πάσχα συνελάβετε αὐτὸν, καὶ ὁμοίως ἐν τῷ πάσχα ἐσταυρώσατε, γέγραπται. ὡς δὲ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἔσωσε τὸ αἷμα τοῦ πάσχα, οὕτως καὶ τοὺς πιστεύσαντας ῥύσεται ἐκ θανάτου τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. ἔμελλεν οὖν ὁ Θεὸς πλανᾶσθαι εἰ μὴ τὸ σημεῖον τοῦτο ἐπὶ τῶν θυρῶν ἐγεγόνει; οὐ φημὶ ἐγὼ, ἀλλ' ὅτι προεκήρυσσε τὴν μέλλουσαν δι' αἵματος τοῦ Χριστοῦ γενήσεσθαι σωτηρίαν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων. καὶ γὰρ τὸ σύμβολον τοῦ κοκκίνου σπαρτίου, οὗ ἔδωκαν ἐν Ἱεριχῷ οἱ ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ πεμφθέντες κατάσκοποι Ῥαὰβ τῇ πόρνῃ, εἰπόντες προσδῆσαι αὐτὸ τῇ θυρίδι δι' ἧς αὐτοὺς

7, 8, 9. Ὁ οὖν παθητὸς καὶ σταυρωθεὶς Χριστὸς οὐ κατηράθη ὑπὸ τοῦ νόμου] V. p. 334, 5, 6.

11. Τῆς γῆς τέως αὐτοῦ] Fortaſſe auctor ſcripſit τῆς πίστεως αὐτοῦ, *non deficientes ab ejus fide.* Sylburgius.

16, 7. Ἦν γὰρ τὸ πάσχα &c.] Sic D. Paulus, 1 Cor. v. 7. *Etenim & paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus* Jebb.

31 & ſeqq. Τὸ σύμβολον τοῦ κοκκίνου σπαρτίου &c.] Clemens R. epiſt. I. c. XII. p. 153. Καὶ προσέθεντο αὐτῇ δοῦναι σημεῖον, ὅπως κρεμάσῃ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς κόκκινον, πρόδηλον ποιοῦντες ὅτι διὰ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου λύτρωσις ἔσται πᾶσι τοῖς πιστεύουσι καὶ ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν.

11—16. Ἐπεὶ

ἐχάλασεν ὅπως λάθωσι τοὺς πολεμίους, ὁμοίως τὸ σύμβολον τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐδήλου, δι᾽ οὗ οἱ πάλαι πόρνοι καὶ ἄδικοι ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν σώζονται, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβόντες, καὶ μηκέτι ἁμαρτάνοντες. ὑμεῖς δὲ ταῦτα ταπεινῶς ἐξηγούμενοι, πολλὴν ἀσθένειαν καταψη-339 φίζεσθε τοῦ Θεοῦ, εἰ ταῦτα οὕτω ψιλῶς ἀκούοιτε, καὶ μὴ τὴν δύναμιν ἐξετάζοιτε τῶν εἰρημένων. ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς οὕτω παράνομος ἂν κριθείη, αὐτὸς παραγγείλας μηδενὸς ὁμοίωμα γίνεσθαι, μήτε τῶν ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ, μήτε τῶν ἐπὶ γῆς ἢ θαλάσσης, ἔπειτα ὄφιν χαλκοῦν αὐτὸς ἐποίει, καὶ στήσας ἐπὶ σημείου τινὸς, ἐκέλευσεν εἰς αὐτὸν ὁρᾷν τοὺς δεδηγμένους· οἱ δ᾽ ἐσώζοντο εἰς αὐτὸν ἀποβλέποντες. ὁ ὄφις ἄρα νοηθήσεται σεσωκέναι τὸν λαὸν τότε, ὃν (προεῖπον) κατηράσατο ὁ Θεὸς τὴν ἀρχὴν, καὶ ἀνεῖλε διὰ τῆς μεγάλης μαχαίρας, ὡς Ἠσαΐας βοᾷ; καὶ οὕτως ἀφρόνως παραδεξόμεθα τὰ τοιαῦτα. ὡς οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν φασὶ, καὶ οὐ σύμβολα; οὐχὶ δὲ ἀνοίσομεν ἐπὶ τὴν εἰκόνα τοῦ σταυρωθέντος Ἰησοῦ τὸ σημεῖον, ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς διὰ τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν σὺν τῷ ἐπικληθέντι Ἰησοῦ ὀνόματι καὶ νικᾷν τὸν λαὸν ὑμῶν εἰργάζετο; οὕτω γὰρ καὶ τοῦ ἀπορεῖν περὶ ὧν ἐποίησεν ὁ νομοθέτης παυσόμεθα. οὐ γὰρ καταλιπὼν τὸν Θεὸν, ἐπὶ θηρίον,

ſtium conſpectum effugerent, jubentes; ſanguinis & id Chriſti ſignum præ ſe tulit, per quem qui olim fornicatores & injuſti fuerant ex gentibus omnibus ſalvantur, remiſſionem peccatorum accipientes, & ulterius non peccantes. Vos autem hæc humiliter exponentes, Deum multæ infirmitatis damnatis; perquam tenuiter hæc exaudientes, ac vim virtutemque dictorum non inquirentes. Nam hoc pacto & Moſes contra legem per ſe latam feciſſe judicetur, qui conſtitutione propoſita ſanxerit ne qua effigies & ſimilitudo fieret, neque eorum quæ in cœlo, neque eorum quæ in terra aut mari ſunt, ipſe tamen poſtea ſerpentem æneum fecerit, atq; pro ſigno quodam ſtatuerit, eos illum inſpicere jubens, qui morſu a ſerpentibus læſi fuerant. atque illi eum intuentes, ſalvi permanebant. Serpens videlicet exiſtimabitur populum ſervaſſe, quem, ſicut antea dixi, primitus Deus maledictioni ſubdiderat, & per ingentem, ut Eſaias clamat, gladium confecit? Et tam inſipienter res iſtiuſmodi, prout Rabini veſtri docent, & non tanquam ſymbola, excipiemus? Neque vero ad imaginem etiam referemus Jeſu crucifixi hoc ſignum, quando & Moſes per manus expaſſas, cum eo qui Jeſu nomine cohoneſtatus fuit, victoriam populo veſtro conciliavit? Hoc quippe modo dubitare de legiſlatoris actionibus deſinemus. Non ille profecto, Deo relicto, in feram, Eſai. xxvii. 1.

cujus

11—16. Ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς οὕτω παράνομος ἂν κριθείη, αὐτὸς παραγγείλας——ἔπειτα ὄφιν χαλκοῦν αὐτὸς ἐποίει] F. leg. κριθείη αὐτὸς, ὃς παραγγείλας &c.

21. Προεῖπον.] Subaudiendum ὡς, vel ſimile quid. SYLBURGIUS.

22, 3. Ἀνεῖλε διὰ τῆς μεγάλης μαχαίρας, ὡς Ἠσαΐας βοᾷ. F.] leg. ἀνελεῖ, literis tranſpoſitis. Supra p. 338, 9. Ὃν γὰρ ἐπὶ ὄφιν ἡμᾶς πιστεύειν τὸ προφητικὸν πνεῦμα διὰ Μωϋσέως ἐδίδασκεν, ὁπότε καὶ κατηρᾶσθαι αὐτὸν τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δηλοῖ, καὶ ἐν τῷ Ἠσαΐᾳ ἀναιρεθήσεσθαι ὡς πολέμιον διὰ τῆς μεγάλης μαχαίρας, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, σημαίνει. Eſ. xxvii. 1. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπάξει ὁ Θεὸς τὴν μάχαιραν τὴν ἁγίαν καὶ τὴν μεγάλην καὶ τὴν ἰσχυρὰν ἐπὶ τὸν δράκοντα ὄφιν φεύγοντα, ἐπὶ τὸν δράκοντα ὄφιν σκολιόν· ἀνελεῖ τὸν δράκοντα.

9, 10. Ἐαν

cujus ductu tranſgreſſio & inobedientia initium ſumpſit, ut ſpem collocaret, populo ſuaſit. Cum multo ſenſu occulto & myſterio hæc & facta & dicta ſunt a beato propheta. neque quidquam eſt quod recte aliquis carpere eorum queat, quæ ab omnibus omnino ſanctis vatibus dicta ſunt aut facta, ſi modo notionem eorum teneatis. Sin magiſtri veſtri, quamobrem cameli in hoc vel illo loco fœminæ dicantur, aut quid ſint quæ dicuntur cameli fœminæ, aut propter quam cauſam ſimilæ menſuræ tot, & olei menſuræ tot, in oblationibus tantum ſumantur, vobis explicent, atque id quidem humiliter, & expoſitione humi reptante; res autem magnas & quæſtione dignas nunquam proferre aut interpretari audeant; aut, nobis enarrantibus, neque audire nos prorſus, neque ad communionem ſermonis nobiſcum venire, vos hortentur; annon merito audiant quæ ad eos dixit Dominus noſter Jeſus Chriſtus, *Sepulcra dealbata, qui intrinſecus pleni eſtis oſſibus mortuorum, & extrinſecus apparetis ſpecioſi: mentam decimantes, camelum autem deglutientes: duces cæci?* Itaque niſi

Matth. xxiii. 23, 27.

δι' οὗ ἡ παράβασις καὶ παρακοὴ τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν, ἔπειθε τὸν λαὸν ἐλπίζειν. καὶ ταῦτα μετὰ πολλοῦ νοῦ καὶ μυστηρίου γέγονε, καὶ ἐρρέθη διὰ τοῦ μακαρίου προφήτου· καὶ οὐδέν ἐστιν ὅ τις μέμψασθαι δικαίως ἔχει τῶν λελεγμένων ἢ γεγενημένων ὑπὸ πάντων ἁπλῶς τῶν προφητῶν, ἐὰν τὴν γνῶσιν τὴν ἐν αὐτοῖς ἔχητε. ἐὰν δὲ ὡς οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, διὰ τί κάμηλοι μὲν θήλειαι ἐν τῷδε τῷ τόπῳ οὐ λέγονται, ἢ τί εἰσιν αἱ λεγόμεναι κάμηλοι θήλειαι, ἢ διὰ τί σεμιδάλεως μέτρα τόσα, καὶ ἐλαίου μέτρα τόσα ἐν ταῖς προσφοραῖς μόνα, ἐξηγοῦνται ὑμῖν, καὶ ταῦτα ταπεινῶς καὶ χαμερπῶς, τὰ δὲ μεγάλα καὶ ἄξια ζητήσεως μηδέποτε τολμῶσι λέγειν, μηδὲ ἐξηγεῖσθαι, ἢ καὶ ἡμῶν ἐξηγουμένων παραγγέλλουσιν ὑμῖν μηδὲ ὅλως ἐπαΐειν, μηδὲ εἰς κοινωνίαν λόγων ἐλθεῖν, οὐχὶ δικαίως ἀκούσονται ἅπερ πρὸς αὐτοὺς ἔφη ὁ ἡμέτερος Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, Τάφοι κεκονιαμένοι, ἔξωθεν φαινόμενοι ὡραῖοι, καὶ ἔσωθεν γέμοντες ὀστέων νεκρῶν, τὸ ἡδύοσμον ἀποδεκατοῦντες, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες, τυφλοὶ ὁδηγοί; Ἐὰν οὖν μὴ

doctrinas

9, 10. Ἐὰν δὲ ὡς οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν.] Vel delendum eſt ὡς, vel ponitur pro οὕτως, quod haud ſane facile crediderim, vel Juſtinus, aliquantulum progreſſus, oblitus eſt quid paulo ante poſuiſſet.

10, 1, 2, 3. Διὰ τί κάμηλοι μὲν θήλειαι ἐν τῷδε τῷ τόπῳ οὐ λέγονται, ἢ τί εἰσιν αἱ λεγόμεναι κάμηλοι θήλειαι] Langus omittit particulam negativam. fortaſſe recte, ſi ſana ſunt quæ ſequuntur. Sed quid tum ſibi volent hæc? Equidem juxta eum ignariſſimis neſcio, niſi forte reſpicitur Gen. xxxii. 15. ubi maſculinum גמלים conjungitur cum fœminino מיניקות. Quod ſi verum ſit, legendum fortaſſe non θήλειαι, ſed θηλάζουσαι. Sed hoc eſt nugis addere nugas nugaciores. Lectio vulgata quid ſignificare poſſit non video, niſi ſi reſpicitur genus verbi κάμηλος apud LXX. interpretes, quod, ut & apud alios, plerumque fœmininum eſt, in uno autem alterove loco maſculinum, ut ii loci in priore quæſtione intelligantur, in poſteriore reliqui.

15. Μόνα.] Poteſt etiam ante μόνα diſtingui. Sylburgius.

27. Ἀποδεκατοῦντες.] Sylburgius & Langus addunt καὶ διυλίζοντες τὸν κώνωπα.

28 & ſeqq. Ἐὰν οὖν &c.] Jam vero & in iis quæ ſequuntur quandam doctorum legis reprehenſionem habemus, ex ipſius itidem Chriſti verbis ſumptam, ἐὰν οὖν &c. Scimus enim, in eodem ejuſdem evangeliſtæ capite (Matthæi xxiii.) de ſcribis & Phariſæis inter alia & hoc dici, καὶ [φιλοῦσι] καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ῥαββὶ ῥαββί. Neque non animadvertendum eſt, illud ὑψοῦντα ex iis quæ paulo poſt ab evangeliſta referuntur Chriſti verbis tranſlatum eſſe. Nam & hæc paulo poſt habemus, ὅστις δὲ ὑψώσει ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται. H. Stephanus, p. 88, 9.

1. διδαγ-

τῶν διδαγμάτων τῶν ἑαυτοὺς ὑψούντων, καὶ θελόντων Ραββὶ Ραββὶ
340 καλεῖσθαι, καταφρονήσητε, καὶ μετὰ τοιαύτης ἐνστάσεως καὶ νοῦ τοῖς προφητικοῖς λόγοις προσέλθητε, ἵνα τὰς αὐτὰ πάθητε ὑπὸ τῶν ὑμετέρων ἀνθρώπων ἃ καὶ αὐτοὶ οἱ προφῆται ἔπαθον, οὐ δύνασθε ὅλως οὐδὲν ἀπὸ τῶν προφητικῶν ὠφέλιμον λαβεῖν. ὃ δὲ λέγω τοιοῦτόν ἐστιν. Ιησοῦν, ὡς προέφην πολλάκις, Αυσῆν καλούμενον, ἐκεῖνον τὸν μετὰ τοῦ Χαλὲβ κατάσκοπον εἰς τὴν Χαναὰν ἐπὶ τὴν γῆν ἀποσταλέντα, Ιησοῦν Μωσῆς ἐκάλεσε. τοῦτο σὺ οὐ ζητεῖς δι' ἣν αἰτίαν ἐποίησεν, οὐκ ἀπορεῖς, οὐδὲ φιλοπευστεῖς, τοιγαροῦν λέληθέ σε ὁ Χριστὸς, καὶ ἀναγινώσκων οὐ συνίης, οὐδὲ νῦν ἀκούων ὅτι Ιησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς ἡμῶν, συλλογίζῃ οὐκ ἀργῶς οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἐκείνῳ τεθεῖσθαι τοὔνομα. ἀλλὰ διὰ τί μὲν ἓν ἄλφα πρώτῳ προσετέθη τῷ Αβραὰμ ὀνόματι, θεολογεῖς, καὶ διὰ τί ἓν ῥῶ τῷ Σάῤῥας ὀνόματι, ὁμοίως κομπολογεῖς· διὰ τί δὲ τὸ πατρόθεν ὄνομα τῷ Αυσῇ τῷ υἱῷ Ναυῆ ὅλον μετωνόμασται τῷ Ιησοῦ, οὐ ζητεῖς· ὁμοίως ἐπειδὴ οὐ μόνον μετωνομάσθη αὐτοῦ τὸ ὄνομα, ἀλλὰ καὶ διάδοχος γενόμενος Μωσέως, μόνος τῶν ἀπ' Αιγύπτου ἐξελθόντων ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ ὄντων, εἰσήγαγεν εἰς τὴν ἁγίαν γῆν τὸν περιλειφθέντα λαόν· καὶ ὃν τρόπον ἐκεῖνος εἰσήγαγεν εἰς τὴν ἁγίαν γῆν

doctrinas eorum deſpexeritis, qui ſe ipſos efferunt, & Rabbi Rabbi appellari volunt, & ea animi alaeritate & mente ad prophetica acceſſeritis ſcripta, ut eadem perferatis ab hominibus veſtris, quæ & ipſi prophetæ ſunt perpeſſi, nullam prorſus poteritis ex propheticis doctrinis percipere utilitatem. Id quod dico, iſtiuſmodi eſt. Auſen illum, ut ſæpe commemoravi, qui cum Chaleb ſpeculator in terram Chanaan miſſus eſt, Jeſum Moſes nominavit. Hoc ipſum tu, quam ob cauſam fecerit, non quæris, non ambigis, neque ſtudioſe percunctaris. Itaque te fugit Chriſtus, & legens non intelligis: ac ne nunc quidem, cum audis Jeſum noſtrum Chriſtum eſſe, rationem tecum inis ac reputas, non otioſe neque temere illi hoc impoſitum eſſe nomen. Atenim cur primo Abram nomini A unum additum ſit, theologando & quaſi divina tractando diſſeris; & cur pariter R unum Sara appellationi ſit adjectum, oratione ad faſtum comparata enarras: quam vero ob rem a patre ejus inditum nomen, in filio Navæ, totum alio nomine ſit tranſmutatum, non percontaris. Quemadmodum ſimiliter nec illud, quod non modo nomen ejus eſt tranſnominatum, verum etiam quod Moſæ ſucceſſor is cooptatus, ſolus ipſe eorum qui ex Ægypto una profecti ſunt, æqualium ſuorum, populum reliquum in terram ſanctam introduxit. Et quo modo ille populi in terram

1. Διδαγμάτων.] H. Stephanus legit διδασκάλων. Nos lectionem vulgatam minime mutandam cenſemus. Supra p. 214. καταφρονοῦντες τῆς παραδόσεως τῶν ὑμετέρων διδασκάλων.

22 & ſeqq. Διὰ τί μὲν ἓν ἄλφα &c.] V. Philon. περὶ τῶν μετονομαζομένων p. 1053. & ſeqq. & Fabric. Cod. Pſeud. V. T. p. 418, 9.

22, 3. Πρώτῳ προσετέθη τῷ Αβραὰμ ὀνόματι.] F. τοῦ. Sed parum refert, & nihil muto.

29. Αυσῇ.] Neſcio quomodo magis placet αὐτῷ. Sed nihil muto.

31. Μόνος.] V. Joſ. v. 6. & Numer. xiv. 22. & ſeqq. xxvi. 64, 5. & xxxii. 10. & ſeqq. & p. 343.

34 & ſeqq. Ον τρόπον ἐκεῖνος &c.] Tertullianus adv. Marc. III. 16. p. 491. *Quia Jeſus*

 Chriſtus

terram eam, & non Moſes, ductor fuit; & ut ille per ſortem eam illis qui ſecum ſunt ingreſſi, diviſit: ita & Eſ. xlix. 6. Jeſus Chriſtus diſperſionem populi convertet, & diſpertiet terram bonam cuique; non eadem autem vel par erit diviſio. Ille namque temporaneam ipſis tribuit hæreditatem, utpote qui neque Chriſtus Deus eſſet, neque Dei filius: hic autem poſt ſanctam reſurrectionem, poſſeſſionem nobis dabit ſempiternam. Conſiſtere fecit ille ſolem, nomine prius Jeſu transnominatus, cum de ſpiritu quoque ejus accepiſſet fortitudinem. Quod enim Jeſus fuerit, qui Moſæ & Abrahæ & aliis ſanctis patriarchis omnibus apparuit, & cum eis collocutus eſt, voluntati patris adminiſtrans, demonſtravi. Quem etiam, ut homo ex Maria virgine naſceretur, cœlitus veniſſe, & ſemper eſſe, dico. Hic etenim eſt, a quo & cœlum & terram factam ſcimus, & per quem & cœlum & terram pater renovabit. Hic eſt qui in Hieruſalem, ut lux reſplendeat ſempi-

16. Ἕως ᾅδου.] Biblia Romana & codex Alexandrinus ἕως ᾅδου κάτω. Complutenſia & Aldina ἕως ᾅδου κατωτάτου. Juſtinus Apol. I. p. 88. μέχρι τοῦ ᾅδου κάτω. Iſtud κάτω quam facile hic intercidere poſſet, nihil opus eſt dicere.

25. Εἰς λαόν.] Biblia καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν. Juſtinus ſupra p. 382. καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν.

25, 6. Κατασκηνώσουσιν ἐν μέσῳ τῆς γῆς πάσης.] Biblia Romam & Aldina κατασκηνώσουσιν ἐν μέσῳ σου. Complutenſia & Juſtinus ſupra p. 382. κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου.

26, 7. Οὐ μόνον λαός.] Juſtinus infra p. 351. Ἡμεῖς δὲ, λαὸς κεκλῆσθαι ἠξιωμένοι, ὁμοίως ἔθνος ἐσμὲν διὰ τὸ ἀπερίτμητοι εἶναι. V. ad p. 354. ℣. 37. hujus editionis.

28, 9. Καὶ καλέσουσιν.] Biblia & Juſtinus ſupra p. 188. καὶ καλέσει. Hebr. וקראו.

30, 1, 2. Οὐκ εὐκαταφρόνητος δῆμος ἐσμὲν, οὐδὲ βάρβαρον φῦλον, οὐδὲ ὁποῖα Καρῶν ἢ Φρυγῶν ἔθνη.] Sylburgius exiſtimat Juſtinum *alludere ad Homericum illud Il.* B. —Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων. quod veriſi-

Eſai. lxv. 1. gentes: ſed & nos elegit Deus, & manifeſtatus eſt non percunctantibus eum, *En Deus ſum*, inquit, *genti qui non invocaverunt nomen meum.* Hæc enim illa eſt gens quam antiquitus Gen. xii. 1, 2. xvii. 5. Deus promiſit Abraæ, & patrem ipſum fore multarum gentium pollicitus eſt: non Arabum, neque Ægyptiorum, neque Idumæorum dicens: quandoquidem & Iſmael magnæ gentis pater extitit, atque itidem Eſau, & etiam nunc ingens eſt Ammonitarum multitudo. Noe autem & ipſius Abraæ pater fuit, totiuſque adeo generis humani, alii vero aliorum fuere progenitores. Quid ergo amplius præ cæteris, per gratiam, hic Abraæ tribuit Deus? Quod perſimili vocationis verbo ipſum vocavit, exire jubens e terra quam incolebat. Ille vero & nos omnes voce illa vocavit, & exivimus jam ex ea vitæ converſatione,

ἔθνη, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, καὶ ἐμφανὴς ἐγενήθη τοῖς μὴ ἐπερωτῶσιν αὐτὸν, Ἰδοὺ Θεός εἰμι, φησὶ τῷ ἔθνει οἳ οὐκ ἐπεκαλέσαντο τὸ ὄνομά μου. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἐκεῖνο τὸ ἔθνος ὃ πάλαι τῷ Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς ὑπέσχετο, καὶ πατέρα πολλῶν ἐθνῶν θήσειν ἐπηγγείλατο, οὐκ Ἀρράβων, οὐδ' Αἰγυπτίων, οὐδ' Ἰδουμαίων λέγων, ἐπεὶ καὶ Ἰσμαὴλ μεγάλου πατὴρ ἔθνους ἐγένετο, καὶ Ἡσαῦ, καὶ Ἀμανιτῶν ἐστι νῦν πολὺ πλῆθος. Νῶε δὲ καὶ αὐτοῦ Ἀβραὰμ πατὴρ ἦν, καὶ ἁπλῶς παντὸς ἀνθρώπων γένους, ἄλλοι δὲ ἄλλων πρόγονοι. τί οὖν πλέον ἐνθάδε ὁ Χριστὸς χαρίζεται τῷ Ἀβραὰμ, ὅτι διὰ τῆς ὁμοίας κλήσεως φωνῇ ἐκάλεσεν αὐτὸν, εἰπὼν ἐξελθεῖν ἀπὸ τῆς γῆς ἐν ᾗ ᾤκει; καὶ ἡμᾶς δὲ ἅπαντας δι' ἐκείνης τῆς φωνῆς ἐκάλεσε, καὶ ἐξήλθομεν ἤδη ἀπὸ τῆς πολιτείας

verisimilius foret, mea quidem ſententia, ſi Carum ſolorum meminiſſet. quanquam ſi verum ſit quod viri docti affirmant, Phryges peculiari quodam jure & *quaſi proprie* barbaros appellari, illorum adjunctio opinionem Sylburgii non modo non infirmare ſed etiam confirmare & ſtabilire videatur. Verum ut ut ea res ſe habeat, Phryges, cum aliis de cauſis, tum in primis propter bellum Trojanum, quod divino Homeri ingenio nobilitatum non tantum poetis utriuſque linguæ quaſi quoddam fundamentum factum eſt, ſed & in omne genus ſcriptorum ſe inſinuavit, ſæpius, niſi fallor, quam ulla alia gens, exceptis fortaſſe Perſis, iſta appellatione deſignantur. quod ipſum fortaſſe cauſæ eſſe potuit cur eos Caribus hic ſubjunxerit Juſtinus. Veruntamen hæc interpretatio non penitus ſatisfacit, neque repugnarem ſi quis ignobilitatem potius harum gentium reſpici contenderet & ſingularem contemtum quo iſtis temporibus, & diu ante, laborarunt. Ariſtophanes in Avibus ℣. 761. & ſeqq.

Εἰ δὲ τυγχάνει τις ὑμῶν δραπέτης ἐστιγμένος,
Ἀτταγᾶς οὗτος παρ' ἡμῖν ποικίλος κεκλήσεται.
Εἰ δὲ τυγχάνει τις ὢν Φρὺξ μηδὲν ἧττον Σπινθάρου,
Φρυγίλος ὄρνις ἐνθάδ' ἔσται, τοῦ Φιλήμονος γένους.
Εἰ δὲ δοῦλός ἐστι καὶ Κὰρ ὥσπερ Ἐξηκεστίδης,
Φυσάτω πάππους παρ' ἡμῖν, καὶ φανοῦνται φράτερες.

Cicero pro Flacco cap. 27. *Quamobrem quæſo a vobis, Aſiatici teſtes, cum vere recordari voletis quantum auctoritatis in judicium afferatis, voſmetipſi deſcribatis Aſiam; nec quid alienigenæ de vobis loqui ſoleant, ſed quid voſmetipſi de genere veſtro ſtatuatis, memineritis. Namque, ut opinor, Aſia veſtra conſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, Lydia. Utrum igitur noſtrum eſt an veſtrum hoc proverbium, Phrygem plagis fieri ſolere meliorem? Quid de tota Caria? nonne hoc veſtra voce vulgatum eſt, ſi quid cum periculo experiri velis, in Care id potiſſimum eſſe faciendum? Quid porro in Græco ſermone tam tritum atque celebratum eſt, quam, ſi quis deſpicatui ducitur, ut Myſorum ultimus eſſe dicatur? Nam quid ego dicam de Lydia? Quis unquam Græcus comœdiam ſcripſit in qua ſervus primarum partium non Lydus eſſet? Quamobrem quæ vobis ſit injuria ſi ſtatuimus veſtro nobis judicio ſtandum eſſe de vobis?* Tertullianus De anima cap. 20. p. 323. *Vulgata jam res eſt gentilium proprietatum. Comici Phrygas timidos illudunt*, &c. Minime tamen nego, Juſtino, cum hæc ſcriberet, *Homericum illud* ante oculos volitaſſe.

1, 2. Ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐξελέξατο ὁ Θεός.] Deuteron. xiv. 2. Ὅτι λαὸς ἅγιος εἶ Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου, καί σε ἐξελέξατο Κύριος ὁ Θεός σου γενέσθαι σε λαὸν αὐτῷ περιούσιον ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν τῶν ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς.

3, 4, 5. Ἰδοὺ Θεός εἰμι, φησὶ τῷ ἔθνει οἳ οὐκ ἐπεκαλέσαντο τὸ ὄνομά μου.] Caſtigabilem, ut vides, culpam properans admiſit vel librarius vel (quod neutiquam incredibile eſt, nam & in hoc quoque genere, niſi valde fallor, interdum peccant ſcriptores eo multo meliores) Juſtinus ipſe. Nam quod interpretes & editores voluiſſe videntur, ut τῷ ἔθνει referatur ad Θεός εἰμι, paucis, opinor, placebit. Biblia εἶπα, ἰδού εἰμι, τῷ ἔθνει οἳ οὐκ ἐκάλεσάν μου τὸ ὄνομα.

17. Οτι.] F. ὅτι.

18. Ευ[illegible]αίνου

λιτείας ἐν ᾗ ἐζῶμεν, κατὰ τὰ κοινὰ τῶν ἄλλων τῆς γῆς οἰκητόρων κακῶς ζῶντες, καὶ σὺν τῷ Ἀβραὰμ τὴν ἁγίαν κληρονομήσομεν γῆν, εἰς τὸν ἀπέραντον αἰῶνα τὴν κληρονομίαν ληψόμενοι, τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ διὰ τὴν ὁμοίαν πίστιν ὄντες. ὃν γὰρ τρόπον ἐκεῖνος τῇ φωνῇ τοῦ Θεοῦ ἐπίστευσε, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς τῇ φωνῇ τοῦ Θεοῦ, τῇ διά τε τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ
348 λαληθείσῃ πάλιν, καὶ τῇ διὰ τῶν προφητῶν κηρυχθείσῃ ἡμῖν, πιστεύσαντες, μέχρι τοῦ ἀποθνήσκειν πᾶσι τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ ἀπεταξάμεθα. ὁμοιόπιστον οὖν τὸ ἔθνος, καὶ θεοσεβὲς, καὶ δίκαιον, εὐφραῖνον τὸν πατέρα, ὑπισχνεῖται αὐτῷ, ἀλλ' οὐχ ὑμᾶς, οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς. ὁρᾶτε μέντοι ὡς καὶ τῷ Ἰσαὰκ τὰ αὐτὰ, καὶ τῷ Ἰακὼβ, ὑπισχνεῖται. οὕτω γὰρ λέγει τῷ Ἰσαὰκ, Καὶ εὐλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς, τῷ δὲ Ἰακὼβ, Καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου. Οὐκέτι τοῦτο τῷ Ἡσαῦ, οὐδὲ τῷ Ῥουβὶμ, λέγει, οὐδὲ ἄλλῳ τινὶ, ἀλλ' ἐκείνοις ἐξ ὧν ἔμελλεν ἔσεσθαι, κατὰ τὴν οἰκονομίαν τὴν διὰ τῆς παρθένου Μαρίας, ὁ Χριστός. εἴγε δὲ καὶ τὴν εὐλογίαν Ἰούδα καταμάθοις, ἴδοις ἂν ὃ λέγω. μερίζεται γὰρ τὸ σπέρμα ἐξ Ἰακὼβ, καὶ διὰ Ἰούδα, καὶ Φαρὲς, καὶ Ἰεσσαὶ, καὶ Δαβὶδ κατέρχεται. ταῦτα δ' ἦν σύμβολα ὅτι τινὲς τοῦ γένους

versatione, in qua viximus communibus aliorum terræ habitatorum moribus, male vitam agentes: & una cum Abraam jure hæreditario accipiemus terram ſanctam, hæreditatem cernentes in ævum infinitum, quippe qui liberi Abraæ, propter parem fidem, ſumus. Quo namque modo ille voci Dei credidit, & reputatum eſt ei ad juſtitiam: eodem & nos modo voci Dei, qua per apoſtolos Chriſti denuo eſt promulgata, qua per prophetas olim nobis annunciata, credentes, ad mortem uſque rebus mundanis omnibus renunciavimus. Itaque illi promittit ejuſdem fidei erga Deum, & religionis, & juſtitiæ, gentem, quæ lætitia afficiat patrem; & non vos, *in quibus non eſt fides in ipſis.* Videte ſane quomodo & Iſaac & Jacob eadem ſint promiſſa. ita enim dicit ad Iſaac, *Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ*; ad Jacob autem, *Et benedicentur in te omnes tribus terræ, & in ſemine tuo.* Non hoc vel Eſau, vel Ruben, vel alii cuipiam dicit, ſed illis tantum ex quibus, juxta œconomiam & diſpoſitionem quæ divinitus eſt ordinata per virginem Mariam, naſciturus erat Chriſtus. Quod ſi etiam benedictionem Judæ perdiderisceris, quæ dico perſpicies. Dividitur enim ſemen ex Jacob, & per Judam, & Phares, & Jeſſe, & Davidem deducitur. Fuerunt autem hæc ſymbola & notæ, quoſdam generis

Gen. xv. 6.

Deuter. xxxii. 20.

Gen. xxvi. 4.

Gen. xxviii. 14.

18. Εὐφραῖνον τὸν πατέρα.] Proverb. x. 1. & xv. 20. Υἱὸς σοφὸς εὐφραίνει πατέρα.
25, 6. Εὐλογηθήσονται.] Biblia & Juſtinus ſupra p. 262. ἐνευλογηθήσονται.
29, 30. Ἀλλ' ἐκείνοις.] Facili mutatione legas ἀλλ' ἢ ἐκείνοις. Sed v. p. 297. ℣. 10, 1.

generis veſtri Abraæ filios inventum, atque in parte Chriſti cenſum iri: alios autem fore quidem Abraæ filios, ſed ut arenam ad os maris ſitam, infœcundam & infrugiferam, plurimam ſane illam & innumerabilem, minime vero quidquam fructificantem, ſed undam duntaxat bibentem. quod certe & in gente veſtra multitudo ingens facere coarguitur, amaritudinis quidem & impietatis doctrinas combibentes, Dei autem verbum expuentes. Ergo in

Gen. xlix. 10. Juda quoque dicit: *Non deficiet princeps ex Juda, & dux de femore ejus, donec veniant quæ repoſita ſunt ei; & ipſe erit expectatio gentium.* Atque hoc quod non in Judam dictum ſit, ſed in Chriſtum, ſatis apparet. Nam Judam, omnes qui ex gentibus omnibus ſumus, non expectamus, ſed Jeſum, qui & patres veſtros ex Ægypto eduxit. Siquidem ad adventum uſque Chriſti prophetia vaticinans pertinuit: *Donec veniat cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium.* Advenit igitur, ſicuti multis oſtendimus, & rurſum adventurus eſſe ſuper nubibus in

Malach. i. 11, 2. expectatione eſt, Jeſus, cujus nomen vos profanatis, & profanari in toto orbe curatis. Poteram autem, o viri, inquam, adverſus vos decertare de locutione, quam vos interpretando profertis, dictum eſſe aſſeverantes, *Donec veniant quæ repo-*

γένες ὑμῶν εὑρεθήσον) τέκνα Ἀβραάμ, καὶ ἐν μερίδι τοῦ Χριστοῦ διεριστκόμενοι, ἄλλοι δὲ, τέκνα μὲν τοῦ Ἀβραάμ, ὡς ἡ ἄμμος δὲ ἡ ἐπὶ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, ὄντες, ἥτις ἄγονός τε καὶ ἄκαρπος, πολλὴ μὲν καὶ ἀναρίθμητος ὑπάρχουσα, οὐδὲν δὲ ὅλως καρποφοροῦσα, ἀλλὰ μόνον τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης πίνουσα, ὅπερ καὶ τὸ ἐν τῷ γένει ὑμῶν πολὺ πλῆθος ἐλέγχεται, πικρίας μὲν διδάγματα καὶ ἀθεότητος συμπίνοντες, τὸν δὲ τοῦ Θεοῦ λόγον ἀποπτύοντες. Φησὶ γοῦν καὶ ἐν τῷ Ἰούδᾳ, Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. Καὶ τοῦτο ὅτι οὐκ εἰς Ἰούδαν ἐῤῥέθη, ἀλλ' εἰς τὸν Χριστὸν, φαίνεται. καὶ γὰρ Ἰούδαν πάντες οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πάντων οὐ προσδοκῶμεν, ἀλλὰ Ἰησοῦν, τὸν καὶ τοὺς πατέρας ὑμῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγαγόντα. μέχρι γὰρ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ ἡ προφητεία προεκήρυσσεν, Ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. Ἐλήλυθε τοιγαροῦν, ὡς καὶ ἐν πολλοῖς ἀπεδείξαμεν, καὶ προσδοκᾶται πάλιν παρέσεσθαι ἐπάνω τῶν νεφελῶν, Ἰησοῦς, οὗ τὸ ὄνομα βεβηλοῦτε ὑμεῖς, καὶ βεβηλοῦσθαι ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐξεργάζεσθε. δυνατὸν δὲ ἦν μοι, ἔφην, ὦ ἄνδρες, μάχεσθαι πρὸς ὑμᾶς περὶ τῆς λέξεως ἣν ὑμεῖς ἐξηγεῖσθε, λέγοντες εἰρῆσθαι, Ἕως ἂν ἔλθῃ

1, 2, 3. Ευρεθήσον) τέκνα Ἀβραάμ, καὶ ἐν μερίδι τοῦ Χριστοῦ διεριστκόμενοι.] Sunt fortaſſe qui pro διεριστκόμενοι legendum contenderent ἐῤῥιζωμένοι, ex hoc loco Eccleſiaſtici conjecturam capientes, Ἐῤῥίζωσα ἐν λαῷ δεδοξασμένῳ, ἐν μερίδι Κυρίου κληρονομίας αὐτοῦ. xxiv. 12. Quam lectionem etiam ab iis quæ hic ſequuntur mirabilem in modum confirmari verus criticus facile deprehenderet. Iſtud autem διεριστκόμενοι quam nullo negotio profligaret, ſimul admirans tot doctorum hominum patientiam qui tantam ſcabritiem ferre poſſent! Nos nihil hic tanti mali videmus ut tam violento remedio opus ſit.

3 & ſeqq. Τέκνα μὲν τοῦ Ἀβραάμ, ὡς ἡ ἄμμος δὲ &c.] Alludit ad promiſſum Abraamo datum Geneſ. xxii. 17. πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου —— ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης.

1, 2, 3. Ουχ

θη τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, ἐπειδὴ οὐχ
οὕτως ἐξηγήσαντο οἱ ἑβδομήκοντα, ἀλλ',
349 Ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται· ἐπειδὴ
δὲ τὰ ἀκόλουθα μηνύει ὅτι περὶ Χρι-
στοῦ εἴρηται (οὕτω γὰρ ἔχουσι, Καὶ αὐ-
τὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν) οὐ περὶ
τοῦ λεξειδίου συζητῆσαι ὑμῖν ἔρχομαι,
ὅνπερ τρόπον οὐδὲ ἀπὸ τῶν μὴ ὁμο-
λογουμένων ὑφ' ὑμῶν γραφῶν, ὧν καὶ
ἀνιστόρησα, ἀπὸ λόγων Ἱερεμίου τοῦ
προφήτου, καὶ Ἔσδρα, καὶ Δαβίδ,
τὴν ἀπόδειξιν τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ
ποιήσασθαι ἐσπούδασα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν
ὁμολογουμένων μέχρι νῦν ὑφ' ὑμῶν·
ἃ εἰ ἐνενοήκεισαν οἱ διδάσκαλοι ὑ-
μῶν, εὖ ἴστε ὅτι ἀφανῆ ἐπεποιήκει-
σαν, ὡς καὶ τὰ περὶ τὸν θάνατον
Ἡσαΐου, ὃν πρίονι ξυλίνῳ ἐπρίσατε,
μυστή-

repoſita ſunt ei. nam ſeptuaginta illi non ita verterunt: ſed, *Donec veniat cui repoſitum eſt.* Quoniam vero conſequentia, de Chriſto dicta eſſe verba ea, indicant (ſic namque habent, *Et ipſe erit expectatio gentium*) non diſputabo vobiſcum de dictiuncula. ita nimirum ut non ex eis ſcripturæ locis quos ipſi non agnoſcitis, ex ſcriptis videlicet Hieremiæ prophetæ, Eſdræ, & Davidis reciſis argumenta & probationes de Chriſto adducere ſtudui: ſed ex dictis quæ hucuſque recepta fatemini eſſe. Quæ ſi intellexiſſent magiſtri veſtri, credite illos ea expuncturos fuiſſe, ſicuti quoque in eis quæ de cæde Eſaiæ ſcripta erant, fecerunt, quem ſerra lignea diſſecuiſtis: quod & ipſum ſacramentum

1, 2, 3. Ουχ οὕτως ἐξηγήσαντο οἱ ἑβδομήκοντα, ἀλλ', Ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται.] V. Hexapla, & not. Cotelerii ad Conſt. Apoſt. VI. 11. p. 340.

15, 6, 7. Ἃ εἰ ἐνενοήκεισαν οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, εὖ ἴστε ὅτι ἀφανῆ ἐπεποιήκεισαν.] Irenæus III. 24. p. 253. —— *interpretatam vero in Græco ab ipſis Judæis multum ante tempora adventus Domini noſtri, ut nulla relinquatur ſuſpicio ne forte morem nobis gerentes Judæi hæc ita ſint interpretati. Qui quidem ſi cognoviſſent nos futuros, & uſuros his teſtimoniis quæ ſunt ex ſcripturis, nunquam dubitaſſent ipſi ſuas comburere ſcripturas.* Id. III. 27. p. 257. *Qui igitur tranſmutant id quod apud Eſaiam,* Ecce adoleſcentula in ventre concipiet, *& Joſeph filium eum volunt eſſe, illud tranſmutent quod eſt repromiſſionis quod apud David poſitum eſt, ubi promiſit illi Deus de fructu ventris ejus ſuſcitare cornu Chriſti regis. Sed non intellexerunt; cæterum autem hoc quoque auſi fuiſſent demutare.*

17, 8. Ὡς καὶ τὰ περὶ τοῦ θανάτου Ἡσαΐου, ὃν πρίονι ξυλίνῳ ἐπρίσατε.] Eſaiam ſerra conſectum periiſſe tam multi ſunt qui narrant, ut vel nomina eorum, nedum teſtimonia, recitare, & putidum & pene infinitum foret. Neque ſane pauci ſunt qui ſerra lignea ſectum tradunt. Cedrenus p. 110. καὶ τὸν μέγαν Ἡσαΐαν πρίσας ξυλίνῳ πρίονι. Theophylactus ad Heb. xi. 37. Ἐπρίσθησαν] Ὡς Ἡσαΐας ὑπὸ Μανασσῆ, ἐν καὶ ξυλίνῳ πρίονι φασι πριςθῆναι, ἵνα ἀλγεινοτέρα αὐτοῦ εἴη ἡ τιμωρία ἐπὶ πλεῖον κολαζομένου. Primaſius: *SECTI SUNT.*] *Hic pluralis numerus pro ſingulari poſitus eſt; neminem enim legimus ſanctorum in veteri teſtamento ſectum niſi Eſaiam prophetam, quem fecit ſecari ſerra lignea Manaſſes rex, qui filiam ejus habebat in uxorem.* Hieronymus in Eſaiam lib. XV. col. 414. *Judæi & hæc & cætera quæ ſequuntur, vel generaliter de omnibus juſtis arbitrantur intelligi quorum Manaſſes fudit ſanguinem, & implevit Jeruſalem a porta uſque ad portam; vel certe Iſaiam de ſua prophetare morte, quod ſerrandus ſit a Manaſſe ſerra lignea, quæ apud eos certiſſima traditio eſt. unde & noſtrorum plurimi illud quod de paſſione ſanctorum in epiſtola ad Hebræos ponitur,* ſerrati ſunt, *ad Iſaiæ referunt paſſionem.* Pſeudo-Tertullianus lib. III. adverſus Marcionem p. 802.

Quem populus ſectum ligno, ſine labe repertum,
Immeritum, demens crudeli morte peremit.

Alios mitto. Quin & cauſam hujus immaniſſimi ſupplicii nonnulli veterum memorant. Hilarius V. De Trinitate col. 873. *Eſaias enim Deum vidit; & cum ſcriptum ſit,* Deum nemo vidit unquam, niſi unigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit, *Deum tamen propheta vidit, & gloriam ejus uſque ad invidiam propheticæ dignitatis adſpexit. nam in judicium mortis ob hanc cauſam a Judæis actus eſt.* Iſidorus de vit. ſanctorum p. 362, 3. *Quem* (Eſaiam) *Manaſſes extenſum a vertice per medium ſecuit, atrocique ſupplicio excruciatum extinxit. Tradunt autem Hebræi, duabus ex cauſis interfectum fuiſſe Eſaiam; una, quod eos appellavit* principes Sodomorum, & populum Gomorrhæ; *altera, quod, teſtante Domino ad Moyſen,* Non poteris videre faciem meam, *iſte auſus eſt exclamare,* Vidi Dominum ſedentem ſuper thronum excelſum. *Non arbitrantes cæcitati mentis Judæi, quod in ſequentibus faciem & pedes Dei, ſeraphin texiſſe narraverat, ac media tantum ejus vidiſſe* (f. *vidiſſe ſe*) *ſcribat.* Hieronymus (quem Iſidorus compilavit) lib. I. Comment. in Eſaiam col. 14. *Aiunt Hebræi, ob duas cauſas interfectum Iſaiam; quod* principes

cramentum eſt, Chriſtum bifariam genus veſtrum conciſurum eſſe, atque alios quidem, dignos videlicet, pro eo atque dixit, una cum ſanctis patriarchis & vatibus, regno æterno dignaturum; alios autem, una cum immorigeris itidem & pœnitentiæ neſciis ex gentibus omnibus, ad condemnationem ignis inextinguibilis Matth. viii. 11, 2. miſſurum. *Venient enim* (ait) *ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraam, & Iſaac, & Jacob in regno cœlorum: filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores.* Atque iſta, inquam, quod nihil

μυστήριον καὶ αὐτὸ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ τέμνειν ὑμῶν τὸ γένος διχῇ μέλλοντος, καὶ τοὺς μὲν ἀξίως σὺν τοῖς ἁγίοις πατριάρχαις καὶ προφήταις τῆς αἰωνίου βασιλείας καταξιῶν μέλλοντος, τοὺς δὲ, ἐπὶ τὴν κατάδικον τοῦ ἀσβέστου πυρὸς, σὺν τοῖς ὁμοίοις ἀπειθέσι καὶ ἀμεταθέτοις ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν, πέμψειν ἤδη φήσαντος. Ἥξουσι γὰρ, εἶπεν, ἀπὸ δυσμῶν, καὶ ἀνατολῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. Καὶ ταῦτα εἶπεν, ὅτι οὐδὲν

principes Sodomorum & populum Gomorræ *eos appellaverit, & quod, Domino dicente ad Moſea,* Non poteris videre faciem meam, *iſte auſus ſit dicere,* Vidi Dominum ſedentem ſuper thronum excelſum & elevatum; *non conſiderantes quod faciem & pedes Dei (ſive ſuos, quia in Hebræo ambigue legitur) ſeraphim texerint, & media tantum ejus Iſaias vidiſſe ſe ſcribat.* Origenes Homil. I. in Eſaiam p. 637. *Cur non dicamus in præſenti traditionem quandam Judæorum, veriſimilem quidem, nec tamen veram, & ſolutionem ejus quare non inveniamus? Aiunt ideo Eſaiam eſſe ſectum a populo quaſi legem prævaricantem, & extra ſcripturas annunciantem. Scriptura enim dicit,* Nemo videbit faciem meam & vivet: *iſte vero ait,* Vidi dominum ſabaoth. *Moyſes (aiunt) non vidit, & tu vidiſti? Et propter hoc eum ſecuerunt, & condemnaverunt eum ut impium. Non enim ſciebant quia duabus alis velaverant faciem Dei ſeraphim.* Extat hæc *traditio* in Talmude libr. יבמות cap. החולץ fol. 49. 2. תני שמעון בן עזאי אומר מצאתי במגלת יוחסין בירושלם וכתוב בה——מנשה הרג את ישעיה: אמר רבא מידן דייניה וקטליה א"ל משה רבך אמר כי לא יראני האדם וחי ואת אמרת ואראה את ה' יושב על כסא רם ונשא משה רבך אמר מי כה' אלקינו בכל קראנו אליו ואת אמרת דרשו ה' בהמצאו משה רבך אמר את מספר ימיך אמלא ואת אמרת והוספתי על ימיך חמש עשרה שנה אמר ישעיה ידענא ביה דלא מקבל מה דאימא ליה ואי אימא ליה לשויה מזיד אמר שם איבלע בארזא אתיוה לארזא ונסרו כי מטא להדי פומא נח נפשיה: משום דאמר ובתוך עם טמא שפתים אנכי יושב : Quod autem hic de cedro dicitur, movet mihi ſuſpicionem, Chriſtianum aliquem hujus ferræ ligneæ fabrum fuiſſe, qui cum audiret Judæos ſua lingua narrantes Eſaiam ſerra lignaria ſectum fuiſſe, verbo quo uſus ſerræ deſignaretur, materiam ejus ſignificari exiſtimarit. Nam ſi lignea ferra ſectus eſſet, unde habere potuerunt Rabbini anſam hujus fabulæ confingendæ? Vehementer auget & confirmat hanc ſuſpicionem quod narrat Gregorius Abul-Pharajius p. 43. verſionis Cl. Pocockii, ſcilicet, *inter binos aſſeres colligatum,* ita *ferra diſſectum fuiſſe.* Nam illa fabula ex hac hiſtoria facillime oriri potuit, ex altera, ut modo dixi, nullo modo potuit. Sed valde obſtat teſtimonium Hieronymi (nam cæteros nihil moror) haud facile elevandum. quod tamen infirmari poſſe non prorſus diffiderem ſi compertum haberem nihil aliud obſtare. Sed quoniam fieri poteſt ut in libris Judæorum idem dicatur, quod totum hoc commentum peſſundaret, omitto hariolari, & revertor ad rem. haudquaquam enim prætereundus eſt inſignis locus Origenis in epiſtola ad Africanum de hiſtoria Suſannæ p. 231, 2. Ἀλλ' εἰκὸς (inquit) πρὸς ταῦτά σε ζητῆσαι, τί δήποτε οὐ φέρεται παρ' αὐτοῖς ἐν τῷ Δανιὴλ ἡ ἱστορία, εἰ, ὡς φῄς, τοιαῦτα περὶ αὐτῆς οἱ σοφοὶ αὐτῶν παραδεδώκασι; Λεκτέον δὲ πρὸς ταῦτα, ὅτι ὅσα δεδύνηται τῆς περιεχούσης κατηγορίας πρεσβυτέρων, καὶ ἀρχόντων, καὶ κριτῶν, περιεῖλον ἀπὸ τῆς γνώσεως τοῦ λαοῦ, ὧν τινα σώζεται ἐν ἀποκρύφοις. καὶ τούτου παράδειγμα δώσομεν τὰ περὶ τὸν Ἡσαΐαν ἱστορούμενα, καὶ ὑπὸ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς μαρτυρούμενα, ἐν οὐδενὶ τῶν φανερῶν βιβλίων γεγραμμένα. περὶ γὰρ τῶν προφητῶν διεξερχόμενος, καὶ ὧν πεπόνθασιν, ὁ τὴν πρὸς Ἑβραίους γράψας, φησίν· Ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. πευσόμεθα γὰρ ἐπὶ τίνα ἀναφέρεται τὸ, ἐπρίσθησαν, κατά τι ἔθος ἀρχαῖον, οὐ μόνον Ἑβραϊκὸν ἀλλὰ καὶ Ἑλληνικόν, πληθυντικῶς λεγόμενον περὶ ἑνός. σαφὲς διότι αἱ παραδόσεις λέγουσι πεπρίσθαι Ἡσαΐαν τὸν προφήτην, καὶ ἔν τινι ἀποκρύφῳ τοῦτο φέρεται· ὅπερ τάχα ἐπίτηδες ὑπὸ Ἰουδαίων ῥεραδιούργηται, λέξεις τινὰς τὰς μὴ πρεπούσας παρεμβεβληκότων τῇ γραφῇ, ἵν' ἡ ὅλη ἀπιστηθῇ. Idem Comment. in Matth. p. 225. Καὶ Ἡσαΐας δὲ πεπρίσθαι ὑπὸ τοῦ λαοῦ ἱστόρηται. εἰ δέ τις οὐ προσίεται τὴν ἱστορίαν διὰ τὸ ἐν τῷ ἀποκρύφῳ Ἡσαΐᾳ αὐτὴν φέρεσθαι, πιστευσάτω τοῖς ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους οὕτω γεγραμμένοις, Ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν. τὸ γὰρ ἐπρίσθησαν, ἐπὶ τὸν Ἡσαΐαν ἀναφέρεται.

7. Ὁμοίοις.] Adverbialiter quoque legi poteſt ὁμοίως. SYLBURGIUS.

15 & ſeqq. Καὶ ταῦτα εἶπεν, ὅτι οὐδὲν οὐδενὸς φροντίζων ἢ τοῦ τἀληθὲς λέγειν, λέγοιμι, οὐδένα δυσωπήσεσθαι μέλλων, κἂν δέῃ παραυτίκα ὑφ' ὑμῶν μελισθῆναι.] Sylburgius: Εἶπον pro vulg. εἶπεν legit etiam Perionius.

οὐδὲν οὐδενὸς φροντίζων ἢ τοῦ τἀληθὲς λέγειν, λέγοιμι, οὐδένα δυσωπήσεσθαι μέλλων, κἂν δέῃ παραυτίκα ὑφ᾽ ὑμῶν μελισθῆναι. οὐδὲ γὰρ ἀπὸ γένους τοῦ ἐμοῦ, λέγω δὲ τῶν Σαμαρέων, τινὸς φροντίδα ποιούμενος, ἐγγράφως Καίσαρι προσομιλῶν, εἶπον πλανᾶσθαι αὐτοὺς πειθομένους τῷ ἐν τῷ γένει αὐτῶν μάγῳ Σίμωνι, ὃν Θεὸν ὑπὲρ ἄνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως εἶναι λέγουσι. Καὶ ἡσυχίαν ἀγόντων αὐτῶν, ἔφερον, Διὰ Δαβὶδ περὶ τούτου λέγων τοῦ Χριστοῦ, ὦ φίλοι, οὐκέτι ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ εἶπεν εὐλογηθήσεσθαι τὰ ἔθνη, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ. οὕτω δὲ ἐκεῖ ἐστὶ, Τὸ ὄνομα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἀνατελεῖ· καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη. Εἰ δὲ ἐν τῷ Χριστῷ εὐλογεῖται τὰ ἔθνη πάντα, καὶ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν ἐπὶ τοῦτον πιστεύομεν· καὶ αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ ἡμεῖς οἱ δι᾽ αὐτοῦ εὐλογημένοι. τὸν μὲν ἥλιον ὁ Θεὸς ἐδεδώκει πρότερον εἰς τὸ προσκυνεῖν αὐτὸν, ὡς γέγραπται, καὶ οὐδένα οὐδέποτε ἰδεῖν ἐστὶν ὑπομείναντα διὰ τὴν πρὸς τὸν ἥλιον πίστιν ἀποθανεῖν·

nihil omnino, præterquam ut vera loquar, curem, dico: neminem prorſus veriturus, quamvis e veſtigio in partes a vobis diſcerpar. Neque enim curam aut rationem aliquam popularium etiam meorum (Samaritanorum dico) habui, ſcripto Cæſarem compellans: cum impoſturis ſeduci eos in errorem affirmarem, qui Simoni gentis ſuæ mago parerent, quem Deum eſſe ſupra principatum, & poteſtatem, & virtutem omnem dicunt. Atque illis quietis, intuli: Per Davidem, o amici, de Chriſto hoc agens, non *in ſemine ejus* dixit benedictum iri gentes, verum
in ipſo. Sic enim ibi eſt: *Nomen ejus* Pſ.lxxi.17.
in ſeculum; ſuper ſolem exorietur: & benedicentur in eo omnes gentes. Porro ſi in Chriſto benedicentur omnes gentes, & ex gentibus omnibus in hunc credimus; ſimul ipſe Chriſtus eſt, ſimul nos per eum benedicti. Solem quidem Deus permi-
ſit prius adorari, quemadmodum Deut.iv.19.
ſcriptum eſt: verum nunquam quenquam videre fuit, qui propter fidem in ſolem, mortem ſubiiſſet.

rionius. ſed haud ſcio an verius participium εἰπὼν, & mox ἔτι pro ὅτι. ut ſenſus ſit; Et hæc cum dixi, propterea dicta velim, quia nullam amplius cujuſquam rei curam ago quam ut verum dicam. Qui ſenſus aut nullus eſt, aut certe admodum prope a nullo. Fortaſſe legendum, Καὶ ταῦτα δὲ εἶπον, ἅτε οὐδὲν οὐδενὸς φροντίζων, vel ὅτι οὐδὲν οὐδενὸς φροντίζω, &c. vel, Καὶ ταῦτα, εἶπον, ἅτε οὐδὲν οὐδενὸς φροντίζων (aut ὅτι —— φροντίζω) ἢ τοῦ τἀληθὲς λέγειν, &c.

7. Ἐγγράφως Καίσαρι προσομιλῶν.] Apol. I. p. 38, 9, 40, 1.

12, 3. Ἔφερον.] Rectius forſan ἐπέφερον, ut infra 356. 24. SYLBURGIUS.

13, 4. Διὰ Δαβὶδ περὶ τούτου λέγων τοῦ Χριστοῦ.] Langus vertit, *David, de Chriſto hoc agens*, neque rationem ullam habet vocis διὰ, quam minime prætermiſſam oportuit. Neque erat quod de conſtructione metueret. ſubaudiendum enim Θεός. Nimirum hoc eſt quod vult Juſtinus, Deum, quem ſupra p.393. Iſaaco & Jacobo dixiſſe narraverat in illorum ſemine omnes gentes terræ fore benedictas, per Davidem de Chriſto loquentem non jam ut ante, οὐκ ἔτι, in ſemine ejus, ſed in ipſo gentes benedictum iri dicere.

17. Τὸ ὄνομα αὐτοῦ.] Biblia Complutenſia & Aldina & Juſtinus ſupra p. 205 Ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἔσται poſt ἐστὶ facile intercidere potuit. Sed neque minus veriſimile eſt a Juſtino neglectum eſſe.

17, 8. Εἰς τὸν αἰῶνα.] Biblia & Juſtinus p. 205. εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. Theodoritus in loc. Τὸ εὐλογημένον παρ᾽ οὐδενὶ κεῖται, οὔτε ἐν τῷ Ἑξαπλῷ, οὔτε παρ᾽ Ἑβραίοις.

18. Ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἀνατελεῖ.] Biblia & Juſtinus p. 205. & 275. πρὸ τοῦ ἡλίου διαμενεῖ (vel διαμενοῦ) τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Hebr. לפני שמש ינון שמו.

18, 9, 20. Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη.] Biblia Complutenſia & Aldina & Juſtinus p. 205, 6. & 275. καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. Biblia Romana καὶ εὐλογηθήσονται &c.

ſet. Propter nomen autem Jeſu, ex omni hominum genere & ſuſtinuiſſe & ſuſtinere ſupplicia potius omnia, quam ut eum negent, cernere licet. Ardentius namque ejus eſt, veritatis videlicet & ſapientiæ, verbum & lucidius multo quam ſolis virtutes, & in receſſus cordis arque mentis pene-
Pſ. lxxi. 17. trat. unde & dictum eſt: *Super ſolem exorietur nomen ejus.* & item,
Zach. vi. 12. *Oriens nomen ejus*, Zacharias effert.
Zach. xii. 10. 12. & de eodem loquens, ait: *Plangent tribus ſecundum tribum.* Verum enimvero ſi in ignominioſo, & deformi, & abjecto priore adventu ſuo tantopere reſplenduit, & virtute valuit, ut in nulla gente ignoretur, ſed ex omni genere homines a veteris vitæ conſuetudine reſipiſcentes pœnitentiam agant; & dæmonia nomini ejus ſubjecta ſint, ac principatus omnes & regna nomen idipſum ſupra defunctos omnes metuant: modis eos omnibus in glorioſo adventu ſuo excindet omnes, qui odio perſecuti ſunt eum, quique inique deſciverunt ab eo; ſuos autem in requie collocabit, reddens illis quæ expectaverunt omnia. Nobis equidem datum eſt, ut cum audiamus, & intelligamus, & ſalvemur per Chriſtum hunc, & res patris noſcamus omnes. propterea

θανεῖν· διὰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ, ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων καὶ ὑπομείναντας καὶ ὑπομένοντας πάντα πάσχειν 350 ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀρνήσασθαι αὐτὸν, ἰδεῖν ἐστι. πυρωδέστερος γὰρ αὐτοῦ ὁ τῆς ἀληθείας καὶ σοφίας λόγος καὶ φωτεινότερος μᾶλλον τῶν ἡλίου δυνάμεών ἐστι, καὶ εἰς τὰ βάθη τῆς καρδίας καὶ τοῦ νοῦ εἰσδυνών· ὅθεν καὶ ὁ λόγος ἔφη, Ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἀνατελεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ· καὶ πάλιν, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ, Ζαχαρίας φησὶ, καὶ περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγων εἶπεν ὅτι Ὄψονται φυλὴ κατὰ φυλήν. Εἰ δὲ ἐν τῇ ἀτίμῳ καὶ ἀειδεῖ καὶ ἐξουθενημένῃ πρώτῃ παρουσίᾳ αὐτοῦ τοσοῦτον ἔλαμψε καὶ ἴσχυσεν, ὡς ἐν μηδενὶ γένει ἀγνοεῖσθαι αὐτὸν, καὶ ἀπὸ παντὸς μετάνοιαν πεποιῆσθαι ἀπὸ τῆς παλαιᾶς κακῆς ἑκάστου γένους πολιτείας, ὥστε καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεσθαι αὐτοῦ τῷ ὀνόματι, καὶ πάσας τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς βασιλείας τοῦτο τὸ ὄνομα παρὰ πάντας τοὺς ἀποθανόντας δεδοικέναι, ὡς ἐκ παντὸς τρόπου ἐν τῇ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ καταλύσει πάντας τοὺς μισήσαντας αὐτὸν, καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀδίκως ἀποστάντας, τοὺς δὲ ἰδίους ἀναπαύσει, ἀποδιδοὺς αὐτοῖς τὰ προσδοκώμενα πάντα. ἡμῖν οὖν ἐδόθη καὶ ἀκοῦσαι, καὶ συνεῖναι, καὶ σωθῆναι διὰ τούτου τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ τοῦ πατρὸς ἐπιγνῶναι πάντα· διὰ τοῦτο

20. Ὥστε.] Rectius hic fortaſſe ὥς τε.

24—27. Οὐκ ἐκ παντὸς τρόπου ἐν τῇ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ καταλύσει πάντας τοὺς μισήσαντας αὐτόν.] “Quod ſi tanta in inhonorato adventu vis e-“jus & poteſtas fuit” ——— Quid tum poſtea? Quid ſequitur? Nihil omnium rerum profecto, uti nunc hic locus legitur. Scribe, una tantum litera mutata, οὐκ ἐκ παντὸς τρόπου ——; vel πῶς οὐκ &c. Quin & ſupra ℣. 14, ſi recte Langus & Perionius & Sylburgius ex Zacharia pro ὄψονται legunt κόψονται, pro εἰ δὲ legendum videatur εἰ γάρ. ut hæc totius loci ſententia & connexio ſit. Κόψονται φυλὴ κατὰ φυλήν. (ἐν τῇ δευτέρᾳ δηλονότι αὐτοῦ παρουσίᾳ.) εἰ γὰρ ἐν τῇ ἀτίμῳ πρώτῃ παρουσίᾳ αὐτοῦ τοσοῦτον ἴσχυσε —— πῶς οὐκ ἐν τῇ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ καταλύσει πάντας τοὺς μισήσαντας αὐτόν; Sed nihil mutamus præter vocabulum ὥς.

26,7. Τοὺς μισήσαντας αὐτὸν, καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀδίκως ἀποστάντας.] F. τοὺς ἀδίκως μισήσαντας αὐτὸν, καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀποστάντας. Apol. I. p. 3. ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων, ἀδίκως μισουμένων. p. 20. τοὺς ἀδίκως μισοῦντας. p. 31. τί γὰρ πάντας ἀδίκως μισούμεθα; p. 69. πᾶσι τοῖς ἀδίκως ἐχθραίνουσιν. p. 8. τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον. Sed nihil muto.

4. Τὰς

τοῦτ' ἔλεξε πρὸς αὐτὸν, Μέγα σοι ἐστὶ τοῦ κληθῆναί σε παῖδά μου, τοῦ στῆσαι τὰς φυλὰς τοῦ Ιακὼβ, καὶ τὰς διασπορὰς τοῦ Ισραὴλ ἐπιστρέψαι· τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν αὐτῶν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Ταῦτα ὑμεῖς μὲν εἰς τὸν γηόραν καὶ τοὺς προσηλύτους εἰρῆσθαι νομίζετε, τῷ ὄντι δὲ εἰς ἡμᾶς εἴρηται, τοὺς διὰ Ιησοῦ πεφωτισμένους. ἢ γὰρ ἂν κἀκείνοις ἐμαρτύρει ὁ Χριστός· νῦν δὲ διπλότερον υἱοὶ γεέννης, ὡς αὐτὸς εἶπε, γίνεσθε. οὐ πρὸς ἐκείνους οὖν οὐδὲ τὰ διὰ τῶν προφητῶν εἰρημένα λέλεκται, ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς, περὶ ὧν ὁ λόγος λέγει, Ἄξω ἐν ὁδῷ τυφλοὺς ἣν οὐκ ἔγνωσαν, καὶ τρίβους οὓς οὐκ ᾔδεισαν πατήσουσι. κἀγὼ μάρτυς, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ ὁ παῖς μου ὃν ἐξελεξάμην. Τίσιν οὖν μαρτυρεῖ ὁ Χριστός; δῆλον ὡς τοῖς πεπιστευκόσιν. Οἱ δὲ προσήλυτοι οὐ μόνον οὐ πιστεύουσιν, ἀλλὰ διπλότερον ὑμῶν βλασφημοῦσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἡμᾶς τοὺς εἰς ἐκεῖνον πιστεύοντας καὶ φονεύειν καὶ αἰκίζειν βούλονται· κατὰ πάντα γὰρ ὑμῖν ἐξομοιοῦσθαι σπεύδουσι. καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις βοᾷ, Ἐγὼ Κύριος ἐκάλεσά σε τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ

terea ad eum dixit: *Magnum eſt ti-* Eſai. xlix. 6.
bi ut vocere ſervus (ſeu puer) meus, ut conſtituas tribus Jacob, & diſperſiones Iſraelis convertas. Poſui te in lucem gentium, ut ſis ſalus earum uſque ad extremum terræ. Hæc vos quidem in Gcioram, & proſelytos veſtros dicta eſſe arbitramini: re autem vera de nobis ſunt promulgata, per Jeſum illuſtratis. Alioquin & illis teſtimonium perhibuiſſet Chriſtus: nunc autem duplicato gehennæ filii eſtis, quemadmodum ipſe dixit. Matth. xxiii. 15.
Proinde non ad illos etiam quæ a prophetis ſunt commemorata, ſed ad nos, dicta ſunt, de quibus verbum ait: *Ducam in* Eſai. xlii. 16. xliii. 10.
via cæcos, quam neſciunt: & ſemitas quas ignoraverunt, ambulabunt. Et ego teſtis, dicit Dominus, & ſervus meus quem elegi. Quibus ergo teſtimonium perhibet Deus? Certe fidelibus. Proſelyti autem veſtri non modo fideles non ſunt, ſed duplo magis quam vos blaſphemiis & maledictis proſcindunt nomen ejus, ac nos in eum credentes & occidere & tormentis excruciare volunt. in omnibus enim rebus vobis exæquari contendunt. Ac rurſus aliis verbis vociferatur: *Ego Dominus vocavi te in juſtitia, &* Eſ. xlii. 6, 7.
appre-

4. Τὰς διασπορὰς τοῦ Ισραήλ.] Biblia τὴν διασπορὰν τοῦ Ισραήλ. Hebr. נצורי ישראל.

5. Τέθεικά σε.] Biblia Romana & Aldina & Curterii codex ἰδοὺ δέδωκά σε. Biblia Complutenſia & codex Alexandrinus & Cyrillus & Origenes Comment. in Joan. p. 22. & S. Barnabas cap. XIV. ἰδοὺ τέθεικά σε. Hieronymus, *ecce poſui te* Tertullianus, *poſui te.* Hebr. ואתנך.

Ib Εἰς φῶς ἐθνῶν.] Biblia & codex Curterii & Theodoritus εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν. Hieronymus quoque, *in teſtamentum generis, in lucem gentium.* Codex Alexandrinus & S. Barnabas & Origenes & Cyrillus & Tertullianus & biblia Hebraica ut Juſtinus. Act. xiii. 47. Τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν. Eſ. xlii. 6. Ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν.

6. Σωτηρίαν αὐτῶν.] Biblia non habent αὐτῶν.

12, 13. Νῦν δὲ διπλότερον υἱοὶ γεέννης, ὡς αὐτὸς εἶπε, γίνεσθε.] H. Stephanus Annot. in Juſtin. p. 88. legendum conjicit, νῦν δὲ διπλότερον υἱοὺς γεέννης, ὡς αὐτὸς εἶπε, γίνεσθε ποιεῖτε. F. legendum γίνονται.

16, 7. Ἄξω ἐν ὁδῷ τυφλοὺς ἣν οὐκ ἔγνωσαν.] Biblia ἄξω τυφλοὺς ἐν ὁδῷ ᾗ οὐκ ἔγνωσαν.

17. Οὓς.] Ita eſt in codice MS. & in codice Alexandrino LXX. interpretum, librariorum, ut opinor, vel inſcitia vel incuria.

18. Πατήσουσι.] Biblia πατῆσαι ποιήσω αὐτούς.

28, 9. Κύριος.] Biblia & Juſtinus p. 187. & 278. Κύριος ὁ Θεός.

29. Τῇ δικαιοσύνῃ.] Biblia & Juſtinus p. 187. & 278. ἐν δικαιοσύνῃ.

2. Θήσω.]

apprehendam manum tuam, & fortem reddam te, & diſponam te in teſtamentum generis, in lucem gentium: ut aperias oculos cæcorum, educas ex vinculis compeditos. Sane quidem & hæc, o viri, ad Chriſtum & de gentibus illuminatis dicta ſunt. an vero vos rurſus dicetis, De lege hæc & de proſelytis loquitur?

Et tanquam in theatro eorum nonnulli qui altero advenerant die, exclamarunt: Quid? Non ad legem & ab ea illuſtratos verba facit? hi autem ſunt proſelyti. Minime, inquam, ad Tryphonem reſpiciens; nam ſi lex potuiſſet gentes, & eos qui illam habent, illuminare, quid opus fuiſſet novo teſtamento? Siquidem novum teſtamentum, legemque & juſſionem æternam Deus ſe miſſurum ſeſſe prænunciavit: proinde non veterem legem & proſelytos ejus accipiemus, ſed Chriſtum & proſelytos ejus, nos ex gentibus quos

Eſai. xlix. 8. illuſtravit: prout alicubi ait: *Sic dicit Dominus, Tempore accepto exaudivi te, & in die ſalutis opem tuli tibi: & dedi te in teſtamentum gentium, ut conſtitueres terram, & hæreditatis jure poſſideres loca deſerta.* Quænam eſt hæreditas Chriſti? nonne gentes? Quod teſtamentum Dei? nonne Chriſtus? Sicut & alibi

Pſ. ii. 7, 8. dixit: *Filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.*

κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἰσχύσω σε, 351
καὶ θήσω σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους. Επεὶ καὶ ταῦτα, ὦ ἄνδρες, πρὸς τὸν Χριστὸν, καὶ περὶ τῶν ἐθνῶν τῶν πεφωτισμένων, εἴρηται· ἢ πάλιν ὑμεῖς ἐρεῖτε, Πρὸς τὸν νόμον λέγει, καὶ τοὺς προσηλύτους, ταῦτα;

Καὶ ὥσπερ ἐν θεάτρῳ ἀνέκραγόν τινες τῶν τῇ δευτέρᾳ ἀφιγμένων, Αλλὰ τί· οὐ πρὸς τὸν νόμον λέγει, καὶ τοὺς φωτιζομένους ὑπ' αὐτοῦ; οὗτοι δέ εἰσιν οἱ προσήλυτοι. Ουκ, ἔφην, ἀπιδὼν πρὸς τὸν Τρύφωνα, ἐπεὶ εἰ νόμος εἶχε τὸ φωτίζειν τὰ ἔθνη, καὶ τοὺς ἔχοντας αὐτὸν, τίς χρεία καινῆς διαθήκης; ἐπειδὴ καινὴν διαθήκην, καὶ νόμον αἰώνιον, καὶ πρόσταγμα ὁ Θεὸς προεκήρυσσε πέμψειν, οὐχὶ τὸν παλαιὸν νόμον ἀκουσόμεθα, καὶ τοὺς προσηλύτους αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸν Χριστὸν, καὶ τοὺς προσηλύτους αὐτοῦ, ἡμᾶς τὰ ἔθνη, οὓς ἐφώτισεν, ὥς πού φησιν, Οὕτω λέγει Κύριος, καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην ἐθνῶν, τοῦ καταστῆσαι τὴν γῆν, καὶ κληρονομίαν κληρονομῆσαι ἐρήμους. Τίς οὖν ἡ κληρονομία τοῦ Χριστοῦ; οὐχὶ τὰ ἔθνη; τίς ἡ διαθήκη τοῦ Θεοῦ; οὐχ ὁ Χριστός; ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησὶν, Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς.

2. Θήσω.] Biblia & Juſtinus p. 188. & 278. ἔδωκα.

18. Επειδή.] Lego ἐπεὶ δέ. Επεὶ εἰ νόμος εἶχε τὸ φωτίζειν —— τίς χρεία τῆς καινῆς διαθήκης; ἐπεὶ δὲ καινὴν διαθήκην —— προεκήρυσσε πέμψειν, οὐχὶ τὸν παλαιὸν νόμον ἀκουσόμεθα &c.

27. Εβοήθησά σοι.] Sequitur in bibliis καὶ ἔπλασά σε. quæ verba etiam in codice Alexandrino omittuntur, & apud Cyrillum, & Clementem Alexandrinum p. 762. ſive caſu, quod mihi ſatis perſuaſum eſt, ſive, quod multi magis credent, pia fraude.

29. Κληρονομίαν κληρονομῆσαι ἐρήμους.] Biblia κληρονομῆσαι κληρονομίας ἐρήμους.

γῆς. Ὡς οὖν πάντα ταῦτα εἴρηται πρὸς τὸν Χριστὸν καὶ τὰ ἔθνη, οὕτως κἀκεῖνα εἰρῆσθαι νομίζετε. οὐδὲν γὰρ χρῄζουσιν οἱ προσήλυτοι διαθήκης, εἰ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς περιτεμνομένοις κειμένου νόμου, περὶ ἐκείνων οὕτως ἡ γραφὴ λέγει, Καὶ προστεθήσεται καὶ ὁ γηόρας πρὸς αὐτοὺς, καὶ προστεθήσεται πρὸς τὸν οἶκον Ἰακώβ. Καὶ ὅτι μὲν προσήλυτος ὁ περιτεμνόμενος, εἰ τῷ λαῷ προσκεχωρηκέναι ἐστὶν ὡς αὐτόχθων, ἡμεῖς δὲ λαὸς κεκλῆσθαι ἠξιωμένοι, ὁμοίως ἔθνος ἐσμὲν διὰ τὸ ἀπερίτμητοι εἶναι. πρὸς δὲ καὶ γελοῖόν ἐστιν ἡγεῖσθαι ὑμᾶς τῶν μὲν προσηλύτων αὐτῶν ἀνεῷχθαι τὰ ὄμματα, ἡμῶν δὲ οὔ· καὶ ἡμᾶς μὲν ἀκούειν τυφλοὺς, καὶ κωφούς· ἐκείνους δὲ, πεφωτισμένους. καὶ ὅτι γελοιότερον ἀποβήσεται ὑμῖν τὸ πρᾶγμα, εἰ τὸν νόμον τοῖς ἔθνεσι δεδόσθαι φήσετε, ὑμεῖς οὔτε ἐκεῖνον τὸν νόμον ἔγνωτε. ηὐλαβεῖσθε γὰρ ἂν τὴν τοῦ Θεοῦ ὀργὴν, καὶ υἱοὶ ἄνομοι καὶ ῥεμβόμενοι οὐκ ἂν ἦτε, δυσωπούμενοι ἀκούειν ἑκάστοτε λέ-
352 γοντος αὐτοῦ, Υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς, καὶ, Τίς τυφλὸς, ἀλλ' ἢ οἱ παῖδές μου; καὶ κωφὸς, ἀλλ' ἢ οἱ κυριεύοντες αὐτῶν; καὶ ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ. Εἰ δέ γε πολλάκις καὶ οὐκ ἐφυλάξασθε ἀνεῳγμένα τὰ ὦτα ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠκούσατε εἰ καλὸς ὑμῶν ὁ ἔπαινος τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεοῦ μαρτυρία δούλοις πρέπουσα.

terræ. Sicut igitur omnia hæc ad Chriſtum & gentes dicta ſunt, ſic & illa dicta eſſe putate. Nam proſelyti veſtri nihil indigent teſtamento, ſi una eademque omnibus circumciſis lege propoſita, de illis ita ſcriptura loquitur: *Et apponetur etiam Geioras ad ipſos, & apponetur ad domum Jacob.* (Eſai. xiv. 1.) Proſelytus certe circumciſus ſi ad populum acceſſerit, perinde eſt atque indigena: nos autem qui digni habiti ſumus ut populus vocaremur, gens nihilominus ſumus, propterea quod circumciſi non ſimus. Ad hæc ridiculum quoque eſt in ea vos eſſe opinione, proſelytorum quidem ipſorum apertos eſſe oculos, veſtros autem minime: ac vos vocari cæcos & ſurdos; at illos, illuminatos. Tum autem ridiculoſius etiam multo vobis accidet, ſi legem gentibus datam eſſe dixeritis, & vos neque illam legem noveritis. Vitaſſetis enim utique iram Dei, ac filii iniqui & vagabundi non eſſetis; puderetque vos illum identidem audire dicentem, *Filii quibus non eſt fides in ipſis*, &, *Quis cæcus, niſi ſervi mei? & ſurdus, niſi qui dominantur eis? Et excæcati ſunt ſervi Dei.* (Deuteron. xxxii. 20. Eſai. xlii. 19.) Quod ſi perſæpe etiam non obſervaſtis apertas aures veſtras, & non audiviſtis, an bona ſit laus veſtra qua Deus vos celebrat, & Dei teſtimonia quæ ſervos

10. Οτι.] F. ἔτι.
11, 2. Ει τῷ λαῷ προσκεχωρηκέναι.] F. ἐν τῷ (vel ἐν τῷ τῷ) λαῷ προσκεχωρηκέναι. Sylburgius legit εἰ τῷ λαῷ προσκεχώρηκεν.
13. Ομοίως.] Interpres legit ὅμως. SYLBURGIUS.
Ib. Εθνος.] F. ἔθνη.
17. Ημῶν—ἡμᾶς.] Legendum cum interprete ὑμῶν—ὑμᾶς.
19. Οτι.] Iterum magis placet ἔτι.
21, 2. Υμεῖς οὔτε.] F deeſt δέ.
28. Κωφός.] Biblia κωφοί. minus recte.

30—33. Ει δέ γε πολλάκις καὶ οὐκ ἐφυλάξασθε ἀνεῳγμένα τὰ ὦτα ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠκούσατε.] Ita omnes editores & interpretes, ſententia, ut vides, nulla. Legendum εἴδετε πολλάκις, καὶ οὐκ ἐφυλάξασθε· ἀνεῳγμένα τὰ ὦτα ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠκούσατε. Eſaiæ verba ſunt xlii. 20. non Juſtini.
31. Πολλάκις.] Biblia πλεονάκις.
32. Τὰ ὦτα ὑμῶν.] Biblia non habent ὑμῶν.
32, 3. Καὶ οὐκ ἠκούσατε εἰ καλὸς ὑμῶν ὁ ἔπαινος.] Lege καὶ οὐκ ἠκούσατε. Καλὸς, vel Η καλὸς &c.
34 & ſeq. Θεοῦ μαρτυρία δούλοις πρέπουσα.] Reſpicit

vos decent: nimirum nec erubeſcitis ſæpenumero iſta audientes, neque Deo comminante exhorreſcitis, ſed popu-
Eſai. xxix. 14. lus ſtultus & duricors eſtis. *Propterea ecce addam ut transferam populum hunc*, dicit Dominus, *& transferam eos; & perdam ſapientiam ſapientum, & intelligentiam intelligentum abſcondam.* Recte & merito. non enim ſapientes eſtis, neque intelligentes, ſed aſtuti & verſuti: ſapientes quidem ad malefaciendum duntaxat; ad intelligendum autem conſilium Dei reconditum, aut teſtamentum Domini fidele, & ad inveniendas ſemitas ſempi-
Hierem. xxxi. 27. ternas, inepti. *Itaque excitabo*, inquit, *Iſraeli & Judæ ſemen hominum, & ſemen pecudum.* Et per Eſaiam de
Eſai. xix. 24, 5. alio Iſraele ita loquitur: *Die illo erit tertius Iſrael in Aſſyriis & Ægyptiis, benedictus in terra quam benedixit Dominus zebaoth, dicens: Benedictus ſit populus meus, qui eſt in Ægypto, & qui eſt in Aſſyriis, & hæreditas mea Iſrael.* Cum ergo Deus benedicat, & Iſrael vocet populum iſtum, & hæreditatem ſuam eſſe clamitet; cur pœnitentiam non agitis, quod cum vos ipſos ſeducitis, veluti ſoli Iſrael ſitis, tum benedictum hunc populum diris execramini? Etenim poſtquam ad

πυσα. οὐκ αἰσχύνεσθε πολλάκις ταῦτα ἀκούοντες, οὐδὲ ἀπειλοῦντος τοῦ Θεοῦ φρίσσετε, ἀλλ' ἢ λαὸς μωρὸς καὶ σκληροκάρδιός ἐστε. Διατοῦτο ἰδοὺ προσθήσω τοῦ μεταθεῖναι τὸν λαὸν τοῦτον, λέγει Κύριος, καὶ μεταθήσω αὐτοὺς, καὶ ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν κρύψω. Εὐλόγως. οὐ γὰρ σοφοί ἐστε, οὐδὲ συνετοὶ, ἀλλὰ δριμεῖς καὶ πανοῦργοι· σοφοὶ εἰς τὸ κακοποιῆσαι μόνον, γνῶναι δὲ βουλὴν Θεοῦ κεκρυμμένην, ἢ διαθήκην Κυρίου πιστὴν, ἢ τρίβους αἰωνίους εὑρεῖν, ἀδύνατοι. τοιγαροῦν ἐγερῶ, φησὶ, τῷ Ισραὴλ καὶ τῷ Ιούδα σπέρμα ἀνθρώπων, καὶ σπέρμα κτηνῶν. Καὶ διὰ Ησαΐου περὶ ἄλλου Ισραὴλ οὕτω φησὶ, Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται τρίτος Ισραὴλ ἐν τοῖς Ασσυρίοις καὶ Αἰγυπτίοις, εὐλογημένος ἐν τῇ γῇ ἣν εὐλόγησε Κύριος σαβαὼθ, λέγων, εὐλογημένος ἔσται ὁ λαός μου ὁ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὁ ἐν Ασσυρίοις, καὶ ἡ κληρονομία μου Ισραήλ. Εὐλογοῦντος οὖν τοῦ Θεοῦ, καὶ Ισραὴλ τοῦτον τὸν λαὸν καλοῦντος, καὶ κληρονομίαν αὐτοῦ βοῶντος εἶναι, πῶς οὐ μετανοεῖτε ἐπί τε τῷ ἑαυτοὺς ἀπατᾶν ὡς μόνοι Ισραὴλ ὄντες, καὶ ἐπὶ τῷ καταρᾶσθαι τὸν εὐλογημένον τοῦ Θεοῦ λαόν; καὶ γὰρ ὅτε πρὸς

Eſaiæ verba modo recitata, ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ. Quare fortaſſe ſic potius ſcripſiſſe videatur, μαρτυρία δούλοις Θεοῦ πρέπουσα. præſertim cum nemini placere poſſit, ὁ ἔπαινος τοῦ Θεοῦ καὶ Θεοῦ μαρτυρία. Sed & huic quoque lectioni repugnare videtur prius Θεοῦ. Fortaſſe delendum poſterius. Sed nihil mutamus, quippe qui in hujuſmodi rebus librariorum fide libenter ſtemus.

3, 4. Λαὸς μωρὸς καὶ σκληροκάρδιός ἐστε.] Verus & veteranus criticus non dubitaret reſcribere ἀκάρδιος, fretus hoc loco Hieremiæ, v. 21, 2. Ἀκούσατε δὴ ταῦτα λαὸς μωρὸς καὶ ἀκάρδιος, ὀφθαλμοὶ αὐτοῖς καὶ οὐ βλέπουσιν, ὦτα αὐτοῖς καὶ οὐκ ἀκούουσι. μὴ ἐμὲ οὐ φοβηθήσεσθε, λέγει Κύριος; ἢ ἀπὸ προσώπου μου οὐκ εὐλαβηθήσεσθε; eamque lectionem & antecedentia & ſequentia poſtulare contenderet. forſan & contra ſenſuros anathemate critico feriret, jocoſeque, ut eſt genus hominum nimis quam facetum, qui ita non legat, cum ita eſſe, pronunciaret. Nos nihil mutamus.

10, 1. Σοφοὶ εἰς τὸ κακοποιῆσαι μόνον.] Hierem. iv. 22. υἱοὶ ἄφρονές εἰσι καὶ οὐ συνετοὶ, σοφοί εἰσι τοῦ κακοποιῆσαι, τὸ δὲ καλῶς ποιῆσαι οὐκ ἐπέγνωσαν.

13, 4. Τρίβους αἰωνίους εὑρεῖν.] Hierem. vi. 16. Ερωτήσατε τρίβους Κυρίου αἰωνίους.

14. Αδυνατοι.] Elegantius fortaſſe ἀσύνετοι: ſed lectionem vulgatam non muto.

14—17. Εγερῶ τῷ Ισραὴλ καὶ τῷ Ιούδᾳ σπέρμα ἀνθρώπων καὶ σπέρμα κτηνῶν.] Hierem. xxxi. 27. σπερῶ τὸν Ισραὴλ καὶ τὸν Ιούδαν σπέρμα ἀνθρώπου καὶ σπέρμα κτήνους.

19. Τρίτος Ισραήλ.] Biblia Ισραὴλ τρίτος.

19, 20. Εν τοῖς Ασσυρίοις καὶ Αἰγυπτίοις.] Biblia ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ ἐν τοῖς Ασσυρίοις. Codex Alexandrinus & Cyrillus ἐν τοῖς Ασσυρίοις καὶ ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις.

22. Εὐλογημένος ἔσται.] Biblia non habent ἔσται.

26. Ευ-

πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὰς πέριξ αὐτῆς ἔλεγε χώρας, οὕτω πάλιν εἶπε, Καὶ γεννήσω ἐφ᾽ ὑμᾶς ἀνθρώπους, τὸν λαόν μου Ἰσραὴλ, καὶ κληρονομήσουσιν ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθε αὐτοῖς εἰς κατάσχεσιν, καὶ οὐ μὴ προστεθῆτε ἔτι ἀτεκνωθῆναι ἀπ᾽ αὐτῶν. Τί οὖν; φησὶν ὁ Τρύφων, ὑμεῖς Ἰσραήλ ἐστε; καὶ περὶ ὑμῶν λέγει ταῦτα; Εἰ μὲν, ἔφην αὐτῷ, μὴ περὶ τούτων καὶ πολλὴν λόγον πεποιήμεθα, κἂν ἀμφέβαλλον μή τι οὐ συνιὼν τοῦτο ἐρωτᾷς· ἐπειδὴ δὲ καὶ μετὰ ἀποδείξεως καὶ συγκαταθέσεως καὶ τοῦτο συνηγάγομεν τὸ ζήτημα, οὐ νομίζω σε ἀγνοεῖν μὲν τὰ προειρημένα, οὐδὲ πάλιν φιλεριστεῖν, ἀλλὰ προκαλεῖσθαί με καὶ τούτοις τὴν αὐτὴν ἀπόδειξιν ποιήσασθαι. Καὶ τῷ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν νεύματι συντιθεμένου, Πάλιν, ἔλεγον ἐγὼ, ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ (ὦσιν ἀκούοντες εἰ ἄρα ἀκούετε) περὶ τοῦ Χρι-
353 στοῦ λέγων ὁ Θεὸς ἐν παραβολῇ Ἰακὼβ αὐτὸν καλεῖ, καὶ Ἰσραήλ. οὕτω λέγει, Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· Ἰσραὴλ ἐκλεκτός μου, θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ᾽ αὐτὸν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει. οὐκ ἐρίσει, οὔτε κράξει, οὔτε ἀκούσεταί τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ. κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ μὴ σβέσει. ἀλλὰ εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει, κρίσιν ἀναλήψει,

ad Hieruſalem, & quæ circumcirca
ſunt regiones, locutus fuerat, ita rur-
ſus dixit: *Et creabo ſuper vos homi-* Ezech. xxxvi. 12.
nes, populum meum Iſrael: & hæreditario jure habebunt vos, & eritis eis in poſſeſſionem. Et non adjicietur vobis ut amplius orbi ſitis liberis ab eis. Quid ita? Trypho ait. Vosne Iſrael eſtis, ac de vobis iſta loquitur? Si quidem, reſpondi ego, de his multa non diſſeruiſſemus, addubitaſſem utique num re non ſatis percepta hoc interrogares: quando vero quæſtionem iſtam & demonſtratione & aſſenſione concluſimus, non arbitror te quæ dicta ſunt ignorare, neque denuo rixari incipere, ſed me incitare, ut & hiſce eadem probem. Ac illo oculorum nutu conſentiente, rurſus ſermonem continuavi. In Eſaia, ſi quidem auribus audientes auditis, de Chriſto verba faciens Deus, per ſimilitudinem Jacob eum nominat &
Iſrael, ita dicens: *Jacob ſervus me-* Eſai. xlii. 1, 2, 3, 4.
us, ſuſcipiam eum: Iſrael electus meus, ponam ſpiritum meum ſuper eum, & judicium gentibus proferet. Non contendet, neque clamabit, neque audiet quiſquam in plateis vocem ejus. arundinem comminutam non confringet, & linum fumigans non extinguet: ſed veritatem proferet, judicium recipiet:

26. Ἐκλεκτός.] Biblia & Juſtinus p. 365. ὁ ἐκλεκτός.

Ib. Ἐκλεκτός μου.] Sequitur in bibliis προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου, & apud Juſtinum infra p. 365. προσδέξεται αὐτὸν ἡ ψυχή μου.

26, 7. Θήσω.] Biblia Romana & Aldina ἔδωκα. Complutenſia & Juſtinus p. 365. δέδωκα. Matth. xii. 18. θήσω.

27, 8. Καὶ κρίσιν.] Ita Matth. xii. 18. Biblia non habent καί.

28, 9, 30. Οὐκ ἐρίσει, οὔτε κράξει, οὔτε ἀκούσεταί τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ.] Biblia οὐ κεκράξεται, οὐδὲ ἀνήσει, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἔξω ἡ φωνὴ αὐτοῦ. atque ita Juſtinus infra p. 365. præterquam quod omittit οὐδὲ ἀνήσει. Matth. xii. 19. Οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκούσει τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ.

31. Συντετριμμένον.] Biblia Romana τεθλασμένον. Aldina & Complutenſia συντεθλασμένον. Juſtinus p. 365. τεθραυσμένον. Matth. xii. 20. συντετριμμένον.

Ib. Κατεάξει.] Biblia & Juſtinus p. 365. συντρίψει. Matth. xii. 20. κατεάξει.

32. Τυφόμενον.] Biblia καπνιζόμενον. Matth. xii. 20. τυφόμενον.

32 & ſeqq. Ἀλλὰ εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει, κρίσιν ἀναλήψει.] Legendum cum LXX. ἀλλὰ εἰς ἀλήθειαν

cipiet: & non frangetur, donec poſuerit in terra judicium. Et in nomine ejus gentes ſperabunt. Quemadmodum ergo ab uno illo Jacob, qui & Iſrael cognominatus eſt, genus veſtrum omne Jacob & Iſrael eſt vocatum: ita & nos ab eo qui in Deum nos genuit Chriſto, ceu Jacob, & Iſraelis, & Judæ, & Joſeph, & Davidis, (ſic) filii etiam Dei veri & dicimur & ſumus, mandata Chriſti ſervantes. Et cum eos turbulentiores inter ſe eſſe viderem, eo qnod dixiſſem Dei etiam nos filios eſſe, percontationem eorum antevertens, Audite, o viri, inquam, quomodo Spiritus Sanctus de populo iſto loquatur, filios Altiſſimi omnes eſſe, atque in conventu eorum iſtum ipſum Chriſtum præſentem de mortalium genere omni judicaturum eſſe. Verba ipſa per Davidem dicta ſunt, ſicuti vos quidem interpretamini, ad hunc modum:

Pſ. lxxxi. *Deus ſtetit in ſynagoga deorum: in medio autem deos dijudicat. Quouſque tandem judicatis iniquitatem, & perſonam peccatorum accipitis? Judicate pupillo & egeno, & humilem atque pauperem juſtificate. Eripite pauperem, & inopem e manu peccatoris liberate. Non cognoverunt, neque intellexerunt; in tenebris ambulant: movebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi, Dii eſtis, & filii Altiſſimi omnes. Vos autem ſicut homines morimini, & tanquam unus principum caditis. Exurge Deus, judica terram: quoniam*

λήψει, καὶ οὐ μὴ θραυσθήσεται ἕως ἂν θῇ ἐπὶ τῆς γῆς κρίσιν· καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐλπιοῦσιν ἔθνη. Ὡς οὖν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς Ιακὼβ ἐκείνου τοῦ καὶ Ισραὴλ ἐπικληθέντος τὸ πᾶν γένος ὑμῶν προσηγόρευται Ιακὼβ καὶ Ισραὴλ, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ γεννήσαντος ἡμᾶς εἰς Θεὸν Χριστοῦ, ὡς καὶ Ιακὼβ, καὶ Ισραὴλ, καὶ Ιούδα, καὶ Ιωσὴφ, καὶ Δαβὶδ, καὶ Θεοῦ τέκνα ἀληθινὰ καλούμεθα καὶ ἐσμὲν, οἱ τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ φυλάσσοντες. καὶ ἐπειδὴ εἶδον αὐτοὺς συνταραχθέντας ἐπὶ τῷ εἰπεῖν με καὶ Θεοῦ τέκνα εἶναι ἡμᾶς, προλαβὼν τὸ ἀνερωτηθῆναι, εἶπον, Ακούσατε, ὦ ἄνδρες, πῶς τὸ ἅγιον πνεῦμα λέγει περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, ὅτι υἱοὶ ὑψίστου πάντες εἰσὶ, καὶ ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν παρέσται αὐτὸς οὗτος ὁ Χριστὸς, τὴν κρίσιν ἀπὸ παντὸς γένους ἀνθρώπων ποιούμενος. εἴρηνται δὲ οἱ λόγοι διὰ Δαβὶδ, ὡς μὲν ὑμεῖς ἐξηγεῖσθε, οὕτως, Ο Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρίνει. ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν, καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε; κρίνατε ὀρφανῷ καὶ πτωχῷ, καὶ ταπεινὸν καὶ πένητα δικαιώσατε. ἐξέλεσθε πένητα καὶ πτωχὸν, ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσασθε. οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται, σαλευθήσονται πάντα τὰ θεμέλια τῆς γῆς. ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε· ἀνάστα ὁ Θεὸς, κρῖνον τὴν γῆν,

ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν, ἀναλάμψει, quod monuit olim Grotius ad Matth. xii. 20. & nuper Grabius De vitiis LXX. ioterpretum verſioni illatis p. 38.

27. Ορφανῷ καὶ πτωχῷ.] Biblia Romana ὀρφανὸν καὶ πτωχόν. Aldina & Complutenſia & codex Alexandrinus ut Juſtinus.

27, 8. Πτωχῷ, καὶ ταπεινόν.] Copulativa καὶ poſt πτωχῷ a vulg. B. abeſt Pſ. lxxxi. rectius. Sylburgius.

3, 4, 5. ἰδὲ

γῃν, ὅτι σὺ κληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. Ἐν δὲ τῇ τῶν ἑβδομήκοντα ἐξηγήσει εἴρηται, Ἰδοὺ δὴ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε· ἵνα δηλώσῃ καὶ τὴν παρακοὴν τῶν ἀνθρώπων, τοῦ Ἀδὰμ λέγω καὶ τῆς Εὔας, καὶ τὴν πτῶσιν τοῦ ἑνὸς τῶν ἀρχόντων, τουτέστι τοῦ κεκλημένου ἐκείνου ὄφεως, πεσόντος πτῶσιν μεγάλην διὰ τὸ ἀποπλανῆσαι τὴν Εὔαν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ οὐ πρὸς τοῦτό μοι νῦν ὁ λόγος λέλεκται, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀποδεῖξαι ὑμῖν ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὀνειδίζει τοὺς ἀνθρώπους τοὺς καὶ Θεῷ ὁμοίως ἀπα-
imponerent, periculi faciendi gratia, an virtute Dei propter tabernaculum plaga percuſſi forent, & Deus id eo reductum vellet unde receptum fuerat. Quod ubi fecerunt, vaccæ, nullo eas mortali ducente, non ad eum venere locum unde arca abrepta fuerat, ſed in agrum hominis cujuſdam Oſee dicti, illi cognominis qui Jeſu nomine tranſnominatus fuerat (prout antea eſt dictum) quique & populum in terram introduxit, & hæreditario jure ipſis eam diviſit; in quem agrum cum veniſſent, conſtiterunt. Quo facto vobis indicatur, virtute nominis ductas eſſe: haud aliter quam prius populus ex eo numero, qui ex Ægypto eſt egreſſus, reliquus, per eum qui nomen Jeſu recepit, cum antea Oſee vocatus fuiſſet, in terram eſt deductus. Atque equidem cum hæc, & omnia ejuſcemodi inopinabilia & admiranda in oculis veſtris ſuo quæque tempore ſint facta, reprehendimini tamen a prophetis in tantum ut etiam veſtros ipſi liberos dæmonibus immolaſſe arguamini: & inſuper tanta quoque committere auſi eſtis in Chriſtum, atque etiamnum audetis. De quibus omnibus vobis miſericordiam a Deo & Chriſto ejus conſecutis, ſalutem contingere optamus. Nam per ſacrum vatem Eſaiam, Deus hæc vos facturos eſſe prævidens, ejuſmodi eſt diris execratus: *Væ animæ ipſorum.*
Eſai. iii. 9—15. *Conſilium malum inierunt adverſus ſeipſos, dicentes: Vinciamus juſtum, quia incommodus eſt nobis. Itaque fructum*

θεῖναι, εἰς πεῖραν τοῦ γνῶναι εἰ δυνάμει Θεοῦ διὰ τὴν σκηνὴν πεπληγμένοι εἰσὶ, καὶ βούλεται ὁ Θεὸς ἀπενεχθῆναι αὐτὴν ὅθεν ἐλήφθη. καὶ πραξάντων τοῦτο, αἱ δαμάλεις, ὑπὸ μηδενὸς ὁδηγούμεναι ἀνθρώπων, οὐκ ἦλθον μὲν εἰς τὸν τόπον ὁπόθεν εἴληπτο ἡ σκηνὴ, ἀλλ' εἰς χωρίον τινὸς ἀνδρὸς καλουμένου Αυσῆ, ὁμωνύμου ἐκείνου τοῦ μετονομασθέντος τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι, ὡς προλέλεκται, ὃς καὶ εἰσήγαγε τὸν λαὸν εἰς τὴν γῆν, καὶ κατεκληροδότησεν αὐτοῖς αὐτήν· εἰς ὃ χωρίον ἐλθοῦσαι, μεμενήκασι· δεικνυμένου ὑμῖν καὶ διὰ τούτων, ὅτι τῷ τῆς δυνάμεως ὀνόματι ὡδηγήθησαν, ὡς πρότερον ὁ περιλειφθεὶς λαὸς ἀπὸ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου ἐξελθόντων διὰ τοῦ λαβόντος τὸ Ἰησοῦ ὄνομα, Αυσῆ πρότερον καλουμένου, εἰς τὴν γῆν ὡδηγήθη. καὶ τούτων καὶ πάντων τῶν τοιούτων παραδόξων καὶ θαυμαστῶν ὑμῖν γενομένων τε καὶ ὁρωμένων κατὰ καιροὺς, ἐλέγχεσθε καὶ διὰ τῶν προφητῶν μέχρι τοῦ καὶ τὰ ἑαυτῶν τέκνα τεθυκέναι τοῖς δαιμονίοις, καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσι τοιαῦτα τετολμηκέναι εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ ἔτι τολμᾷν· ἐφ' οἷς πᾶσι γένοιτο ὑμῖν ἔλεος παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ λαβοῦσι, σωθῆναι. διὰ γὰρ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου, προεπιστάμενος ὁ Θεὸς ταῦτα μέλλειν ὑμᾶς ποιεῖν, κατηράσατο οὕτως, Οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες, δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. τοίνυν τὰ

15, 6. Τῷ τῆς δυνάμεως ὀνόματι.] Hebr. i. 3. φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. Sed ſexcenti ejuſmodi loci non poterunt hunc defendere. Juſtinus aut ſcripſit, aut ſcribere voluit, τῇ τοῦ ὀνόματος δυνάμει.

34, 5. Βεβούλευνται.] Biblia & Juſtinus ſupra p. 171. διότι βεβούλευνται. Infra p. 366. διὸ βεβούλευνται. P. 367. ὅτι βεβ.

6. Κυρ-

γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ· πονηρὰ, κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, συμβήσεται αὐτῷ. λαός μου, οἱ πράκτορες ὑμῶν καλαμῶνται ὑμᾶς, καὶ οἱ ἀπαιτοῦντες κυριεύσουσιν ὑμῶν. λαός μου, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς, πλανῶσιν ὑμᾶς, καὶ τὴν τρίβον τῶν ὁδῶν ὑμῶν ταράσσουσιν. ἀλλὰ νῦν καταστήσεται εἰς κρίσιν τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς Κύριος
363 εἰς κρίσιν ἥξει μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ, καὶ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ· ὑμεῖς δὲ τί ἐνεπυρίσατε τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ ἡ ἁρπαγὴ τοῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν; ὑμεῖς τί ἀδικεῖτε τὸν λαόν μου, καὶ τὸ πρόσωπον τῶν ταπεινῶν καταισχύνετε; Καὶ ἐν ἑτέροις πάλιν λόγοις ὁ αὐτὸς προφήτης εἰς τὸ αὐτὸ εἶπεν, Οὐαὶ οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ὡς ἐν σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας· οἱ λέγοντες, τὸ τάχος αὐτοῦ ἐγγισάτω, καὶ ἐλθέτω ἡ βουλὴ τοῦ ἁγίου Ισραὴλ, ἵνα γνῶμεν. οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρόν· οἱ τιθέντες τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς· οἱ τιθέντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν. οὐαὶ οἱ συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες.

fructum manuum ſuarum comedent. Væ iniquo; mala, juxta opera manuum ſuarum, evenient ei. Populè meus, exactores veſtri tanquam ſpicas colligunt vos, & poſtulatores dominantur vobis. Populè meus, qui beatos dicunt vos, ſeducunt vos, & ſemitam viarum veſtrarum perturbant. Sed nunc ſiſtet in judicio populum ſuum, & ipſe Dominus in judicium veniet cum ſenioribus populi, & principibus ipſius. Vos autem cur incendiſtis vineam meam, & rapina pauperis in domibus veſtris? Cur vos injuria affligitis populum meum, & faciem humilium rubore afficitis? Et alio item loco idem propheta in eandem ſententiam dixit: *Væ qui trahunt peccata ſua tanquam funiculo longo; & veluti jugi vitulæ loro, iniquitates: dicentes, Celeritas ejus appropinquet, & veniat conſilium ſancti Iſrael, ut ſciamus. Væ qui dicunt malum bonum, & bonum malum; qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem; qui ponunt amarum dulce, & dulce amarum. Væ qui intelligentes ſunt in ſeipſis, & coram ipſis ſcientes.* Eſai. v. 18—25.

6. Κυριεύσουσιν.] Biblia Romana & Complutenſia κυριεύουσιν. ſine dubio recte. Biblia tamen Aldina & Curterii codex & Theodoritus ut Juſtinus.

8. Τὴν τρίβον τῶν ὁδῶν ὑμῶν.] Biblia & codex Alexandrinus & Cyrillus & Curterii codex — τῶν ποδῶν ὑμῶν. Tertullianus quoque & Cyprianus *pedum veſtrorum*. Biblia Hebr. דרך ארחתיך. Quocirca pauci, ut opinor, dubitabunt quin Juſtini lectio vera ſit. Contra, ſi Hebraica periiſſent, quis dubitaret ſecundum alteram, vel unius tantum antiqui codicis auctoritate nixam, contra Juſtinianam, aliorum omnium teſtimonio roboratam, litem dare?

9, 10. Καταστήσεται εἰς κρίσιν τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς Κύριος.] Biblia καταστήσεται εἰς ΚΡΙΣΙΝ Κύριος, καὶ στήσει εἰς ΚΡΙΣΙΝ τὸν λαὸν αὐτοῦ. αὐτὸς Κ. neque aliter Juſtinum ſcripſiſſe exiſtimo. Quantum attinet ad verba omiſſa, certa res eſt: de vocula καὶ minus laboro.

12. Καὶ τῶν ἀρχόντων.] Biblia καὶ μετὰ τῶν ἀρχόντων.

15. Ὑμεῖς τί.] Biblia τί ὑμεῖς.

17. Ταπεινῶν.] Biblia πτωχῶν.

Ib. Καταισχύνετε.] Biblia καταισχύνετε.

20. Τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.] Biblia Romana & Complutenſia & codex Alexandrinus & Cyrillus & Curterii codex non habent αὐτῶν. Biblia Aldina, & Theodoritus ut Juſtinus.

20, 1. Ὡς ἐν σχοινίῳ] Biblia & Juſtinus p. 171. ὡς σχοινίῳ.

27, 8. Τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς.] Biblia τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος.

tes. Væ potentes qui vinum bibunt; & magnates, qui miſcent ſiceram: juſtificantes impium propter munera, & jus juſti tollentes. Quapropter ſicuti ſtipula uritur a carbone ignis, & comburitur a flamma ardente; radix uti favilla erit, & flos eorum tanquam pulvis aſcendet. Legem enim Domini Zebaoth noluerunt, ſed eloquium Domini Sancti Iſraelis provocaverunt. Et fervore iratus eſt Dominus Zebaoth, & injecit manus in ipſos, & percuſſit eos, & concitatus eſt in montes, & facta ſunt morticina eorum in medio, quaſi ſtercus viæ. Atque in omnibus his non ſunt averſi, verum adhuc manus eorum excelſa. Etiamnum enim manus veſtra ad male agendum ſublimis eſt; quod, cum Chriſtum quoque necaveritis, ne ſic quidem pœnitentia ducamini. Quin & nos, per illum Deo & patri rerum univerſarum credentes, odio proſequimini, & occiditis, quotieſcunque poteſtis, ſine intermiſſione autem diris execramini & ipſum, & diſcipulos ejus: nobis contra omnibus pro vobis, & cunctis plane hominibus, orantibus, prout a Chriſto & Domino noſtro ſumus eruditi,

σήμονες. οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες ὑμῶν οἱ τὸν οἶνον πίνοντες, καὶ οἱ δυνάσται, καὶ οἱ κιρνῶντες τὸ σίκερα· οἱ δικαιοῦντες τὸν ἀσεβῆ ἕνεκεν δώρων, καὶ τὸ δίκαιον τοῦ δικαίου αἴροντες. διὰ τοῦτο ὃν τρόπον καυθήσεται καλάμη ὑπὸ ἄνθρακος πυρὸς, καὶ συγκαυθήσεται ὑπὸ φλογὸς καιομένης, ἡ ῥίζα ὡς χνοῦς ἔσται, καὶ τὸ ἄνθος αὐτῶν ὡς κονιορτὸς ἀναβήσεται. οὐ γὰρ ἠθέλησαν τὸν νόμον Κυρίου σαβαὼθ, ἀλλὰ τὸ λόγιον Κυρίου τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ παρώξυναν. καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ Κύριος σαβαὼθ, καὶ ἐπέβαλε τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς, καὶ παρωξύνθη ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ ἐγενήθη τὰ θνησιμαῖα αὐτῶν ἐν μέσῳ ὡς κοπρία ὁδοῦ· καὶ ἐν πᾶσι τούτοις οὐκ ἀπεστράφησαν, ἀλλ' ἔτι ἡ χεὶρ αὐτῶν ὑψηλή. Ἔτι γὰρ ἀληθῶς ἡ χεὶρ ὑμῶν πρὸς κακοποιΐαν ὑψηλὴ, ὅτι καὶ τὸν Χριστὸν ἀποκτείναντες οὐδ' οὕτως μετανοεῖτε, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς τοὺς πιστεύσαντας δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τῶν ὅλων μισεῖτε, καὶ φονεύετε ὁσάκις ἂν λάβητε ἐξουσίαν, ἀδιαλείπτως δὲ καταρᾶσθε αὐτῷ τε ἐκείνῳ, καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ, πάντων ἡμῶν εὐχομένων ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑπὲρ πάντων ἁπλῶς ἀνθρώπων, ὡς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν καὶ Κυρίου ποιεῖν ἐδιδάχθημεν,

1, 2. Οἱ τὸν οἶνον πίνοντες.] Biblia οἱ πίνοντες τὸν οἶνον. Codex Alexandrious & Cyrillus ut Juſtinus.

2. Καὶ οἱ δυνάσται, καὶ οἱ——] Jta & biblia Aldina & codex Curterii. Biblia Romana & Complutenſia & codex Alexandrinus καὶ οἱ δυνάσται οἱ——, quæ vera lectio eſt.

3. Κιρνῶντες.] Biblia κεραννύντες.

8. Καιομένης.] Biblia ἀνειμένης. itáque fortaſſe ſcripſit Juſtinus. Hebr. וחשש להבה ירפה. Quæ ſi non extarent, quam facile exploderent critici iſtud ἀνειμένης! quamque certa emendatio videretur, accedente præſertim hoc ſuffragio Juſtini, ἀνημμένης!

Ib. Ἡ ῥίζα.] Biblia ἡ ῥίζα αὐτῶν.

11, 2. Τὸ λόγιον Κυρίου τοῦ ἁγίου Ἰσραήλ.] Biblia τὸ λόγιον τοῦ ἁγίου Ἰσραήλ.

12, 3. Καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ Κύριος σαβαώθ.] Biblia ——σαβαὼθ ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ.

14. Τὰς χεῖρας.] Biblia τὴν χεῖρα.

15, 6. Παρωξύνθη ἐπὶ τὰ ὄρη.] Biblia παρωξύνθη τὰ ὄρη.

17. Ἐν μέσῳ ὡς κοπρία ὁδοῦ.] Legendum cum bibliis ὡς κοπρία ἐν μέσῳ ὁδοῦ.

18. Οὐκ ἀπεστράφησαν.] Biblia οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς αὐτοῦ. Cyprianus, *non ſunt converſi.*

18, 9. Ἀλλ' ἔτι ἡ χεὶρ αὐτῶν ὑψηλή.] Biblia Romana & codex Alexandrinus ἀλλ' ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλή. Biblia Complutenſia & Aldina & codex Curterii ἀλλ' ἔτι ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑψηλή.

διαχθῆμεν, παρηγγείλατο ἡμῖν εὔχεσθαι καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἀγαπᾷν τοὺς μισοῦντας, καὶ εὐλογεῖν τοὺς καταρωμένους. εἰ οὖν καὶ ὑμᾶς δυσωπεῖ τά τε τῶν προφητῶν διδάγματα, καὶ τὰ ἐκείνου αὐτοῦ, βέλτιόν ἐστιν ὑμᾶς τῷ Θεῷ ἕπεσθαι, ἢ τοῖς ἀσυνέτοις καὶ τυφλοῖς διδασκάλοις ὑμῶν. οἵτινες καὶ μέχρι νῦν καὶ τέσσαρας καὶ πέντε ἔχειν ὑμᾶς γυναῖκας ἕκαστον συγχωροῦσι, καὶ ἐὰν εὔμορφόν τις ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ αὐτῆς, τὰς Ἰακὼβ τοῦ Ἰσ-
364 ραὴλ καὶ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν πράξεις ἀνιστοροῦντες, καὶ μηδὲν ἀδικεῖν λέγοντες τοὺς τὰ ὅμοια πράττοντας· τάλανες καὶ ἀνόητοι καὶ κατὰ τοῦτο ὄντες. ὡς προέφην γὰρ, οἰκονομίαι τινὲς μεγάλων μυστηρίων ἐν ἑκάστῃ τινὶ τοιαύτῃ πράξει ἀπετελοῦντο. ἐν γὰρ τοῖς γάμοις τοῦ Ἰακὼβ τίς οἰκονομία καὶ προκήρυξις ἀπετελεῖτο, ἐρῶ· ὅπως καὶ ἐν τούτοις ἐπιγνῶτε ὅτι οὐδὲν πρὸς τὸ θειωδέστερον δι᾽ ὃ ἑκάστη πρᾶξις γέγονεν, ἀπεῖδον ὑμῶν ἀεὶ οἱ διδάσκαλοι, ἀλλὰ πρὸς τὰ χαμαιπετῆ καὶ τὰ διαφθορᾶς μᾶλλον πάθη. προσέχετε τοιγαροῦν οἷς λέγω. Τῆς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ μελλούσης ἀπαρτίζεσθαι πράξεως τύποι ἦσαν οἱ γάμοι τοῦ Ἰακώβ. δύο γὰρ ἀδελφὰς κατὰ τὸ αὐτὸ οὐ θεμιτὸν γαμῆσαι τὸν Ἰακώβ· καὶ δουλεύει δὲ τῷ Λάβαν ὑπὲρ τῶν θυγατέρων, καὶ ψευσθεὶς ἐπὶ τῇ νεωτέρᾳ, πάλιν ἐδούλευσεν ἑπτὰ ἔτη. ἀλλὰ Λεία μὲν ὁ

ruditi, qui nobis præcepit ut etiam pro inimicis ſupplicemus, & oſores noſtros amemus, atque maledicentibus benedicamus. Proinde ſi vos quoque & prophetarum & illius ipſius doctrina religione quapiam movet, melius fuerit, Deum vos, quam inſipientes & cæcos Rabinos veſtros, ſequi. Qui ſane ad hunc uſque diem, & quatuor & quinque veſtrum quemque uxores habere permittunt: & ſi quis venuſtam inſpiciens, eam expetiverit, cum Jacob, Iſraelis, & aliorum patriarcharum facta commemorant, tum nihil iniqui agere ſimilia facientes aſſeverant: quo quidem etiam miſeri & ſtulti ſunt nomine. Nam, ſicuti prius dixi, magnorum ſacramentorum œconomiæ & diſpoſitiones in quolibet ejus generis facto ſunt celebratæ. Atque in conjugiis Jacob quæ diſpoſitio & prænunciatio ſit facta, dicam: ut inde etiam intelligatis, quam nihil ad ſublimius & divinius quidquam, cujus gratia actio quælibet inſtituta eſt, ſed ad humi tantum repentes & corruptelæ obnoxias affectiones, doctores ſemper veſtri reſpexerint. Itaque ad ea quæ dicam, animum advertite. Connubia Jacob, rei per Chriſtum perficiendæ, figuræ erant. Duas ſane ſorores, uxores eodem tempore ducere Jacobo fas non fuit. Et ille apud Laban ſervitutem ſervit pro filiabus ipſius: ac fraude deceptus in juniore, alterum quoque ſeptennium ſervit. Sedenim Lia populus

8—11. Οἵτινες καὶ μέχρι νῦν καὶ τέσσαρας καὶ πέντε ἔχειν ὑμᾶς γυναῖκας ἕκαστον συγχωροῦσι.] V. Seldeni Uxor. Ebr. I. 9.

17—20. Οἰκονομίαι τινὲς μεγάλων μυστηρίων ἐν ἑκάστῃ τινὶ τοιαύτῃ πράξει ἀπετελοῦντο] Nempe, ſecundum Juſtinum, patriarchæ non amore nec voluptate victi, οὐχ ὡς πορνεύοντες, ut infra loquitur, multas uxores duxerunt, neque adeo ὡς τυποποιήσαντες, ſed ὡς τυποποιήσοντες. —— *fuit hæc ſapientia quondam.*

28 & ſeqq. Τῆς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ μελλούσης ἀπαρτίζεσθαι πράξεως τύποι ἦσαν οἱ γάμοι τοῦ Ἰακὼβ &c.] V. Iren. IV. 38. p. 338.

33 & ſeqq. Ὑπὲρ τῶν θυγατέρων, καὶ ψευσθεὶς ἐπὶ τῇ νεωτέρᾳ, πάλιν ἐδούλευσεν ἑπτὰ ἔτη] F. ὑπὲρ τῆς νεωτέρας τῶν θυγατέρων, καὶ ψευσθεὶς, πάλιν &c.

19, 20. Ἐδί-

pulus veſter eſt, & ſynagoga: Rachel, eccleſia noſtra. Ac Chriſtus hucuſque etiam harum, & ſervorum qui in utraque ſunt, gratia ſervit. Quandoquidem enim dnobus filiis tertii ſemen in ſervitutem dederat Noe, rurſum nunc utrorumque liberorum filiorum, & qui inter eos ſunt ſervorum, reſtituendorum cauſa advenit Chriſtus, eodem loco habens omnes præcepta ſua ſervantes, quemadmodum & qui Jacobo tum ex liberis tum ex ſervis progeniti ſunt filii, omnes eodem jure & honore fuere. Juxta ordinem autem, & juxta prænotionem, qualis quiſque futurus erat, prædictum eſt. Serviit Jacob Labano pro maculoſis & variis pecudibus: ſerviit quoque ſervitutem ad crucem uſque Chriſtus pro variis & multiformibus omnis generis hominibus, ſanguine & ſacramento crucis eos aſſerens. Liæ infirmi erant oculi. nam & animorum veſtrorum hebetes admodum ſunt oculi. Surripuit Rachel deos Labani, eoſque abſcondit in hodiernum uſque diem: nobis quoque periere patrii & factitii dii. Per tempus omne fratris odium pertulit Jacob: & nos nunc, & ipſe Dominus noſter, veſtro & aliorum omnium hominum, cum quidem omnes inter nos natura fratres ſimus, obnoxii ſumus odio. Iſrael cognominatus eſt Jacob: Iſrael quoque probatum eſt Chriſtum eſſe, qui ſimul & eſt & vocatur Jeſus. Et quando

λαὸς ὑμῶν καὶ ἡ συναγωγή, Ῥαχὴλ δὲ ἡ ἐκκλησία ἡμῶν· καὶ ὑπὲρ τούτων δουλεύει μέχρι νῦν ὁ Χριστὸς, καὶ τῶν ἐν ἀμφοτέραις δούλων. ἐπειδὴ γὰρ τοῖς δυσὶν υἱοῖς τὸ τρίτου σπέρμα εἰς δουλείαν ὁ Νῶε ἔδωκε, νῦν πάλιν εἰς ἀποκατάστασιν ἀμφοτέρων τε τῶν ἐλευθέρων τέκνων, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς δούλων, Χριστὸς ἐλήλυθε, τῶν αὐτῶν πάντας καταξιῶν τοὺς φυλάσσοντας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ὃν τρόπον δὲ οἱ ἀπὸ τῶν ἐλευθέρων, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν δούλων, γενόμενοι τῷ Ἰακὼβ, πάντες υἱοὶ δὲ ὁμότιμοι γεγόνασι, κατὰ δὲ τὴν τάξιν, καὶ κατὰ τὴν πρόγνωσιν, ὁποῖος ἕκαστος ἔσται προλέλεκται. ἐδούλευσεν Ἰακὼβ τῷ Λάβαν ὑπὲρ τῶν ῥαντῶν καὶ πολυμόρφων θρεμμάτων· ἐδούλευσε καὶ τὴν μέχρι σταυροῦ δουλείαν ὁ Χριστὸς ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ποικίλων καὶ πολυειδῶν ἀνθρώπων, δι᾽ αἵματος καὶ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ κτησάμενος αὐτούς. Λείας ἀσθενεῖς ἦσαν οἱ ὀφθαλμοί· καὶ γὰρ ὑμῶν σφόδρα οἱ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοί. ἔκλεψε Ῥαχὴλ τοὺς θεοὺς Λάβαν, καὶ κατέκρυψεν αὐτοὺς ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας· καὶ ἡμῖν ἀπολώλασιν οἱ πατρικοὶ καὶ ὑλικοὶ θεοί. τὸν χρόνον πάντα ἐμισεῖτο ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ ὁ Ἰακώβ· καὶ ἡμεῖς νῦν, καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν μισεῖται ὑφ᾽ ὑμῶν, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἁπλῶς ἀνθρώπων, ὄντων πάντων τῇ φύσει ἀδελφῶν. Ἰσραὴλ ἐπεκλήθη Ἰακώβ· καὶ Ἰσραὴλ καὶ ὁ Χριστὸς ἀποδέδεικται, ὁ ὢν καὶ καλούμενος Ἰησοῦς. καὶ ὅταν 365
ἢ

19, 20. Ἐδούλευσε καὶ τὴν μέχρι σταυροῦ δουλείαν.] Crux ſervile erat ſupplicium. ad id fortaſſe alludit Juſtinus.

36, 7. Καὶ Ἰσραὴλ καὶ ὁ Χριστὸς ἀποδέδεικται, ὁ ὢν καὶ καλούμενος Ἰησοῦς.] F. leg. καὶ Ἰσραὴλ καὶ ὁ Χριστὸς ἀποδέδεικται καὶ ὢν καὶ καλούμενος, deleto Ἰησοῦς. Sed neque hæc lectio ſatisfacit, & vulgata ferri poteſt. quare nihil muto abſque ſuffragio codicum ſcriptorum.

37. Καὶ ὅταν.] F. καὶ γὰρ ὅταν.

1, 2. Ἐγὼ

ἡ γραφὴ λέγῃ, Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ ἅγιος Ἰσραὴλ, ὁ καταδείξας Ἰσραὴλ βασιλέα ὑμῶν, οὐχὶ ἀληθῶς τὸν Χριστὸν τὸν αἰώνιον βασιλέα ἀκούσατε; καὶ Ἰακὼβ γὰρ, ὁ τοῦ Ἰσαὰκ υἱὸς, ὅτι οὐδέποτε βασιλεὺς γέγονεν, ἐπίσασθε. καὶ διαλύτο ἡ γραφὴ πάλιν ἐξηγουμένη ἡμῖν τίνα λέγει βασιλέα Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, οὕτως ἔφη, Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· καὶ Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, προσδέξεται αὐτὸν ἡ ψυχή μου. δέδωκα τὸ πνεῦμά μου ἐπ᾽ αὐτὸν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει. οὐ κεκράξεται, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἔξω ἡ φωνὴ αὐτοῦ. κάλαμον τεθραυσμένον οὐ συντρίψει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει, ἕως οὗ νῖκος ἐξοίσει, κρίσιν ἀναλήψει, καὶ οὐ θραυσθήσεται ἕως ἂν θῇ ἐπὶ τῆς γῆς κρίσιν· καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐλπιοῦσιν ἔθνη. Μήτι οὖν ἐπὶ τὸν Ἰακὼβ τὸν πατριάρχην τὰ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐλπίζουσιν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ τὸν Χριστὸν, καὶ ὑμεῖς δὲ αὐτοί; ὡς οὖν Ἰσραὴλ τὸν Χριστὸν καὶ Ἰακὼβ οὕτως λέγει, καὶ ἡμεῖς, ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ Χριστοῦ λατομηθέντες, Ἰσραηλιτικὸν τὸ ἀληθινόν ἐσμεν γένος. αὐτῷ δὲ μᾶλλον τῷ ῥητῷ προσέχωμεν· Καὶ ἐξαγάγω, φησὶ, τὸ ἐξ Ἰακὼβ σπέρμα, καὶ ἐξ Ἰούδα, καὶ κληρονομήσει τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου, καὶ κληρονομήσουσιν οἱ ἐκλεκτοί μου, καὶ οἱ δοῦλοί μου, καὶ κατοικήσουσιν ἐκεῖ. καὶ ἔσονται ἐν τῷ δρυμῷ

quando ſcriptura ait, *Ego Dominus Deus Sanctus Iſrael, qui conſtitui Iſrael regem veſtrum*, Eſai. xliii. 15. annon vere Chriſtum ſempiternum regem exauditis? Nam ipſum Jacob, filium Iſaac, nunquam regem fuiſſe ſcitis. Quocirca ſcriptura rurſum explicans nobis, quemnam regem Jacob & Iſrael deſignet, ita inquit: *Jacob ſervus meus, ſuſcipiam eum:* Eſai. xlii. 1—4. *& Iſrael electus meus, complectetur eum anima mea. Dedi ſpiritum meum ſuper eum, & judicium gentibus proferet. Non clamabit, neque audietur foris vox ejus. Arundinem comminutam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec victoriam proferat. Judicium recipiet; & non comminuetur, quoad poſuerit in terra judicium. Et in nomine ipſius gentes ſperabunt.* Num igitur in Jacob patriarcham, qui ex gentibus ſunt, ſperant, & vos adeo ipſi? Sic ergo loquitur, ut Chriſtum, Jacob & Iſrael dicat. Et nos ex ventre Chriſti reciſi, verum Iſraeliticum genus ſumus. Sed in dictum ipſum potius animos intendamus: *Et educam*, inquit, *de Jacob ſemen*, Eſai. lxv. 9—12. *& de Juda, & hæreditate capiet montem ſanctum meum; & hæreditatem eam adibunt electi mei, & ſervi mei, & habitabunt illic. Et erunt in ſylva caulæ*

1, 2. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος Ἰσραήλ.] Biblia Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος ὑμῶν.

11. Καὶ Ἰσραήλ.] Καὶ non eſt in bibliis, nec apud Juſtinum ſupra p. 403.

11, 2. Προσδέξεται.] Biblia προσεδέξατο.

12. Δέδωκα.] Biblia Romana & Aldina ἔδωκα. Complutenſia ut Juſtinus.

15. Οὐδὲ ἀκουσθήσεται.] Biblia οὐδὲ ἀνήσει οὐδὲ ἀκουσθήσεται.

17, 8. Ἕως οὗ νῖκος ἐξοίσει, κρίσιν ἀναλήψει.] Lego ἕως οὗ εἰς νῖκος ἐξοίσει κρίσιν, ἀναλάμψει. Matth. xii. 20. ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν. LXX. ἀλλὰ εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν, ἀναλάμψει. V. not. ad p. 403. ℣. 32, & ſeqq.

20, 1. Ἐλπιοῦσιν ἔθνη.] Biblia ἔθνη ἐλπιοῦσιν.

24, 5, 6. Ὡς οὖν Ἰσραὴλ τὸν Χριστὸν καὶ Ἰακὼβ οὕτως λέγει, καὶ ἡμεῖς—] F. ——καὶ Ἰακὼβ λέγει, οὕτως καὶ ἡμεῖς——.

29. Ἐξαγάγω.] Biblia & Juſtinus mox p. 427. ℣. 12. ἐξάξω.

læ gregum, & vallis Achor in requiem armentorum populo, qui quæſierunt me. Vos autem qui derelinquitis me, & obliviſcimini montis ſancti mei, & paratis dæmoniis menſam, & impletis dæmoni temperationem; ego tradam vos in gladium: omnes occiſione cadetis. quoniam vocavi vos & non obaudiſtis, & malum feciſtis coram me, & quæ nolebam elegiſtis. Verba ſcripturæ ſic habent. Intelligitis vero & ipſi, aliud quoddam eſſe ſemen Jacob, quod nunc dicitur: ne quiſpiam de populo hic dici (veſtro) exiſtimet. Non enim qui ex Jacob progeniti ſunt, poſſunt hæreditatem adventitiam illi qui ex Jacob ſati ſunt, relinquere: neque qui populo exprobrat, hæreditate indignum eſſe, tanquam rurſum ſuſceptis eiſdem illum pollicetur. Sed quo modo propheta illic ait,

Eſai.ii.5,6. *Et nunc tu domus Jacob, veni & ambulemus in luce Domini, dimiſit enim populum ſuum domum Jacob, quia repleta eſt, ut ab initio, terra eorum divinationibus &*

μοῦ ἐπαύλεις ποιμνίων, καὶ φάραγξ Ἀχὼρ εἰς ἀνάπαυσιν βουκολίων τῷ λαῷ οἳ ἐζήτησάν με. ὑμεῖς δὲ οἱ ἐγκαταλείποντές με, καὶ ἐπιλανθανόμενοι τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου, καὶ ἑτοιμάζοντες τοῖς δαιμονίοις τράπεζαν, καὶ πληροῦντες τῷ δαίμονι κέρασμα· ἐγὼ παραδώσω ὑμᾶς εἰς μάχαιραν, πάντες σφαγῇ πεσεῖσθε, ὅτι ἐκάλεσα ὑμᾶς καὶ οὐχ ὑπηκούσατε, καὶ ἐποιήσατε τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν μου, καὶ ἃ οὐκ ἐβουλόμην ἐξελέξασθε. Καὶ τὰ μὲν τῆς γραφῆς ταῦτα· συνοεῖτε δὲ καὶ αὐτοὶ ὅτι ἄλλο τί ἐστι τὸ ἐξ Ἰακὼβ σπέρμα νῦν λεγόμενον, οὐχ ὡς οἰηθείη τις ἂν περὶ τοῦ λαοῦ λέγεσθαι. οὐ γὰρ ἐνδέχεται τοῖς ἐξ Ἰακὼβ γεγεννημένοις ἀπολιπεῖν ἐπείσαξιν τοῖς ἐξ Ἰακὼβ σπαρέντας, οὐδὲ ὀνειδίζοντα τῷ λαῷ ὡς μὴ ἀξίῳ τῆς κληρονομίας, πάλιν, ὡς ὑπολαβόμενος, τοῖς αὐτοῖς ὑπισχνεῖσθαι. ἀλλ' ὅνπερ τρόπον ἐκεῖ φησὶν ὁ προφήτης, Καὶ νῦν σὺ οἶκος τοῦ Ἰακὼβ, δεῦρο καὶ πορευθῶμεν ἐν φωτὶ Κυρίου, ἀνῆκε γὰρ τὸν λαὸν αὐτοῦ τὸν οἶκον Ἰακὼβ, ὅτι ἐπλήσθη ἡ χώρα αὐτῶν, ὡς τὸ ἀπαρχῆς, μαντειῶν καὶ

2, 3. Τῷ λαῷ.] Biblia τῷ λαῷ μου.

3, 4. Ἐγκαταλείποντες.] Biblia & codex Curterii & Cyrillus ἐγκαταλιπόντες. Codex Alexandrinus ut Juſtinus.

6. Τοῖς δαιμονίοις.] Biblia Romana & Aldina & codex Alexandrinus τῷ δαιμονίῳ. Biblia Complutenſia & Cyrillus & Curterii codex τῷ δαίμονι.

7. Τῷ δαίμονι.] Biblia τῇ τύχῃ. Hieronymus in loc. —— *ſive juxta LXX.* Paratis fortunæ menſam, & impletis dæmoni poculum.

8, 9. Σφαγῇ.] Biblia ἐν σφαγῇ.

9, 10. Ἐκάλεσα ὑμᾶς καὶ οὐχ ὑπηκούσατε.] Sequitur in bibliis ΕΛΑΛΗΣΑ καὶ ΠΑΡΗΚΟΥΣΑΤΕ. quod a librariis prætermiſſum eſt, non a Juſtino. id quod ipſe plane teſtificatur his verbis p. 427. Ὑμεῖς γὰρ οὔτε καλοῦντος αὐτοῦ ἀνέχεσθε, ΟΥΤΕ ΛΑΛΟΥΝΤΟΣ ΑΚΟΥΕΤΕ, ἀλλὰ καὶ τὸ πονηρὸν ἐποιήσατε ἐνώπιον Κυρίου.

11. Ἐνώπιον.] Biblia ἐναντίον.

19. Ὀνειδίζοντα.] F. ὀνειδίσαντα.

21. Ὡς ὑπολαβόμενος.] Ὑπολαβόμενος retineri poteſt, ſi pro ὑποδεξάμενος capiamus. alioqui legi poſſet etiam ἐπιλαθόμενος. Sylburgius. Perionius vertit, *tanquam exiſtimatus ſit*, ſenſu nullo. Langus, *tanquam rurſus ſuſceptis.* Si vera eſt lectio vulgata, verterim potius, *tanquam ſe revocans.*

23. Καὶ νῦν σὺ οἶκος.] Biblia καὶ νῦν ὁ οἶκος. Codex Curterii καὶ νῦν ※ ὁ οἶκος, adſcripto in margine ※ σύ.

24, 5. Δεῦρο καὶ πορευθῶμεν ἐν φωτὶ Κυρίου.] Biblia Aldina & codex Curterii & Theodoritus δεῦτε καὶ πορευθῶμεν ἐν τῷ φωτὶ Κυρίου. Biblia Complutenſia & Cyrillus δεῦτε καὶ πορευθῶμεν τῷ φωτὶ Κυρίου. Biblia Romana & codex Alexandrinus δεῦτε πορευθῶμεν τῷ φωτὶ Κυρίου.

26. Τὸν οἶκον Ἰακὼβ.] Biblia Romana & codex Alexandrinus & Cyrillus τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραήλ. itaque Cyprianus, *domum Iſrael.* Biblia Complutenſia & Aldina & codex Curterii τὸν οἶκον τοῦ Ἰακὼβ. Hebr. בית יעקב.

26 & ſeqq. Ἐπλήσθη ἡ χώρα αὐτῶν, ὡς τὸ ἀπαρχῆς, μαντειῶν καὶ κληδονισμῶν.] Biblia ἐνεπλήσθη, ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ἡ χώρα αὐτῶν κληδονισμῶν.

3, 4. Τὸν

366 καὶ κληδονισμῶν. Οὕτω καὶ ἐνθάδε δεῖ νοεῖν ἡμᾶς δύο σπέρματα Ἰούδα, καὶ δύο γένη, ὡς δύο οἴκους Ἰακὼβ, τὸν μὲν ἐξ αἵματος καὶ σαρκὸς, τὸν δὲ ἐκ πίστεως καὶ πνεύματος γεγεννημένον. ὁρᾶτε γὰρ ὡς πρὸς τὸν λαὸν νῦν λέγει, ἀνωτέρω εἰπὼν, Ὃν τρόπον εὑρεθήσεται ῥὰξ ἐν βότρυϊ, καὶ ἐροῦσι μὴ λυμανῇς αὐτὸν, ὅτι εὐλογία ἐν αὐτῷ ἐστίν· οὕτω ποιήσω ἕνεκεν τοῦ δουλεύοντός μοι· τούτου ἕνεκεν οὐ μὴ ἀπολέσω πάντας. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐπιφέρει, Καὶ ἐξάξω τὸ ἐξ Ἰακὼβ καὶ ἐξ Ἰούδα. Δῆλον οὖν εἰ ἐκείνοις οὕτως ὀργίζεται, καὶ ὀλίγους τοὺς καταλείψειν ἀπειλεῖ, ἄλλους τινὰς ἐξάξειν ἐπαγγέλλεται οἳ κατοικήσουσιν ἐν τῷ ὄρει αὐτοῦ. οὗτοι δέ εἰσιν οὓς εἶπε σπερεῖν, καὶ γεννήσειν. ὑμεῖς γὰρ οὔτε καλοῦντος αὐτοῦ ἀνέχεσθε, οὔτε λαλοῦντος ἀκούετε, ἀλλὰ καὶ τὸ πονηρὸν ἐποιήσατε ἐνώπιον Κυρίου. τὸ δὲ ὑπερβάλλον ὑμῶν τῆς κακίας, τὸ καὶ μισεῖν, ἐφονεύσατε δίκαιον, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ λαβόντας εἶναι ὅπερ εἰσὶν, εὐσεβεῖς, καὶ δίκαιοι, καὶ φιλάνθρωποι. τοιγαροῦν, Οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, λέγει Κύριος, διὸ βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες, ἄρωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστίν. Οὐ γὰρ καὶ ὑμεῖς τῇ Βάαλ ἐθύετε, ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν, οὐδὲ ἐν συσκίοις ἢ μετεώροις τόποις πέμματα ἐποιεῖτε τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐδέξασθε τὸν Χριστὸν αὐ-

& *vaticiniis:* eodem modo & hic nos oportet duo ſemina Judæ, & duo genera, intelligere, ſicuti duas domos Jacob; alteram ex ſanguine & carne, alteram ex fide & ſpiritu prognatam. Videtis enim quomodo nunc alloquatur populum, cum paulo ante dixiſſet: *Sicut invenietur* Eſai. lxv. 8. *acinus in botro, & dicent, ne læſeris illum, quia benedictio in ipſo eſt: ſic faciam propter eum qui ſervit mihi. ejus gratia non perdam omnes.* ac deinde infert hoc: *Et educam illud* Eſai. lxv. 9. *de Jacob ſemen, & de Juda, &c.* Satis ergo patet, ſi illis ita iraſcitur, & quam pauciſſimos ſe relicturum comminatur, quod alios quoſdam educturus ſit, eum annunciare, qui habitaturi ſint in monte ejus. Sunt autem illi, quos ſe ſaturum & generaturum dixit. Vos enim neque vocantem eum ſuſtinetis, neque loquentem auditis; ſed & malum feciſtis coram Domino. Exuberantia vero veſtræ pravitatis eſt, quod & oderitis & interemeritis juſtum illum, & eos qui illi acceptum ferunt quod pii ſunt, & juſti, & humani. Itaque *Væ animæ ipſorum*, dicit Dominus, Eſai. iii. 9, 10. *eo quod conſilium malum ceperunt adverſus ſeipſos, dicentes: Tollamus juſtum, quoniam incommodus eſt nobis.* Non vos quidem ſacrificaſtis Baali, ut patres veſtri, neque Hierem. vii. 18. in lucis & excelſis locis bellaria & cupedias propoſuiſtis militiæ cœli, ſed Chriſtum Dei non ſuſcepiſtis,

3,4. Τὸν μὲν——τὸν δέ.] F. τὸ μὲν——τὸ δέ. Sed nihil muto.

7,8. Ῥὰξ ἐν βότρυϊ.] Biblia ὁ ῥὼξ ἐν τῷ βότρυϊ.

8. Λυμανῇ.] Biblia λυμήνῃ.

9. Ἐν αὐτῷ ἐστίν.] Biblia ἐστὶν ἐν αὐτῷ.

17,8. Οὗτοι δέ εἰσιν οὓς εἶπε σπερεῖν καὶ γεννήσειν.] Hierem. xxxi. 27. Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, φησὶ Κύριος, καὶ σπερῶ τὸν Ἰσραὴλ καὶ τὸν Ἰούδαν σπέρμα ἀνθρώπου, καὶ σπέρμα κτήνους. Ezech. xxxvi. 12. Γεννήσω ἐφ' ὑμᾶς ἀνθρώπους τὸν λαόν μου Ἰσραήλ.

21,2,3. Τὸ δὲ ὑπερβάλλον ὑμῶν τῆς κακίας, τὸ καὶ μισεῖν, ἐφονεύσατε δίκαιον.] F. leg. τὸ καὶ μισεῖν ὃν ἐφονεύσατε δίκαιον, vel τὸ καὶ μισεῖν καὶ φονεῦσαι τὸν δίκαιον.

14—18. Ἡν

ſtis. Hunc namque qui ignorat, conſilium & voluntatem Dei ignorat: & qui hunc contumelia afficit & odit, nimirum & illum contumelia afficit & odit, qui eum miſit: & ſiquis in hunc non credit, non credit prophetarum præconiis, qui ipſum læte annunciarunt & deprædicarunt univerſis. Quod vos, o fratres, moneo, ne quid mali dixeritis in crucifixum illum, neque riſeritis vibices ejus, quibus ſanari poſſunt omnes, ſicut & nos ſanati ſumus. Bonum fuerit, ſi oratione noſtra perſuaſi, duritiam cordis circumcidamini: quam circumciſionem certe, ut opinamini, non obtinetis. Quoniam iſta veſtra in ſignum data eſt, & non ad juſtitiæ peragendæ opus: pro eo atque verba ipſa hoc ſic accipere cogunt. Itaque perſuaſi, ne conviciis inceſſeritis filium Dei, neque Phariſæis magiſtris morem gerentes, regem Iſrael unquam ſcommatibus proſcideritis: quemadmodum archiſynagogi veſtri poſt peractas preces docent. Nam ſi qui eorum aliquem attingat qui Deo placiti ſunt, perinde habet atque ſi pupillam oculi Dei attigiſſet; quanto magis qui dilectum illum tangit? Hunc autem illum ipſum eſſe, abunde ſatis demonſtratum eſt.

Zach. ii. 8.

τοῦ. ὁ γὰρ τοῦτον ἀγνοῶν, ἀγνοεῖ καὶ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁ τοῦτον ὑβρίζων καὶ μισῶν, καὶ τὸν πέμψαντα δηλονότι καὶ μισεῖ καὶ ὑβρίζει· καὶ εἰ οὐ πιστεύει τὶς εἰς αὐτὸν, οὐ πιστεύει τοῖς τῶν προφητῶν κηρύγμασι, τοῖς αὐτὸν εὐαγγελισαμένοις, καὶ κηρύξασιν εἰς πάντας. μὴ δὴ, ὦ ἀδελφοὶ, κακόν τι εἴπητε εἰς ἐκεῖνον τὸν ἐσταυρωμένον, μηδὲ χλευάζητε αὐτοῦ τοὺς μώλωπας, οἷς ἰαθῆναι πᾶσι δυνατὸν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἰάθημεν. καλὸν γὰρ, ἣν πεισθέντες τοῖς λόγοις περιτμηθῆτε τὴν σκληροκαρδίαν, ἣν οὐχὶ δι' ὑμῶν ἐγγινομένην γνώμην ἔχετε· ἐπειδὴ εἰς σημεῖον ἦν δεδομένη, ἀλλ' οὐκ εἰς δικαιοπραξίας ἔργον, οἱ λόγοι ἀναγκάζουσι. Συμφάμενοι οὖν μὴ λοιδορεῖτε ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, μηδὲ Φαρισαίοις πειθόμενοι διδασκάλοις, τὸν βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισκώψητέ ποτε, ὁποῖα διδάσκουσιν οἱ ἀρχισυνάγωγοι ὑμῶν μετὰ τὴν προσευχήν. εἰ γὰρ ὁ ἁπτόμενος τῶν μὴ 367 εὐαρέστων τῷ Θεῷ, ὡς ὁ ἁπτόμενος κόρης τοῦ Θεοῦ, πολὺ μᾶλλον ὁ τοῦ ἠγαπημένου καθαπτόμενος. ὅτι δὲ οὗτος αὐτός ἐστι, καὶ ἱκανῶς ἀποδέδεικται. Καὶ σιγώντων αὐτῶν, εἶπον, Ἐγὼ, ὦ φίλοι, καὶ τὰς γραφὰς λέγω νῦν ὡς ἐξηγήσαντο οἱ ἑβδομή-

Ac illis tacentibus: Ego, amici, inquam, ſcripturas nunc allego ita uti ſunt a ſeptuaginta

14—18. Ἣν οὐχὶ δι' ὑμῶν ἐγγινομένην γνώμην ἔχετε, ἐπειδὴ εἰς σημεῖον ἦν δεδομένη, ἀλλ' οὐκ εἰς δικαιοπραξίας ἔργον, οἱ λόγοι ἀναγκάζουσι. Συμφάμενοι οὖν——] Poſt ἐπειδὴ, vel certe ſeq. v. ante οἱ λόγοι, deeſt ὡς: ſed illo in loco pro ὅτι, in poſteriori autem pro ὥσπερ. Sylburgius. Enimvero hoc eſt, ut dici ſolet, cum capiti mederi debeas, reduviam curare. Nobis multa veniunt in mentem, ſed quorum nullum ſatis ex ſententia locum expediat.

24, 5. Τῶν μὴ εὐαρέστων τῷ Θεῷ.] Μὴ non agnoſcit interpres. nec videtur locum habere poſſe. Sylburgius. Zach. ii. 8. Διότι τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ, Ὀπίσω δόξης ἀπέσταλκέ με ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ σκυλεύσαντα ὑμᾶς· διότι ὁ ἁπτόμενος ὑμῶν ὡς ὁ ἁπτόμενος τῆς κόρης τοῦ ὀφθαλμοῦ αὐτοῦ. διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐπιφέρω τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἔσονται σκῦλα τοῖς δουλεύουσιν αὐτοῖς. Atqui hi quorum injurias ulturum ſe dicit Deus & quos nemini impune lædere licebat, Judæi erant, raro Deo egregie εὐάρεστοι, & tum ob peccata graviſſima captivitate & exilio multati. Itaque in ſententiam Langi & Sylburgii non eſt fortaſſe temere concedendum.

7, 8. Ως

κοινα· εἰπὼν γὰρ αὐτὰς πρότερον ὡς ὑμεῖς αὐτὰς ἔχετε, πεῖραν ὑμῶν ἐποιούμην, πῶς διάκεισθε ἤδη τὴν γνώμην. λέγων γὰρ τὴν γραφὴν ἣ λέγει, Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες, ὡς ἐξηγήσαντο οἱ ἑβδομήκοντα ἐπήνεγκα, Ἄρωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν, ἐμοῦ ἐν ἀρχῇ τῆς ὁμιλίας καὶ εἰπόντος ὅπερ ὑμεῖς εἰρῆσθαι βούλεσθε, Εἰπόντες, Δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν. ἀλλὰ δέ τινα ἐπεράξατε, καὶ οὐ δοκεῖτέ μοι ἀνηκόως τῶν λόγων ἐπακηκοέναι· ἀλλ' ἐπεὶ καὶ νῦν ἤδη ἡ ἡμέρα πέρας ποιεῖσθαι μέλλει, πρὸς δυσμὰς γὰρ ἤδη ὁ ἥλιος ἐστί, καὶ ἕν τι προσθεὶς τοῖς εἰρημένοις, παύσομαι. τοῦτο δ' αὐτὸ καὶ ἐν τοῖς εἰρημένοις μοι ἐρρήθη, ἀλλὰ πάλιν αὐτοῦ ἐπε-

ſeptuaginta verſæ. Quod enim prius, ſicut ipſi eas habetis, protuli, periclitandi veſtri gratia id feci, quænam animorum veſtrorum eſſet ſententia. Recitans enim locum in quo eſt, *Væ ipſis, quia conſilium malum ceperunt adverſus ſeipſos, dicentes*, ſicuti ſeptuaginta expoſuerunt, intuli, *Tollamus juſtum, quia incommodus eſt nobis*; cum initio colloquii id quod vos dictum voluiſtis retulerim, *Dicentes, vinciamus juſtum, quia inutilis eſt nobis.* Et alia vero quædam feciſtis. Ac non negligenter me differentem audiſſe videmini. Sed cum nunc quoque dies jam finem habiturus ſit (ad occaſum namque ſol eſt) uno ad ea quæ commemorata ſunt, adjecto, conquieſcam. Ejus vero ipſius inter ea quæ dicta ſunt, mentio quoque eſt a me facta: verum id denuo ut magis expoliam

&

7, 8. Ὡς ἐξηγήσαντο οἱ ἑβδομήκοντα ἐπήνεγκα, Ἄρωμεν τὸν δίκαιον.] Tertull. adv. Marc. III. 22. p. 497. *A perſona enim injuſtitiæ ſublatus eſt juſtus. quis niſi Chriſtus? Venite, inquiunt, auferamus* juſtum, *quia inutilis eſt nobis*. Clem. Alex. p. 713, 4. παραπλήσια τῇ λεγούσῃ γραφῇ, Ἄρωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν δίκαιον ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν. Hegeſippus apud Euſeb. E. H. II. 23. p. 51. Καὶ ἐπλήρωσαν τὴν γραφὴν τὴν ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ γεγραμμένην, Ἄρωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστί· τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. Sed omnes editiones LXX. interpretum habent δήσωμεν, atque ita Hieronymus, *alligemus juſtum*. Juſtinus, ut vidit locum dupliciter legi, continuo ſibi perſuaſit, eam lectionem quæ magis contra Judæos facere videbatur, veram eſſe, germanamque verſionem LXX. interpretum, quæ minus, eam ſine dubio a poſterioribus Judæis confictam eſſe, & in alterius locum ſubſtitutam. Hebraica ſic ſe habent, אמרו צדיק כי טוב. Hæc tu putas Judæum ullum, corrigentem verſionem LXX. interpretum, ita vertere potuiſſe, εἰπόντες δήσωμεν τὸν δίκαιον ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι, cum vel ſeniores illos, tot delirantium interpretationum artifices, vel hanc, vel illam alteram quam Juſtinus veram putat, procudiſſe vix credibile ſit? Scaliger eos hac culpa, ex aliqua ſaltem parte, audacter liberat. Sic enim ſcribit ad eum Hegeſippi locum quem modo deſcripſimus. *In Rufino eſt Jeremias, non Eſaias. Neutrum verum. Eſt ex pſeudepigrapha Sapientia Salomonis, cap. ſecundo*, 12. ἐνεδρεύσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστί. *quod* παρέγγραφοι *quidam inſulſerunt in* iii. *caput Iſaiæ.* δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν. Hæc ille animadv. in Chronolog. Euſeb. p. 194. Quæres qui factum ut hic potius quam alibi hi παρέγγραφοι hæc infulcirent. Nempe hoc pacto. LXX. pro אמרו legerunt אסרו, ideoque verterunt δήσωμεν τὸν δίκαιον ὅτι χρηστός ἐστι. Poſtea ex Sap. II. 12. χρηστός ἐστι mutatum eſt in δύσχρηστος ἡμῖν ἐστί. Εἰπόντες vel ab ipſis LXX, vel poſtea ab aliis, addi potuit. Sic fortaſſe, ſi viveret, reſponderet Scaliger. Nos ad alia properamus. Iſtud ἄρωμεν fortaſſe ortum eſt ex Eſai. lvii. 1, 2.

13. Ἄλλα δέ τινα ἐπεράξατε.] Hic quoque ſemel atque iterum intercifa eſt oratio: juſta videlicet objurgatio, qua Juſtinus Judæorum improbitatem, ſicut & antea aliquoties, pie atque libere taxavit: atque item dialogi ſive diſſertationis continuata narratio. Derepente hic enim gratiarum actio ſequitur, quod Juſtinum Trypho cum ſuis benigne audiverit. Langus.

14. Ἀνηκόως.] F. ἐπηκόως. Sed ſequentia videntur favere lectioni vulgatæ, cui tamen antecedentia, ſi ſana ſunt, multo fortius adverſantur.

15, 6. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ νῦν ἤδη ἡ ἡμέρα πέρας ποιεῖσθαι μέλλει.] Sunt qui vel ſexcentis codicibus refragantibus legendum contenderent, ἀλλ' ἐπεὶ νῦν καὶ ἤδη ἡ ἡμέρα &c. Nos nihil mutamus.

20. Ἐρρήθη.] Ἐρρέθη ſcribendum eſſet penultima brevi, ſecundum grammat. obſervationes. Sylburgius.

20. Αὐτοῦ ἐπεξεργάσασθαι.] Uſitatius αὐτὸ ἐπεξεργάσασθαι, accuſ. caſu. Sylburgius.

& explicem, æquum mihi eſſe videtur. Noſtis igitur, o viri, dixi, in Eſaia a Deo ad Hieruſalem dictum eſſe, *In diluvio Noe ſervavi te.* Illud autem eſt quod Deus dixit, ſalvandorum hominum ſacramentum in diluvio fuiſſe. Juſtus enim Noe cum aliis hominibus in diluvio, id eſt cum uxore ſua, & tribus filiis, tribuſque filiorum conjugibus, qui numero octo omnes fuere, ſymbolum obtinuere diei, octavi quidem numero, in quo apparuit Chriſtus noſter ubi a mortuis reſurrexit, virtute autem ſive potentia ſemper primi. Nam Chriſtus, cum primogenitus eſſet omnis creaturæ, principium rurſus alterius generis fuit, regenerati ab ipſo per aquam, & fidem, & lignum, quod myſterium crucis obtinet. quemadmodum & Noe in ligno ſervatus eſt, una cum ſuis ſuper aquis invectus. Cum ergo propheta dicit, *In Noe ſervavi te*, ad populum Deo itidem fidelem, & ſigna hæc habentem, loquitur. Nam virgam in manibus quoque tenens Moſes, per mare populum veſtrum duxit. Vos autem opinamini ad genus tantummodo veſtrum, aut

ἐξεργάσασθαι ἂν δίκαιον εἶναί μοι δοκεῖ. Γινώσκετε οὖν, ὦ ἄνδρες, ἔφην, ὅτι ἐν τῷ Ἠσαΐᾳ λέλεκται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὅτι Ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ Νῶε ἔσωσά σε. τοῦτο δέ ἐστιν ὃ λέγω. ὁ Θεὸς, ὅτι τὸ μυστήριον τῶν σωζομένων ἀνθρώπων ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ γέγονεν. ὁ δίκαιος γὰρ Νῶε μετὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, τουτέστι τῆς τε γυναικὸς τῆς αὐτοῦ, καὶ τῶν τριῶν τέκνων αὐτοῦ, καὶ τῶν γυναικῶν τῶν υἱῶν αὐτοῦ, οἵτινες ἀριθμῷ ὄντες ὀκτὼ, σύμβολον εἶχον τῆς ἀριθμῷ μὲν ὀγδόης ἡμέρας, ἐν ᾗ ἐφάνη ὁ Χριστὸς ἡμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἀναστὰς, δυνάμει δ' ἀεὶ πρώτης ὑπαρχούσης. ὁ γὰρ Χριστὸς, πρωτότοκος πάσης κτίσεως ὢν, καὶ ἀρχὴ πάλιν ἄλλου γένους γέγονεν, τοῦ ἀναγεννηθέντος ὑπ' αὐτοῦ δι' ὕδατος, καὶ πίστεως, καὶ ξύλου, τοῦ τὸ μυστήριον τοῦ σταυροῦ ἔχοντος· ὃν τρόπον καὶ ὁ Νῶε ἐν ξύλῳ διεσώθη ἐποχούμενος τοῖς ὕδασι μετὰ τῶν ἰδίων. ὅταν οὖν εἴπῃ ὁ προφήτης, Ἐπὶ Νῶε ἔσωσά σε, προέφην, τῷ ὁμοίως πιστῷ λαῷ πρὸς Θεὸν ὄντι, καὶ τὰ σύμβολα ταῦτα ἔχοντα, λέγει. καὶ γὰρ ῥάβδον ἔχων ὁ Μωσῆς μετὰ χεῖρα, διὰ τῆς θαλάσσης διήγαγεν ὑμῶν τὸν λαόν. ὑμεῖς δὲ ὑπολαμβάνετε ὅτι τῷ γένει ὑμῶν μόνων ἔλεγεν, ἢ τῇ γῇ.

2—6. Γινώσκετε οὖν, ὦ ἄνδρες, ἔφην, ὅτι ἐν τῷ Ἠσαΐᾳ λέλεχθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὅτι Ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ Νῶε ἔσωσά σε.] Hoc neque in Eſaia, neque in toto ſacro codice uſquam dicitur. Sed videor videre fontem erroris. Eſaias liv. 8, 9. hæc habet: ובחסד עולם רחמתיך אמר גאלך יהוה : כי מי נח זאת לי : LXX. καὶ ἐν ἐλέει αἰωνίῳ ἐλεήσω σε, εἶπεν ὁ ῥυσάμενός σε Κύριος. Ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπὶ Νῶε τοῦτό μοι ἐστί. Nimirum hinc effinxit Juſtinus hoc Ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ Νῶε ἔσωσά σε: ſive ultima verba commatis prioris & prima poſterioris male conjungens, & pro כי מי legens במי, ſic ipſe verterit, quod non credo; ſive ab alio aliquo ita verſa vidiſſet; ſive, quod magis credo, verſionem LXX. interpretum negligentius legens, ita hæc in legendo conjunxiſſet, ὁ ῥυσάμενός σε Κύριος ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπὶ Νῶε, &, verbis, ut fit, neglectis, ſententiam tantum memoriæ mandaſſet.

13. Οἵτινες.] F. πάντες.

29. Ἔχοντα.] Melius cum interprete legemus ἔχοντι, dativo caſu. Sylburgius.

29, 30, 1. Ῥάβδον ἔχων ὁ Μωσῆς μετὰ χεῖρα διὰ τῆς θαλάσσης διήγαγεν ὑμῶν τὸν λαόν.] Legendum μετὰ χεῖρας. Supra p. 326. Μωσῆς μετὰ ῥάβδου ἐπὶ τὴν τοῦ λαοῦ ἀπολύτρωσιν ἐπέμφθη, καὶ ταύτην ἔχων μετὰ χεῖρας ἐν ἀρχῇ τοῦ λαοῦ διέτεμε τὴν θάλασσαν.

32. Τῷ γένει ὑμῶν μόνων.] Legendum μόνον aut μόνῳ.

1, 2. Ὅτι

368 γῆ. ὅτι γὰρ πᾶσα ἡ γῆ, ὡς ἡ γραφὴ λέγει, κατεκλύσθη, καὶ ὑψώθη τὸ ὕδωρ ἐπάνω πάντων ὀρέων πήχεις δεκαπέντε· ὥστε οὐ τῇ γῇ φαίνεται εἰρηκὼς, ἀλλὰ τῷ λαῷ τῷ πειθομένῳ αὐτῷ, ᾧ καὶ ἀνάπαυσιν προητοίμασεν ἐν Ἱερουσαλὴμ, ὡς προαποδέδεικται διὰ πάντων τῶν ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ συμβόλων. εἶπον δὲ, δι᾽ ὕδατος, καὶ πίστεως, καὶ ξύλου οἱ προπαρασκευαζόμενοι, καὶ μετανοοῦντες ἐφ᾽ οἷς ἥμαρτον, ἐκφεύξονται τὴν μέλλουσαν ἐπέρχεσθαι τοῦ Θεοῦ κρίσιν. καὶ γὰρ ἄλλο μυστήριον ἐπὶ τοῦ Νῶε προεφητεύθη τελούμενον, ὃ οὐκ ἐπίστασθε. ἔστι δὲ τοῦτο. ἐν ταῖς εὐλογίαις αἷς εὐλόγει ὁ Νῶε τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καταρᾶται. τὸν γὰρ υἱὸν, συνευλογηθέντα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τὸ προφητικὸν πνεῦμα καταρᾶσθαι οὐκ ἔμελλεν, ἀλλ᾽ ἐπεὶ δι᾽ ὅλου τοῦ γένους τοῦ ἐπιγελάσαντος τῇ γυμνώσει υἱοῦ αὐτοῦ, ἡ προσίμησις τοῦ ἁμαρτήματος εἶναι ἔμελλεν, ἀπὸ τοῦ υἱοῦ τὴν κατάραν πεποίηται. ἐν δὲ οἷς εἶπε, προέλεγεν ὅτι καὶ οἱ ἀπὸ Σὴθ γενησόμενοι διακαθέξουσι τὰς κτήσεις καὶ οἰκήσεις τοῦ Χαναὰν, καὶ πάλιν οἱ ἀπὸ τοῦ Ἰάφεθ αὐτὰς ἃς διακατέχον παρὰ τῶν τοῦ Χαναὰν οἱ ἀπὸ Σὴθ παραλαβόντες καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰάφεθ, διακ-

terram, locutum eſſe. Omnem enim terram ſanctæ literæ teſtantur diluvio contectam eſſe, & aquam ſupra montes omnes quindecim cubitos extitiſſe. Proinde apparet, Deum non terræ, ſed populo ſibi obedienti, hoc dixiſſe, cui etiam requiem præparavit in Hieruſalem, prout per omnia diluvii ſymbola præmonſtratum eſt. Dixi autem, per aquam, & fidem, & lignum, eos qui ſe præparant, & pœnitentiam de peccatis agunt, effugituros eſſe futurum Dei judicium. Aliud etiam, inquam, ſacramentum in Noe prænunciatum eſt, quod vos neſcitis. Eſt autem id in benedictionibus quibus bene precatus eſt Noe duobus filiis ſuis, & filium filii ſui diris execrationibus eſt perſecutus. filium namque una cum reliquis duobus benedictione a Deo auctum, ſpiritus propheticus execraturus non erat. Quia vero per omne filii ejus, qui nuditatem ipſius riſerat, genus, peccati mulcta itura fuerat, a filio (ejus Chanaan) initium maledictionis fecit. In verbis autem quæ locutus eſt, prædixit, quod qui a Sem proventuri erant, occupaturi fuerint poſſeſſiones & domicilia Chanaan, ac rurſum qui a Japheth naſcituri erant, ea quæ detinebant a Chanaanitis accepta poſteri Sem, poſſeſſuri fuerint, itidem eis ipſis poſteris

Gen. vii. 19, 20.

Gen. ix. 1.

1, 2. Ὅτι γὰρ πᾶσα ἡ γῆ, ὡς ἡ γραφὴ λέγει, κατεκλύσθη.] Si ὅτι pro διότι ſeu ἐπειδὴ capias & ὥστε ỷ. 4. redditive accipias pro *idcirco*, recte conſtabit ſententia. alioqui pro ὅτι γὰρ legendum fuerit καὶ γὰρ, *etenim*. Sylburgius. Interpretatio ridicula eſt. emendatio minus mala eſt, ſed neutiquam placet, ut neque quæ mihi in mentem veniunt. Neque dubito fore pleroſque qui vulgatam lectionem retinendam eſſe putent, ironice acceptam. Χαιρέτω ἕκαστος οἷς ἥδεται. Mihi & ea quoque interpretatio videtur perridicula.

21, 2, 3. Τοῦ ἐπιγελάσαντος τῇ γυμνώσει τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.] Alii fortaſſe legent τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, vel τῇ γυμνώσει αὐτοῦ υἱοῦ. Nos nihil mutamus.

24. Τοῦ υἱοῦ.] Noſti nuperas criticas demonſtrationes quibus lectores vel indignantes & manibus pedibuſque pugnantes magni critici in ſententiam ſuam obtorta gula trahunt. Nos iſtam dialecticam nondum didicimus, alioqui quam facile foret planum facere, Juſtinum neque ſcripſiſſe υἱοῦ, neque ſcribere potuiſſe, ſed legendum eſſe αὐτοῦ, vel tota natione librariorum repugnante. Nunc eorum judicio ſtare cogimur.

26. 30. Σήθ.] Omnino Σὴμ legendum eſt, ut in ſequentibus. *Seth* enim Adami filius fuit; Noei autem filius, *Sem*. Sylburgius.

31. Καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰάφεθ.] Sana hæc non eſſe, omni

ris Sem adempta, ſicut hi a Chana-
an progenie ablata detinuiſſent. At-
que hoc ita factum eſſe audite. Vos
namque, genus a Sem ducentes,
perveniſtis, ſecundum conſilium &
voluntatem Dei, in terram filiorum
Chanaan, & poſſediſtis eam. Et
quod proſapia Japheth, juxta Dei
judicium, advenerint, & terram ipſi
quoque veſtram occupaverint, eam-
que detinuerint, manifeſto apparet.
Dicta ſunt autem iſta hoc modo:
Gen ix. 24, 5, 6, 7. *Evigilavit vero Noe a vino, & co-
novit quæcunque ſibi feciſſet filius ſu-
us junior, & dixit: Maledictus Cha-
naan ſervus, famulus erit fratrum
ſuorum. Et ait: Benedictus Domi-
nus Deus Sem, & erit Chanaan ſer-
vus ejus. Dilatet Dominus Japheth,
& incolat domos Sem, & fiat Cha-
naan ſervus ejus.* Itaque duobus po-
pulis benedictione auctis, qui a
Sem & a Japheth provenerunt;
cum decretum eſſet, ut progenies
Sem domos Chanaan primum ob-
tineret, ac prædictum, ut deinceps
eaſdem poſſeſſiones ab illa poſteri-
tas Japheth exciperet; & duobus ita
populis, uno populo, a Chanaan
deſcendente, in ſervitutem tradito;
Chriſtus, juxta omnipotentis patris
datam

καθέξουσιν, ἀφελόμενοι τὴν ἀπὸ Σὴμ
γενομένους, ὃν τρόπον, ἀφαιρεθέντων
αὐτὰ τῶν υἱῶν Χαναὰν, αὐτοὶ δια-
κατέσχον. καὶ ὅτι οὕτω γέγονεν, ἀ-
κούσατε. ὑμεῖς γὰρ, οἱ ἀπὸ τοῦ Σὴμ
κατάγοντες τὸ γένος, ἐπήλθετε κατὰ
τὴν τοῦ Θεοῦ βουλὴν τῇ γῇ τῶν υἱῶν
Χαναὰν, καὶ διακατέσχετε αὐτήν· καὶ
ὅτι οἱ υἱοὶ Ἰάφεθ, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ
κρίσιν ἐπελθόντες καὶ αὐτοὶ ὑμῖν, ἀ-
φείλοντο ὑμῶν τὴν γῆν, καὶ διακατέ-
σχον αὐτὴν, φαίνεται. εἴρηται δὲ ταῦ-
τα οὕτως, Ἐξένηψε δὲ Νῶε ἀπὸ τοῦ
οἴνου, καὶ ἔγνω ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ
υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος, καὶ εἶπεν, Ἐπι-
κατάρατος Χαναὰν, παῖς οἰκέτης ἔ-
σται τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. καὶ εἶπεν,
εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Σὴμ, καὶ
ἔσται Χαναὰν παῖς αὐτοῦ. πλατύναι
Κύριος τῷ Ἰάφεθ, καὶ κατοικησάτω ἐν
τοῖς οἴκοις Σὴμ, καὶ γενηθήτω Χα-
ναὰν παῖς αὐτοῦ. Δύο οὖν λαῶν εὐ-
λογηθέντων, τῶν ἀπὸ τοῦ Σὴμ καὶ τοῦ
Ἰάφεθ, καὶ πρώτων κατασχεῖν τοὺς οἴ-
κους τοῦ Χαναὰν ἐγνωσμένων τῶν ἀπὸ
Σὴμ, καὶ πάλιν διαδέξασθαι παρ' αὐ-
τῶν τὰς αὐτὰς κτήσεις τῶν ἀπὸ Ἰά-
φεθ προειρημένων, καὶ τοῖς δυσὶ λαοῖς 369
τοῦ ἑνὸς λαοῦ τοῦ ἀπὸ Χαναὰν εἰς
δουλείαν παραδοθέντος, ὁ Χριστὸς κατὰ
τὴν τοῦ παντοκράτορος πατρὸς δύ-
ναμιν

omni luce clarius eſt. Fortaſſe legendum οἱ ἀπὸ τοῦ Ἰάφεθ.

3. Αὐτά.] Fieri poteſt ut librariorum incuria interciderit ς, ſed magis credo veram eſſe lectionem vulgatam. Plato in Theætet. p. 206. Ἀλλὰ δὴ τούτου μὲν ἔτι καὶ ἄλλας φανῶν ΑΠΟΔΕΙΞΕΙΣ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ· τὸ δὲ προκείμενον μὴ ἐπιλαθώμεθα δι' ΑΥΤΑ. Id. in Convivio p. 196. Συμμέτρου δὲ καὶ ὑγρᾶς ἰδέας μέγα τεκμήριον Η ΕΥΣΧΗΜΟΣΥΝΗ, Ο δὴ καὶ διαφερόντως ἐκ πάντων ὁμολογουμένως Ἔρως ἔχει. Cicero De natura deorum II. 5. p. 116. *quarum* rerum *aſpectus ipſe ſatis indicaret non eſſe* ea fortuita. Id. ib c. 34. p. 175. *Quod ſi omnes mundi partes ita conſtitutæ ſunt, ut neque ad uſum meliores potuerint eſſe, neque ad ſpeciem pulcriores, videamus utrum ea fortuitane ſint, an eo ſtatu quo cohærere nullo modo potuerint niſi ſenſu moderante divinaque providentia.* Idem De finibus III. 15. p. 191. *Divitias autem Diogenes cenſet non eam modo vim habere ut quaſi duces ſint ad voluptatem & ad valitudinem bonam, ſed etiam ut ea contineant.*

14, 5. Ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος.] Leg. ὁ υἱὸς αὐτοῦ.

19. Παῖς.] Biblia Romana & Complutenſia παῖς οἰκέτης. Aldina, & codex Alexandrinus, ut Juſtinus. quæ, niſi fallor, vera lectio eſt.

20. Κύριος.] Biblia ὁ Θεός.

1—6. Εἰς

ναμιν δοθεῖσαν αὐτῷ παρεγένετο, εἰς φιλίαν, καὶ εὐλογίαν, καὶ μετάνοιαν, καὶ συνοικίαν καλῶν τὴν ἐν τῇ αὐτῇ γῇ τῶν ἁγίων πάντων μέλλουσαν γίνεσθαι, ὡς προαποδέδεικται, διακατάσχεσιν ἐπήγγελται. ὅθεν καὶ πάντοθεν ἄνθρωποι, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι, πιστεύοντες ἐπὶ τὸν Χριστὸν, καὶ ἐγνωκότες τὴν ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ καὶ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἀλήθειαν, ἐπίστανται ἅμα αὐτῷ ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ γενησόμενοι, καὶ τὰ αἰώνια καὶ ἄφθαρτα κληρονομήσειν. ὅθεν καὶ Ἰακὼβ, ὡς προεῖπον, τύπος ὢν καὶ αὐτὸς τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰς δύο δούλας τῶν δύο ἐλευθέρων αὐτοῦ γυναικῶν ἐγεγαμήκει, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐτέκνωσεν υἱοὺς, εἰς τὸ προμηνυθῆναι ὅτι ὁ Χριστὸς προσλήψεται καὶ τοὺς ἐν γένει τοῦ Ἰάφεθ ὄντας ἀπὸ τοῦ Χαναὰν πάντας ὁμοίως τοῖς ἐλευθέροις, καὶ τέκνα συγκληρονόμα ἕξει· ἅπερ ἡμεῖς ὄντες, συνιέναι ὑμεῖς οὐ δύνασθε, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ ζώσης πηγῆς πιεῖν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν συντετριμμένων λάκκων, καὶ ὕδωρ μὴ δυναμένων συνέχειν, ὡς ἡ γραφὴ λέγει. εἰσὶ δὲ λάκκοι συντετριμμένοι, καὶ ὕδωρ μὴ συνέχοντες, οὓς ὤρυξαν ὑμῖν οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν αὐτῶν, ὡς καὶ ἡ γραφὴ διαῤῥήδην λέγει, Διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. καὶ πρὸς τούτοις ἑαυτοὺς καὶ ὑμᾶς βουκολοῦσιν, ὑπολαμβάνοντες ὅτι πάντως τοῖς ἀπὸ τῆς σπορᾶς τῆς

datam ſibi poteſtatem, advenit, ad amicitiam, & benedictionem, & pœnitentiam, & unius habitationis conſuetudinem omnes vocans; ad poſſeſſionem videlicet in eadem terra ſanctorum omnium, ut promiſſum atque præmonſtratum eſt, communem futuram. Hinc adeo undequaque homines, ſive ſervi ſive liberi, credentes in Chriſtum, & veritatem quæ in ipſius & prophetarum ejus oraculis eſt, cognitam habentes, ſciunt cum illo ſe in terra ea futuros, & hæreditatem ſempiternorum incorruptibiliumque bonorum adituros eſſe. Inde etiam Jacob, ut antea dixi, quod & ipſe figura ſit Chriſti, duas ſervas liberarum conjugum ſuarum in matrimonium duxit, ex eiſque filios ſuſcepit: ut prænunciaret Chriſtum recepturum eſſe & ſobolem Chanaan, quæ in genere Japheth eſt, omnem, & ex æquo jure cum ingenuis pro filiis habiturum, & ad hæreditatem vocaturum. Qui cum nos ſimus, intelligere hoc propterea non poteſtis, quod ex fonte Dei vivo bibere nequitis, ſed ex diſſipatis ciſternis, & aquam continere non valentibus aquamini, ut ſacræ dicunt literæ. Sunt autem ciſternæ diſſipatæ, aquam non continentes, illæ quas vobis foderunt ipſi magiſtri veſtri, prout apertis verbis ſcriptura ait, *Docentes doctrinas, mandata hominum.* Qui inſuper & ſeipſos & vos decipiunt, exiſtimantes eis omnino qui ex ſatu, ſecundum

Hierem. ii. 13.

Eſai. xxix. 13. Matth. xv. 9.

1—6. Εἰς φιλίαν——ἐπήγγελται.] Locus vitioſus. fortaſſe mutilus. ſed, niſi fallor, abſque magna jactura ſenſus.

2. Εὐλογίαν.] 1 Pet. iii. 9. εἰς τοῦτο ἐκλήθητε ἵνα εὐλογίαν κληρονομήσητε.

13, 4. Ὡς προεῖπον.] Reſpicit quæ ſupra dixit, pag. 364. Jebb.

35 & ſeqq. Ὑπολαμβάνοντες ὅτι πάντως τοῖς ἀπὸ τῆς σπορᾶς τῆς κατὰ σάρκα τοῦ Ἀβραὰμ, κἂν ἁμαρτωλοὶ ὦσι, καὶ ἄπιστοι, καὶ ἀπειθεῖς πρὸς τὸν Θεὸν, ἡ βασιλεία ἡ αἰώνιος δοθήσεται.]

dum carnem, Abrahæ ſunt, quamvis peccatoribus, & infidelibus, & erga Deum immorigeris, regnum æternum datum iri: quæ non conſiſtere ſanctæ demonſtrarunt literæ.
Eſai. i. 9. alioqui hoc Eſaias non dixiſſet, *Et niſi Dominus Zebaoth reliquiſſet nobis ſemen, ut Sodoma & Gomorra facti eſſemus.* & Ezechiel,
Ezech. xiv. 13. & ſeqq. xviii. 4. 20. Deut. xxiv. 16. *Etiamſi Noe, & Job, & Daniel depopoſcerint filios aut filias, non dabuntur tamen eis. Sed neque pater pro filio, neque filius pro patre: verum unuſquiſque peccato ſuo interibit, & unuſquiſque ſua ipſius juſtitiæ operatione ſalvus erit.* Ac rurſus Eſaias:
Eſai. lxvi. 24. *Videbunt membra prævaricatorum. Vermis eorum non quieſcet, & ignis eorum non extinguetur: & erunt ſpectaculo omni carni.* Et ipſe quoque Dominus noſter, de ejus qui illum miſit, patris & dominatoris rerum cunctarum voluntate, non dixiſſet:
Matth. viii. 11, 12. *Venient ab occidente & oriente, & recumbent cum Abraam & Iſaac & Jacob in regno cœlorum; filii vero regni ejicientur in tenebras exteriores.* Porro quod non Dei culpa, qui prænoſcuntur & futuri ſunt iniqui, ſive angeli ſive mortales, mali ſint; ſed ſuapte pro ſe quiſque culpa talis ſit, qualis eſſe appareat, ſuperius etiam probavi. Verum ut ne vobis occaſio & obtentus relinquatur dicendi, opor-

τὴν κατὰ σάρκα τοῦ Ἀβραὰμ οὖσι, κἂν ἁμαρτωλοὶ ὦσι, καὶ ἄπιστοι, καὶ ἀπειθεῖς πρὸς τὸν Θεὸν, ἡ βασιλεία ἡ αἰώνιος δοθήσεται, ἅπερ ἀπέδειξαν αἱ γραφαὶ οὐκ ὄντα. ἢ γὰρ τοῦτο οὐκ ἂν εἶπεν Ἡσαΐας, Καὶ εἰ μὴ Κύριος σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν καὶ Γόμοῤῥα ἐγενήθημεν, Καὶ Ἰεζεκιὴλ ὅτι κἂν Νῶε, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Δανιὴλ ἐξαιτήσωνται υἱοὺς ἢ θυγατέρας, οὐ μὴ δοθῇ αὐτοῖς· ἀλλ᾽ οὔτε πατὴρ ὑπὲρ υἱοῦ, οὔτε υἱὸς ὑπὲρ πατρὸς, ἀλλ᾽ ἕκαστος τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἀπολεῖται, καὶ ἕκαστος τῇ ἑαυτοῦ δικαιοπραγίᾳ σωθήσεται· Καὶ πάλιν Ἡσαΐας, Ὄψονται τὰ κῶλα τῶν παραβεβηκότων· ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ παύσεται, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί· Καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν κατὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντος αὐτὸν πατρὸς καὶ δεσπότου τῶν ὅλων οὐκ ἂν 370
εἶπεν, Ἥξουσιν ἀπὸ δυσμῶν καὶ ἀνατολῶν καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. Ἀλλὰ καὶ ὅτι οὐκ αἰτίᾳ τοῦ Θεοῦ οἱ προγινωσκόμενοι καὶ γενησόμενοι ἄδικοι, εἴτε ἄγγελοι, εἴτε ἄνθρωποι, γίνονται φαῦλοι, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν ἕκαστος αἰτίᾳ τοιοῦτοί εἰσιν ὁποῖος ἕκαστος φανήσεται, ἀπέδειξα καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν. ἵνα δὲ μὴ πρόφασιν ἔχητε λέγειν

